Hortus Eystettensis, siue, Diligens et accurata omnium plantarum, florum, stirpium, ex variis orbis terræ partibus, singulari studio collectarum, quæ in celeberrimis viridariis arcem episcopalem ibidem cingentibus, hoc tempore conspiciuntur, delineatio et aduiuum repræsentatio / operâ Basilii Besleri philiatri et pharmacopoei.

Contributors

Besler, Basilius, 1561-1629.
Besler, Hieronymus, 1566-1632.
Jungermann, Ludwig, 1572-1653.
Kilian, Wolfgang, 1581-1662.

Publication/Creation

[Germany [Eichstätt?] : Basilius Besler?], M. DC. XIII. [i.e. 1627]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/pbmt3auz

License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Rm 11
~~Stacks~~ 824 (Copy 2)
(4 vols. in 1)


Unable to display this page


HORTVS
EYSTETTENSIS,
SIVE
DILIGENS ET ACCVRATA OMNIVM
PLANTARVM, FLORVM, STIRPIVM, EX
VARIIS ORBIS TERRÆ PARTIBVS, SIN-
GVLARI STVDIO COLLECTARVM, QVÆ
IN CELEBERRIMIS VIRIDARIIS ARCEM EPISCOPALEM
IBIDEM CINGENTIBVS HOC TEMPORE CONSPICIVNTVR
DELINEATIO ET AD VIVVM REPRÆSENTATIO
OPERÂ
BASILII BESLERI PHILIATRI
ET PHARMACOPOEI.
M.D C. XIII
SALOMON
CYRVS.

16,118



F.706



ICONES
SIVE:
REPRÆSENTATIO VIVA,
FLORVM ET HERBARVM:
OPERÂ
BASILII BESLERI PHILIATRI
ET PHARMACOPOEI NORICI.

Ingratiam Herbarum cultorum
noviter, accuratâ diligentiâ,
promulgata.

HORTORVM Dona, et VIRTVtes
nos Cere, VIRTVs est.

1627

16,118.

Unable to display this page

Unable to display this page

Quibus virtutibus, & liberaliſs. ipſiq́; naturæ convenientiſs. ſtudiis, etſi, ut dictum, non modò in Epiſcopatu & Diœceſi tuâ, ſed & toto Imperio Romano, immortale tibi nomen comparaveris: illud tamen contra injuriam temporis jam magis magisq́; ad univerſam poſteritatem, atq; exteras quoq; gentes, communiviſti; dum, quæ præclariſsimus ille Hortus tibi tuisq́; privatim largiſsimè ſuppeditat; tu chartaceo hoc (in quo omnes ejus plantæ & ſtirpes rariores, ad vivum effigiatæ, æreisq́; tabulis expreſſæ ſunt) publicè cum omnibus & populis & poſteris liberaliſsimè communicari mandaſti.

Ac quum ego quoq; ab ineunte ætate rei herbariæ ſtudio mirificè captus eſſem, eâq; occaſione in magno iſto naturæ volumine evolvendo non parum ſtudii & diligentiæ poſuiſſem; factum eſt, ut arti pharmaceuticæ me addicerem; utpote in cujus officinis pleraq; ex herbis, plantis, floribus, radicibus, ſeminibus præſcripta & præparata conſtare, ibiq́; verum iſtarum rerum uſum diſci viderem. Ad eum etiam finem hortulum quendam privatum inſtitueram, non modò ut ſtudium illud magis excolerem, & meo genio ſatisfacerem; ſed & ut in caſu neceſsitatis pleraq; quàm recentiſsima inde ad uſus communes depromi poſſent.

De quibus omnibus cum Reverendiſsima tua Dominatio jam olim edocta eſſet, non ſolùm hortis ſuis Illuſtriſſ. quibus arcẽ Epiſcopalem in D. Wilibaldi monte cinxit, ac quaqua verſũ jucundiſsimo & amœniſsimo proſpectu beavit, excolendis me adhibere dignata eſt: ſed & illorum deſcriptionem, & hujus Operis editionem, licet planè impari & reluctanti, mihi demandare & delegare non dubitavit. Sanè qui ad Hortorum iſtorum laudes digredi vellet, illi campus apertus eſſet plus quàm latiſsimus, qui eloquẽtiſs. quemq; & Rhetorem & Botanicum delaſſare poſſet. Ac ſi Lyſandro iſti redivivo illos videre contingeret, non modò miraturus eſſet ſtirpium ordines, humum ſubactã atq; puram, & ſuavi-

tatem odorum, qui efflantur ex omnis generis, tam indigenis, quàm exoticis, & ab ultimis orbis finibus, non ſine ſumptu allatis & transplantatis floribus: verùm etiam & diligentiam, & ſolertiam ejus, à quo illa eſſent dimenſa, conſita, deſcripta, in eamq́; faciem conformata. Et tua Reverendiſsima Dominatio ei ſic interroganti & admiranti non minus, quàm Cyrus, reſpondere poſſet: Atqui ego iſta ſum dimenſus, mei ſunt ordines, mea deſcriptio, meis curis & impenſis huc translata; multæ etiam iſtarum ſtirpium & plantarum meâ manu ſunt ſatæ. Nec parum apud me reſidet dubii, an non Spartiata ille Eyſtettenſes Cyrianis eſſet prælaturus. Quis enim, niſi planè ſtupidus, aut ſenſu communi orbatus, ſi videret, non miraretur; herbas coronarias, & alias plantas quaſcunq;, uberrimo provẽtu in iſtis viridariis germinare, tam vividè creſcere & florere, maximè in loco fragoſo, cum aliis, qui tamen & cultiores eſſe, & benigniore Sole ſoloq́; frui videri volunt, illud non ſemper obtingat. Ut taceam, locum iſtũ & ſitum hortis colendis aliàs minus idoneum, & ad producendas peregrinas & exoticas plantas parùm aptum: ubi, antequam Reverendiſs. & Illuſtriſsima tua Dignitas ad Epiſcopatus hujus gubernacula ritè electa conſcendit, ne veſtigia quidem horti, multo minus Viridarii, ulla, ſed tantùm inculti, ſaxoſi, rigidi & ſteriles apparuére montes; qui vix Caltham vel Cyanum ſatũ recepiſſent atq; produxiſſent. Quorum omnium jam longè alia lætiorq́;, & priori, tanquam metamorphoſi quâdam planè inverſa, è diametro contraria eſt facies: quam præter humum ſubactam & puram, lociq́; pinguedinem, & fertilitatem ſic introductam, elegantiſsima quædam ædificia, arcisq́; rara & neceſſaria ſtructura, ut de aliis nihil dicam, mirum in modũ augent, ſpectabilemq́; & mirabilem reddunt. Ac eo uſq; & humi & horti iſtius elegantia atq; ubertas, & plantarum numerus accrevit; ut, quod multi multis difficilimis longiſsimisq́; peregrinationibus, multoq́; tempore

& ſum-

& ſumptu, in ſtudio Botanico vix aſſequi potuerunt; illius heîc quiſpiam uno die, abſq; tantâ & temporis, & valetudinis, & impenſæ jacturâ, ſummâ & jucunditate & admiratione compos & particeps fieri poſsit: adeò ut, cum reipub. & ſtudii herbarii ſummo detrimento conjunctum eſſet, ſi hujus Operis editio prætermiſſa foret: quam tuæ liberalitati & illuſtriſsimæ beneficentiæ, Reverendiſsime & digniſsime Princeps, gratiſsimâ animi recordatione & prædicatione lubentes acceptam ferent, & meritò debent, quotquot hujus ſtudii ſectatores & amatores fuerint. Quod cum nunc Dei opt. max. tuisq; auſpiciis ad optatum finem perductum ſit, nullo modo ingratitudinis & ſacrilegii notam ſubterfugere poſſem, niſi Illuſtriſsimo & laudatiſsimo tuo Nomini nuncuparem atq; conſecrarem. Eam ergò nuncupationem ut clementi & ſereno vultu accipias & aſpicias, quâ poſſum animi obſervantiâ rogo. Vale, Reverendiſsime & Illuſtriſsime Princeps, digniſsime, cui cedrina vis impertiatur, quíque per oliveta & pineta inter cupreſſos & myrtos cum religione ab omnibus Botanicis portetur, ſerpillo, ſatureiâ, ſalviâ, quibus à corde omnis putredinis fomitem abigi, unanimi conſenſu ſacra teſtatur antiquitas, contrectetur atq; fricetur. Datum Eyſtetti in monte S. Wilibaldi, arce tuâ Epiſcopali, IIX. Kald. Majas, Anno Dominicæ Sal. MDCXII.

Reverendiſs^me. & Illuſtriſs^me. tuæ
Dominationi

Subjectiſſimus

BASILIUS BESLER, CIVIS NORICUS,
Botanicæ & Medicæ addictus.

(:) (:) (:)

DECANUS, ET COLLEGIUM MEDICUM NORIBERGENSE, ÆQUO, ET REI HERBARIÆ AMANTI LECTORI,

Sanitatem.

IN exornatione & ampliatione artis alicujus exoptatæ, & florentis, qui laborem impendunt, ſua honoris & moleſtiarum præmia condignè ferant; eóq; magis, quò Ars fuerit dignior, & colluſtratione indigeat neceſſariâ: Sic hanc rei augebit evidentiam, & Encomio major evadet actio, Divinum cultum in illuſtratione attingens; inſuper Librum Naturæ, ab Apoſtolo demandatum, Divinæ præſentiæ, omnimajeſtatis, ſcientiæ & providentiæ ſpeculum & idéam ob oculos ponendo videntium: Agit hoc & explicat parum minori lumine & numine, ſi ex terrâ naſcentes & germinantes herbas, genuinâ, & ipſâ propriâ figurâ, expreſſas & effigiatas publicæ luci exhibeat.

Oculis qui aſpicit & intuetur, ex arte legit: Quo Viſui objectum ſit evidentius, perſpicacius, clarius: ſic exactius, facilius, certius legi poſſe, nemo negauit.


Hoc autem modo, in amplo & laborioſo hoc volumine, quælibet Eyſtettenſis horti Plantæ & Arbores, in ſingulis annorum quartis ortæ, conſpectui dantur, graphicè delineatæ, ut melius dari poſſe, vel tantum poſſe, Artifices dubitent; Minores verò hujus Artis omninò intactum, tanquam impoſſibile relinquant, opus non aggrediantur. Apparet ex hoc, quòd pleriq;, hujus negotii & laboris principia & limites aſpicientes, jam dudum animum abjeciſſe, viſi fuerint, colophonem addi poſſe, vel levem perfectionem, ob oneris magnitudinem, denegantes.


Verùm, cum optatum finem nunc adeptus fuerit Autor BASILIUS BESLERUS, noſtrâs Pharmacopœus, præter rem fore duximus, ni, ex noſtris, hujus ſui indefeſſi laboris & patientiæ aliquod extaret, cum elogio, teſtimoniũ; quando & clariores Botanici, Reíque herbariæ Coryphæi excellentes, ab Iſto bonâ memoriâ & honore affecti fuerint, quorum Catalogum huic ſuo Operi præfigere non dubitarit; animadvertens ſcilicet, ſcrutationem Plantarum, quo ad ipſarum generationes & ſubſtantiarum cauſas rimandas, multò operoſiorem & difficiliorem eſſe, quàm quæ ſimpliciter faciem & affectus earum effigiet & recenſeat.

Non igitur dubitamus, hunc proficuum & gratum fore omnibus laborem, iis potiſſimùm, qui oblectationem & uſum in cognoſcendis herbis & plantis quæritant: uno intuitu magnam herbariorum partem, præſentium iconum repræſentatione & effigiebus certis, atq; ex his Auctoris ſtudium & ingenuum laborem, inſpecturi, dimetientes.

Ubi & hujus mentio non prætermittenda, ut, ſi quâ in re, ut facilè in tam vaſto & diffuſo opere fieri poteſt, erroris aliquid irrepſerit, illud potiſſimum ad plurima, ob ſuſcepti oneris plenitudinem, gravitatem & diverſitatem reſpicienti, & qui quamprimum, in iſtâ temporis penuriâ, aliis etiam neceſſariis poſthabitis, HONORATISSIMO PRINCIPI, colendæ memoriæ, obſequi voluerit, adſcribendum eſſe. Quicquid enim pictoribus, ſculptoribus, & typographorum miniſtris condonandum & imputandum ſit, omnibus eſt notiſſimum. Interim, conatibus & laboribus Beſlerianis probatis, ut benevolus Lector faveat, atq; hinc præſentibus fruatur, donec DEUS OPT. MAX. alios excitet, qui in hujuſcemodi re felicius progrediantur, & enucleatius quid producant, majori quo poſſumus ſtudio peroramus, &c.



Nūcentibus rebolent flores sed tempore parvo
Dūrat odor fumigi instar abire solet.
Humanæ sic res fragiles nimiūmq; caducæ
Tempore quim homines stant perituræq; breui
Iustitiæ ad solem quapropter dirige sensus.
In cælis etenim gaudia vera manent.





PLANTARVM
HORTI EYSTÆT-
TENSIS.

Classis Verna.



ORDO
COLLECTARVM ARBORVM ET
FRVTICVM VERNALIVM.


III.
Syringa flore lacteo.
I.
Buxus.
II.
Syringa

Ordo.

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

BUxus. Ætatis grandioris adminiculo etiam caudices, crassitudine cruris humani amplitudinem superantes, adipiscitur, & salicum quarundam proceritatem: crebris & densè confertis constat ramis, exteriùs subnigricantibus, interiùs luteopallescentibus: ligni materies dura est, & operibus tornatilibus accommoda; folia frequentia ramis insident, crassa, superiore parte lætè aut saturatè virentia, pronâ pallidiora, Vaciniis rubris Dodon. aut Pyxacanthæ Matth. similia, subrotunda, resplendentia, graveolentia: flores herbacei inter foliorum sinus exeunt, globosi, & tenuibus staminulis obsiti, quibus evanescentibus remanent baccæ rotundæ, Myrto majores, denticulatâ coronide in summo notatæ, quæ inversæ allulæ parvæ tripedalis speciem exhibent, tribus in loculis semina oblonga nigricantia intùs foventes.

Dodon. 769.
Cœsalpin. lib. 3. cap. 48. fol. 126.
Lobel. Obs. 562. Adv. 419.
Lugdunens. 165. fol.
Cam. Epit. Matth. 101.
Hort. Med. 52.
C. Bauh. Matth. 169.
Germ. Buchsbaum.
Fuchs. 248. fol.
Tabern. 756.
Cam. Matth. Germ. 58.
Durant. 165.

II

Syringa cœrulea Lusitanica. Lilac Matthioli. Ligustrum Orientale Cœsalp. Ostriis Theophrast. Cortusi. Staphylodendron sæpius altitudine æquat, multis stolonibus à radice emissis fruticans, cortex è rufo albescit, materiam duram medio parùm medullosam involvens: rami ejus multi geniculatim enascuntur, æquè ac folia Populum nigram sine serraturis quodammodò affectantia, seu Apocyni latifolii modo è latâ basi in rotunditatem sensim acuminatam protracta, supernè saturatè viridia, infernè pallidiora: flores in racemis oblongis geniculatim emissi, densè congesti prodeunt, Gelsimino luteo similes, sed minores, è tenui infundibuli specie in quaterna folia dilatati, coloris cœrulei, secundum oras modico rubore aspersi, odore suavissimo præstantes: diciduis his oriuntur siliquæ planæ oblongæ, punicantis obsoletè coloris, media membranâ interseptæ, in quibus semina angusta rufa latent. Surculis terræ impactis facilè comprehendit, potissimùm tamen verno tempore.

Dodon. 766. fol.
Cœsalpin. lib. 3. c. 43. fol. 120.
Lob. Obs. 540. Adv. 414.
Lugdunens. 355.
Cam. Hort. Med. 165.
Matth. C. Bauh. 854.
P. Renealm. exactè describit fol. 31. specim. hist. ubi [illegible] nominat.
Germ. Spanischer Springsbaum.
Tabern. 750.

III

Syringa flore cinerei coloris. Floris tantùm colore cinereo & quasi argenteo à priore diversa est.

Germ. Aschenfarber Spanischer Springsbaum.



II. Syringa Italica flore albo plena.

I. Ruscus.

III. Syringa flore albo simplici

Ordo,

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

RUscus, ἀκάνθη. Centromirini Theoph. Anguillar. Lobel. Spina murina ejusdem. Scopa regia Marcelli Empyrici Dodon. Bruscus Barbaris. Radices albescunt, multas à se fibras longas effundentes, Phalangio Cordi similes (cujus etiam radices ejus loco, non sine magno errore, à Rhizotomis, quibusdam Pharmacopœis obtruduntur, annotante Thal. in suâ Harcyn. Sylv. fol. 69.) unde plurimi caules nutantes, Asparagorum instar emergunt, qui postmodùm se in ramos erectos dilatant, firmos, rotundos, virides, quibus folia, Buxo non majora, in acutum aculeum tendentia, robusta, pungentia, alternatim inhærent, quæ in medio sui floribus minutis herbaceis obsidentur, exiguis staminulis purpurascentibus circumpositis; post illos baccæ rubentes, Asparagi baccis ampliores, rotunda solida ossicula servant.

Dodon. 732.
Cœsalpin. lib. 5. c. 28. fol. 221.
Lobel. Obs. 362. Adv. 285. fol.
Lugdunens. 243.
Cam. Epit. Matth. 935.
C. Hort. Med. 149.
C. Bauh. Matth. 840. fol.
Germ. Meußdorn.
Trag. cap. 43. lib. secundo.
Tabern. 555.
Matth. Cam. Germ. 452.
Durant. 867.

II

Syringa Italica, fl. albo pleno. Frutex è ramis duriusculis subrubentibus, cui folia inæqualiter inhærent, lata, ambitu serrata, atq; è rotunditate in mucronem coacta, venosa, viridia, flores secundum caules inter folia locantur, albis aliquot foliolis, confertim coacervatis, odoratis, constantes, & multis in medio tenuibus staminulis sese exerentibus.

Germ. Blawe Doſten/ weiſſer Syringsbaum mit vollen blumen.

III

Syringa Italica, flore simplici albo. Bicubitum superabat nostra, cortice subrubescente, cui æqualiter adhærebant geminato situ folia, Vlmi ritu aliquantùm rugosa, oblongata, in mucronem producta, & marginibus crenata, obscurè viridia, Pyri seu Betulæ magis foliorum amplitudine: flores odorati, albi, ramorum extremitates racematim occupant, è quatuor latis oblongatis foliis conflati, meditullium tenuibus staminulis concoloribus refertum habęntes. De seminibus mihi non visis, uti etiam exactiore totius plantæ descriptione, vide

Dodon. 765. fol.
Cœsalpin. lib. 3. cap. 9. fol. 765.
Lobel. Obs. 540.
Lugdunens. 355.
Cam. Hort. 165.

Germ. Syringsbaum/ mit weiſſen einfachen blumen.
Tabern. 750.


I.
Arbor Iudæ
II.
Vnifolium ♀.
IIII
Hepatica Paluslris.
III.
Lunaria Botrÿtis

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

ARbor Iudæ, Siliqua ſylveſtris. Colytea tertia Theoph. Lugdunenſ: Cercis Alpina quorundam &c. Fabago. Pluribus ab unâ radice fruticat ſtolonibus, culturâ etiam arboream Liguſtri magnitudinem æquans. Cortex ramorum è purpurâ nigricat, circa quos, ante foliorum exortum, faſciculatim longis pediculis cohærentes, hilariter purpureorubentes floſculi, Pyſi aut Cytiſi florum æmuli: folia poſtmodùm ſuccedunt rotunda, Cyclaminis vulgaris aut Aſari formâ, minùs carnoſa, dilutè virentia: floribus pereuntibus ſubmittuntur ſiliquæ latæ, membranaceæ, compreſſæ, obſcurâ purpurâ nigricantes, claudentes intùs ſemina dura, plana, obſcurè rubentia, lentis magnitudine & propemodùm figurâ.

Dodon. 774. fol. | Lugdunenſ. 220. | Germ. Judasbaum/wild Johañes-
Cœſalp. lib. 3. cap. 29. fol. 111. | Epit. Matth. Cam. 140. | Tabern. 724. (broc.
Cluſ. 13. fol. lib. 1. | Hort. Med. 20. | Matth. Cam. Germ. 76.
Lobel. Obſ. 610. Adv. 441. | Matth. C. Bauh. 171. | Durant. 944.

II

Unifolium Cotyledon ſylveſtre Tragi. Palmaris eſt herbula, radiculis geniculatis, obliquis, tenuibus, variè ſub telluris ſuperficie repentibus, folia primo anno magis pediculo nituntur quàm caule, cujus ſummitati in ſecundo anno, aut tertio quandoq;, folia dilutè virentia, anguſto mucrone finita, Volubilis foliis proxima, inhærent, per longitudinem virgata, ac virgula gracilis, racematim floſculos Galii albi candicantes erigens, & poſt hos ſeminum baccas rubentes.

Dodon. 205. & 206. | Hort. Med. 183. | Trag. 163. cap. lib. 1.
Lobel. Obſ. 161. Adv. 127. | Matth. C. Bauh. 709. | Tabern. 428.
Lugdunenſ. 1260. | Phytop. C. Bauh. 114. | Matth. Cam. Germ. 421.
Epit. Cam. Matth. 744. | Germ. Ein Blat. | Durant. 675. & 1061.

III

Lunaria minor, ſeu Botrytis. Radices parvæ, fibroſæ, Ophiogloſſi ferè ad modũ prodeunt; cauliculus lævis eſt, rotundus, herbaceo colore palleſcens, cui in medii partis latere folia ſubrotunda, lunata, aliquot in unâ coſtâ conjugatim adjunguntur, Scolopendrii ſeu Cetrach effigiem referentia, cauli concoloria, quæ totidem eſſe putantur quot Lunæ curſus dies habet. E ſinu foliorum pediculus gracilis racematim faſtigiatur in ramulos quaſi floſculos globoſos abeuntes, ſeu minuta rotunda capitella, unde ſemen, pulviſculi inſtar, in auras diſpergitur.

Dodon. 139. | Cam. Epit. Matth. 643. | Phytopin. 145. | Fuchſ. 183. cap.
Cœſalp. lib. 16. cap. 18. f. 600. | Hort. Med. 91. | Germ. Mohnkraut/Mohnraute. | Matth. Cam. Germ. 308.
Lobel. Obſ. 470. Adv. 360. | C. Bauh. Matth. 647. | Trag. 138. cap. lib. 2. | Durant. 540. fol.
Lugdunenſ. 1312.

IV

Hepatica paluſtris quorundam. Radices tenuiter fibratæ, multa ortu diverſo enaſcentia folia fulciunt, rotunda, & obtuſis dentibus in ambitu inſignita: cauliculi languentes ſuſtinent floſculos albos, multos, quibus, uti & totâ ferè formâ, accedunt ad Ranunculum aquaticum Hepaticæ facie, Lobel. Obſ. 497.

& Polyanthemoni paluſtre Dodon. &c. | Germ. Waſſerlieberkraut.



I.
Cerasus flore pleno.

III
Summitates Piceæ.

II.
Cerasus racemosa sylvestris.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

CErasus flore pleno. Proceritatem & folia vulgaris Cerasi, foliis Prunorum oblongiora, latiora, circumserrata, in acutum finientia, profert, nec arboris cortex maculosus differt, nisi speciosa florum candidorum, multiplicibus foliis farctorum, luxuria accederet, quâ natura vim suam exhalans fructus omninò perdit.

Germ. Gefüllte Kirschenblühe.

An Tabern. Cerasus multiflora, fol. 694.

II

Cerasus racemosa sylvestris, Cerasus avium Pseudoliguſtrum Dodon. Mahaleb Avicennæ quorundam, Padus Theophrasti Lugdunens. Magnitudine mediocres æquat Cerasos, foliis constans viridibus, tenuiter circumserratis; truncus foris cinereo, rami nigricante colore tinguntur; flosculi numerosi, structurâ Labumi, longiùs racematim dependent, candidi, parvi, suaveolentes; quibus baccæ Pisi amplitudine succedunt, maturitate nigræ, quæ attritu gravem odorem emittunt: os interiùs durum, nec magnum, crispis liriolis eleganter imbricatum, exiguum nucleum condere Dodon. scribit.

Dodon. fol. 765.
Lobel. 593. Obs.
Lugdunens. 312.

Germ. Elschern/wilde Traubenkirschen/ oder Vogelkirschen.
Tabern. 696. fol.

III

Summitates Piceæ. Vulgaris notitiæ arbor est Piceæ, colonis etiam agricolarum quibusvis nota, Enodis & Abieti proceritate parùm concedens, cortice scabro, & in crispaturas se solvente, rami decussatim terram versus inclinant, variè brachiati, vestiti foliis, Taxi seu Abietis foliis magis tenuioribus, teretibus, mucronatis, & lætioris viroris, indiscriminatim circumquaq; illos operientibus: floris iuli sunt pallescente farinâ pleni, qui excipiũtur conis, rubentibus quidem, imbricatim squamatis, & sursùm spectantibus, sed nutantibus tandem, & summitates ramorum occupantibus, contra opinionem Plinian. lib. 16. cap. 25. qui Pinum Piceámq; flores ferre omninò negat. Theophrast. [illegible] nucamentum ei attribuit: semen exiguum alatum sub squamis conditur.

Dod. Abietis nomine descript. fol. 852.
Cœsalpin. lib. 3. c. 52. fol. 130.
Clus. 55. fol.
Lobel. 633. & 634. Adv. 450.
Lugdunens. 50. fol.
Cam. Epit. Matth. 47.
C. Bauh. Matth. 102.

Germ. Fichten/rothe Tannenblüh.
Tabern. 640.
Cam. Matth. Germ. 24.
Durant. 742.



II.
Lychnis viscosa sylvestris flore incarnato.

I.
Poma flore multiplici.

III.
Rapunculus Sylvestris maior

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

ROma flore multiplici, seu pleniflora. Neq; ramorum nigricantium & quodammodò scabrorum inordinatâ serie, & foliis atroviridibus superiùs, subtùs verò pallore pubescentibus, ac è latitudine sensim oblongatis, mucrone finitis, ambitúq; crenatis, à vulgari Malo admodùm discrepat, nisi multiplicium albescentium florum numerosis foliis, umbilicum versus modicè rubentibus, quibus etiam cum rosis quibusdam certare videtur. Fructus nondùm observatus est, fortassis, alimento uberiùs in flores refuso, nullus sperari poterit.

Germ. Gefüllte öpffelblühe.

II

Lychnis viscosa sylvestris, flore incarnato. Radix oblonga, multipliciter fibrata, lignosa, ac obliquè sub tellure demissa, densum cespitem foliorum fulcit, quæ saturatè viridia sunt, oblonga, angusta, & in summo mucronata: illorum è medio cubitum longi exurgunt cauliculi, teretes, & per intervalla geniculati, qui superiore parte viscoso succo obliti, muscas ac insidentes formicas continent, angustioribus foliis pari situ utrinq; geminis rariter obsessi: flores fasciculatim fastigia caulium proferunt incarnatos, quinis in summo bifidis foliis, & coronatis aliquot staminulis constantes, striatis oblongis caliculis suffultos, in quibus semina minuta Lychnidum perficiuntur.

An Viscaria seu Muscipula Lobel. Obs. 242. Adv. 190.

Lignum Thalii, fol. 59.

Germ. Wilde Leibfarbe Negelein.

An Tabern. Lychnis sylvestris purpur. VII. fol. II.

III

Rapunculus sylvestris minor. E radiculâ singulari, oblongâ, & parùm fibratâ, prosiliebant folia non magna, ex angustâ formâ in latiorem oblongatam porrecta, pallidè virentia, hirsutiem aliquam molientia, quæ graciliore & rariore specie caulem cubitalem conscendebant, striatum, & in summitate ramosum, ac singulis adnatorum cacuminibus proferentem cauliculos striatos, singulatim tenuibus oblongis laciniis fastigiatos, à quibus sustinentur flores cymbalares, è purpureo candicantes, Medio minores, & Cervicariis; quorum semen. minutiore formâ refert.

Vid. Rapunculus sylvest. flo: ex purpurâ candicante, Tab. 119.

Germ. Wilde Rapunczeln/mit purpurweisen blumen.



I.
Pistacia.

II.
Laurus cum flore.

III.
Amigdala cum flore.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

RIstacia arbor. Cortice exteriore est pallescente, foliis subrotundis, latis, circa unum pediculum conjugatim digestis, quorum tria tantùm, aut pauciora, juniori plantæ, adultiori octona plerunq; in uno pediculo seu costâ dispositа spectantur, è viriditate in luteum colorem elangueſcentia, crassa, attritu aromatici aliquid odoris effundentia, ac alternato situ ramulos per intervalla vestientia: horum in propinquo oculi seu gemmæ extuberant, emittentes flosculorum exiguorum rudimenta, pallescentia (apud nos nondum adhuc exactam perfectionem assecuta) racemos scilicet coloris rubescentis, quibus in aliis regionibus pariter racematim dependentes nuculæ, Avellanorum majorum amplitudine, succedunt, albescente exteriùs crustâ nucleum firmum, lignosum, atq; sub illo tenui rubrâ membranulâ contectam medullam porracei coloris complectentes, gustu & odore Pineis nucibus aliquantùm gratiore.

Dodon. 805. fol.	Cam. Epit. Matth. 170.	Tabern. 726. lib. 3.
Cœsalp. lib. 2. cap. 44. fol. 78.	Hort. Med. 128.	Cam. Matth. Germ. 94.
Lobel. Obs. 539. Adv. 412.	Matth. C. Bauh. 222. fol.	Durant. 762.
Lugdunens. 361.	Germ. Welsch Pimpernüßlein.	

II

Laurus cum flore. Perpetuò virentia folia, ac attritu gustúq; aromaticum quid effundentia profert, Citriæ Mali foliis angustiora, oblonga, acuminata, dura, lævia, splendentia, quæ crassò brevíq; pediculo subvehuntur è caudice obscurè rubescente, enodi, ramoso, qui in mediocris arboris altitudinem attollitur, in cujus summo, secundum foliorum exortus, flores pallescentes crassiusculi emergunt, odorati, & his submissæ baccæ, in rotunditate elevatæ, virides initiò, & postea maturitate nigræ, tenui putamine medullam benè compactam ambientes: stolonibus plurimis, à radice emissis, luxuriat.

Dodon. 857. fol.	Cam. Epit. Matth. 60.	Tabern. 655. lib. 3.
Cœsalp. lib. 2. cap. 21. fol. 52.	Hort. Med. 85.	Cam. Germ. Matth. 54. fol.
Lobel. 570. Obs. Adv. 424.	Matth. C. Bauh. 125.	Durant. 500. fol.
Lugdunens. 351.	German. Lorbeerbaum / mit seiner blühe.	

III

Amygdala cum flore. Post ætatem, etiam proceritate Persica Mala superant, quæ foliis refert oblongis, splendentibus, viridibus, acutis, & ambitu crenatis, æquèac floribus ante foliorum eruptionem luxuriantibus, modicè è candido rubentibus: fructus strigosior est, ab unâ parte fissurâ notatus, oblongus, depressus, & pube araneosâ albidâ obductus, cartilagineâ propè carne non eduli constans, & nucleo firmo, duro, Persici mali nucleo oblongiore, in quo subrufa tunica, medullam dulcem albam, vel in quibusdam amaram, circumvolvit. Insertam arborem super Prunum lanuginem fructuum amittere, & grandiorem fieri, Cœsalpin. habet.

Dodon. 726	Lugdunens. 317.	Matth. C. Bauh. 221.	Cam. Germ. Matth. 93.
Cœsalp. lib. 2. cap. 14. fol. 47.	Cam. Epit. Matth. 169.	Germ. Mandelbaum / mit der blühe.	Durant. 48. fol.
Lobel. 569. Obs. Adv. 569.	Hort. Med. 14.	Tabern. 705. lib. 3.	


III.
Clematis Daphnoides.
flore caeruleo.
II.
Clematis Daphnoides
flore albo.
I.
Staphylodendron.
V.
Clematis Daphnoides
flore purpureo pleno.
IIII.
Clematis Daphnoides
flore purpureo.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

ANagyris anguſtifolia. Laburnum, Eghelo arbor. Aburnium Plinii, Anguillaræ. Faba inverſa Tragi. Frutex arboreſcens aliquot cubitorum eſt, ligno duro flaveſcente, medullitùs nigro, cortice exteriore è viridi ſubcandicante, lævi, multis ramis, in quibus folia, longis nitentia pediculis, Trifolii majoris tertii Cluſiani amplitudine, ſuperiùs viridia, inferiùs ſubalbida, tripartitim diſterminata, atq; prope exortum eorum racemi promiſſiores florum, Geniſtæ flores vel Piſi referentium, coloris lutei, & his ſuccedentes ſiliquæ depreſſæ, condentes ſemina ſubrotunda, Coluteæ vulgatiori non abſimilia, nigricantia, lentis magnitudine.

Dodon. 775.
Cœſalpin. lib. 3. cap. 32.
Lobel. Obſ. 504. Adv. 388.
Lugdunenſ. fol. 103. & 104.
Epit. Matth. Cam. 672.
Hort. Med. Cam. 82.
Matth. C. Bauh. 665.
Germ. Linſenbaum/Baumbonen.
Trag. 14. cap. lib. ſecundo.
Tabern. 794. lib. ſecundo.
Matth. Cam. Germ. 450.
Durant. 53. in textu.

II

Anagyris latifolia. Foliis eſt priori ſimilimum, Trifolio bituminoſo amplioribus, florum facies eadem, ſemen coloris flavi magis ad renum formam accedit.

Germ. Breitblätericht Baumbonen.



II.
Anagÿris latifoliis.

I.
Anagÿris angustifoliis.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

STaphylodendron. Nux vesicaria Dodon. Pistacia Sylvestris Castor. Coulcoul. & Hebulben Turcarum Matth. in Epistolis. Pistacia peregrina C. Bauhin. & Terebinthus Indica Theophras: recentior: Multos stolones, per intervalla geniculatos, è radice variè dispersâ albicante emittit, qui adultiores aliquot cubitos tandem æquant, cortice exteriùs cineracei coloris; folia Sambuci cervinæ vel Fraxini situ conjugatim hærent, dilutè viridia; flores in oblongis racemis dependent, albidi, & circa oras foliorum modicè purpurascentes, Lilii convallii floribus majores, ac rotundi, quibus deciduis vesicæ, Coluteæ vesicis tumidiores & majores exoriuntur, herbaceæ primùm, & deniq; pallescentes, inferiùs infirmo mucrone finientes, ac intrinsecus medio loco geminatim baccas hordei colore intensiores, cicere ampliores ostendentes, pulpâ interiore subviridi, & nauseosi gustus, dulciusculâ refertas.

Dodon. 806. fol.
Cœsalpin. lib. 3. cap. 44. fol. 120.
Lobel. Obs. 540. Adv. 414.
Lugdunens. 102.
Cam. Epit. Matth. 171.
Hort. Med. 164.
Matth. C. Bauh. 222.
Germ. Pimpernůßlein.
Tabern. 724. lib. 3.
Cam. Matth. Germ. 94.

II

Clematis Daphnoides minor, flore albo. Radicibus tenuibus constat, viticulisq; gracilibus, flexibilibus, humum versus subinde se reclinantibus, ac geniculatim sobolem fibratam emittentibus: quædam surrectiores sunt, quibus pari utrinq; serie folia lævia, saturatiùs sempervirentia, Laurinis angustiora, Ligustri æmula, apponuntur, è quorum alis oblongi exerti pediculi flores porrigunt, à tubuloso seu fistuloso calice in patentia quina folia alba dilatati, nullius odoris. Semina nondum observavi, Cœsalpinus ei oblonga & depressa, in fructibus seu siliquis bifurcatis contenta, adscribit.

Vid. Dodon. 401.
Cœsalp. lib. 8. cap. 29. fol. 536.
Lobel. 560.
Lugdunens. 832.
Cam. Epit. Matth. 694.
Hort. Med. Cam. 43.
Matth. C. Bauh. 679.
Phytopin. 597.
Germ. Gingrůn oder Beerwinck/ mit weissen blumen.
Tabern. 558. lib. 2.
Cam. Matth. Germ. 525.
Durant. 254.

III

Clematis Daphnoides flore cœruleo. Florum colore cœruleo vulgatior est tantùm, & autoribus prædictis hâc facie descripta. Germ. Gingrůn mit blawen blumen.

IV

Clematis Daphnoides flore purpureo. Florum colori, & foliis sæpè angustioribus, discrimen unicè imputandum est. Germ. Gingrůn/ mit purpurfarben blumen.

V

Clematis Daphnoides flore purpureo pleno. Multiplici foliorum, in flore saturatè purpurascentium, luxuriâ speciosior cæteris & rarior est, quamvis mox pauciori-bus, mox pluribus variet, alioquin prioris æmula est. Germ. Voll purpurfarb Gingrůn.



II. Xylostium floribus albis.

I. Xylosteon alterum Dodonei.

III. Oxyacantha.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

XYlosteum alterum Dodon. Cubitalis altitudinis erat, ramis foris albicantibus, obsequiosis, foliis Laurinis majoribus, in mucronem fastigiatis, supinâ parte virentibus, pronâ candicantibus, ejusdem cum sequenti situs; flores oblongis firmis sustentãtur pediculis, geminati, vulgatiori Xylosteo magis exigui, è rubente purpurá albicantes: fructus succedit unicus, Iuniperinis paulò major, succi plenus, & in rubore pellucidus, duplicatis in summo stigmatibus (Clusio annotante) distinctus, unicum intùs ossiculum occultans.

Dodon. 407. | Clus. 59.
Germ. Beinhölzlein.

II

Xylosteum floribus albis, vulgatius. Allobrogum Periclymenum alterum Corni fœminæ effigie Lobel. Caudex foris cinereo cortice obtegitur, nec multùm supra humanam staturam, nisi culturâ cogatur, ascendit; rami rotundi sunt, foliis sibi oppositis vestiti, Frangulæ seu Corni fœminæ æmulis, minoribus, albicantis viroris, mollibus, & inferiùs candidioribus: flores vulgare Periclymenum affectant, brevioris & strigosioris figuræ, singulis pediculis gemini, uti & baccæ succedentes, Periclymeni baccarum ritu oblongatæ, rubentes, & ossicula seminum humidiore transparente pulpâ obvolventes.

Dodon. 407. | Lobel. Obs. 558. Adv. 280.
Clus. tantùm meminit fol. 58. | Hort. Med. Cam. 183.
Lugdunens. 273. | Germ. Gemein Beinhölzlein/mit weissen blumen.

III

Oxyacantha Galeni, Cordi, Camer. Tab. Amirberis Arabum. Berberis officinarum. Crespinus Matth. & Cœsalpin. Spina acida Dodon. Plurimis prolixis virgultis, & sæpè recurvatis firmisq; aculeis albidis armatis attollitur, tenella germina rubescunt, cortex adultioris stipitis foris cineracei coloris, novelli albicantis est, intúsq; flava materia lignum albescens circumdat: folia plura in unâ sede locantur, viridia, margine crenata, quodammodò aspera, ac è rotunditate oblongata, gustu acidula; è medio illorum flores rotundi, flavo pallescentes, Lilii convallii æmuli, & odorati, in racemis dependent, quos sequuntur baccæ oblongæ, hilari rubedine per maturitatem infecti, acidi, intùs singulatim ossiculum oblongum, Farris æmulum, servantes: radices lignosæ, intensioris lutei coloris, variè disperguntur.

Dodon. 737. | Hort. Med. 28.
Cœsalpin. lib. 3. cap. 12. fol. 99. | C. Bauh. Matth. 150. fol.
Clus. 120. | Germ. Saurach/Weinlegelein/Saurer dorn/Peissel-beer.
Lobel. Obs. 599. Adv. 439. | Tabern. 741.
Lugdunens. 138. | Cam. Matth. Germ. 47.
Cam. Epit. Matth. 86. | Durant. 136.



I.
Sambucus arbor rosea.

II.
Trifolium arborescens.

III.
Cytisus V. Clusij.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

SAmbucus roſea. Sambucus aquatica Polyanthos. Lycoſtaphylos maſcula Cordi. Humanæ ſtaturæ proceritatem æquat, culturâ adjuta, rami foris cineracei coloris cortice conſtant, ſubfuſcis, per intervalla geniculatim diſtinctis, ac intùs medullâ condidâ farctis, fragilibus, in quibus folia anguloſa, Aceris minoris folia affectantia, mollia, & ſecundum margines ſerraturis conſpicua: ab extremis ramorum alis flores, magnæ ſphæræ inſtar, denſè conglomerati, albis ſubrotundis quinis foliis, in latitudinem depreſſis, conſtantes, dependent, quibus nulla ſemina ſuccedere obſervatum fuit.

Dodon. 23. lib. 4. fol. 835.
Lobel. Obſ. 615. Adv. 444.
Lugdunenſ. 270. in textu.
Cam. Epit. Matth. 977. fol.
Hort. Med. Cam. 152. attingitur.
Matth. C. Bauh. 874.
Germ. Gefüllte Schwelcken/oder Schneballen.
Tabern. 732. lib. 3.
Cam. Matth. Germ. 45.
Durant. 451.

II

Cytiſus quintus Cluſii putatus. Virgæ lentæ plurimis obſepiebantur foliis, aliorum Cytiſorum ritu tripartitâ diviſurâ uno pediculo annexis, oblongis quodammodò & ſubalbidis: inter folia frequentes flores lutei, Loto ſiliquoſæ pratenſi ſimiles, prodeunt, atq; his ſuccedentia ſemina, in nigricantibus & apice tenuiſſimo quaſi faſtigiatis ſiliquis, ſubhirſutis, plana, rotunda, flava: radix ſe ſparſim in tellurem demittit.

Vid. Cluſ. fol. 95.
Germ. Baumklee/der fünffte bey dem Cluſio geacht.

III

Trifolium arboreſcens. Cytiſus quintus rotundifolius Tabernæmont. Cytiſus alter minor & vulgatior Lobel. in Adverſ. Radice lignoſâ & diſperſâ prodit, etiam caudicem, tres cubitos æquantem, per ætatem acquirens, ſubnigricantis corticis; folia priore latiora, rotundiora, & ſaturatè viridia ſunt, mollia, nec ſemper tripartitâ ſerie digeſta: flores præcedentem amplitudine pariter ſuperant, Geniſtam magis æmulantes, lutei, ſummis alarum verticibus inſidentes: ſemina, lobis oblongis compreſſis incluſa, quodammodò compreſſa, flaveſcentia, & lente minora ſunt.

Lobel. Adv. 388.
Lugd. Cytiſi alterius Penæ nomine, fol. 261.
Germ. Rundblätterichter Baumklee.
Tabern. 798. fol.



IV. Polemonium Monspelli ensium.



III. Genista Scoparia



II. Cytisus V. Clusij.



I. Cytisus Columellæ.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

CYtiſus Columellæ Camerarii. Radices, ſeſe infra terram ſparſim demittentes, crebras virgas, lentas, hirſutas, pedales firmant, obſeptas foliis hirſutis ſubincanis, quinquepartitâ ſerie iterata per intervalla cauli adfixis, Meliloti coronatæ inſtar: florum ſitus in cacuminibus alarum corymbos efformat, pari ritu ut Meliloti dictæ flores collocantur, quorum formam colore etiam albicante, & ſuperiorum foliorum parte nonnihil purpuraſcente, referunt: ſuccreſcunt ſiliquæ ſubrotundæ, ſeu teretes, è fuſco rufeſcentes, tenuiter mucronatæ, in quibus ſemina Viciæ minimæ, rotunda, exigua latent.

Hort. Med. Cam. 53. | Germ. Rauher Baumklee/von Columella angedeutet.

II

Cytiſus, VII. Cluſii ſimilis, pedalem ultra altitudinem attollitur, virgis rectis, lignoſis, frequentibus, ſubflaveſcentibus villis obſitis, quas folia ab imo uſq; ad ſummum crebra conſcendunt, terna ſingulis pediculis inhærentia, Medic. ſylveſtris luteæ foliis majora, inferiùs tenuiter villoſa, ſuperiùs vireſcentia, ad quorum exortum ſe minora alia interſpargunt: flores ſimul congeſti aliquot in ſummitatibus alarum pallidè flaveſcunt, Loto pratenſi minores: ſemina compreſſa, ſubrotunda, exigua, fulveſcentia, Geniſtam æmulantur, ſiliquis, ſubfuſcâ ac aliquantùm incanâ hirſutie pubeſcentibus, recondita: radix dura, lignoſa, ſe ſummâ tellure diffundit.

Cum ſept. Cluſ. alt. ſpecie multùm conſentire videtur, fol. 97.

Germ. Baumklee/der mit 7. Cluſii ſich vergleichet.

III

Geniſta Scoparia vulgi Lobel. Geniſta quadrato junco Cœſalp. Geniſta anguloſa C. Bauhin. Ad humanam proceritatem uſq; fruticat ramulis, à radicibus lignoſis & prolixè fibratis, & obliquè diſperſis, viridibus, junceis, frequentibus, anguloſis, obſequioſis, ſeu, ut Dodon. habet, necti flectíq; facilibus, in quibus folia parva, initiò Trifoliorum ritu tripartitim diviſa, poſteà, plantâ adultiore factâ, ſimplicia, obſcurè viridia: flores ſub ramorum faſtigiis oriuntur lutei, Piſorum floribus conformes, quibus vaginulæ latæ, planæ, compreſſæ, & per maturitatem nigricantes ſuccreſcunt, ſemina ſubrotunda, fulveſcentia, lentibus minora, vomitibus ciendis idonea, complectentes.

Dodon. 749.
Cœſalpin. lib. 3. cap. 35. fol. 115.
Lobel. Obſ. 531. Adv. 407.
Lugdunenſ. 167.
Cam. Epit. Matth. 950.
Matth. C. Bauh. 853.
Germ. Gelbe Pfriemen/oder Khunſchoten.
Fuchſ. 79.
Tabern. 802. lib. ſecundo.
Matth. Cam. Germ. 440.
Durant. 412.

IV

Polemonium Monſpelienſe. Trifolium fruticans Tabernæmont. Radices fibrarum, contumaciter terræ inhærentium ac ligneſcentium, flexu variè ſerpendo diſperguntur, virgæ inde plurimæ per ætatem etiam bicubitalem longitudinem attingunt, lignoſæ, tenaces, ſaturatè viridis, crebris foliis craſſis veſtitæ, Rutæ latifoliæ folia ſingulatim affectantibus, Trifoliorum ſitu cohærentibus: flores in ſummis ramulis oriuntur lutei, Gelſimini lutei æmuli, quibus ſuccedunt baccæ nigricantes, Liguſtro minores, oſſicula ſeminum complectentes.

Dodon. 561.
Lobel. Ad. 390.
Lugdunenſ. fol. 1187.
Germ. Baumichter Wiſenklee.
Tabern. 228. fol. lib. ſecundo.



I. Colutea Vesicaria.

II. Cytisus Galeni Maranthæ cognatus.

III. Cytisus primus Tabernæm: spicatus.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

COlutea Veſicaria, & Liparea Theophraſ. Emeri alterum genus Cœſalpin. Supra humanæ ſtaturæ proceritatem fruticando attollitur, incano foris cortice, ramis tenuibus multis, circa quos folia Senæ ſeu Glycyrrhizæ aut Viciæ latifoliæ poſitu, ambitu rotundiora (quorum quædam in ſummo paulatim ſinuata videntur) conjugatim uno nervo inhærentia: flores veluti racematim prodeunt, Viciarum, Geniſtæ, ſeu potius Chamæbuxi Geſnerianæ ſpecie, medio folio reflexo, parùm radiati, lutei, quibus decidentibus oriuntur membranaceæ veſicæ, quaſi flatibus diſtentæ turgentes, quarum compreſſione ſtrepitus excitatur, intus in medio ſemina ſubrotunda, modicè depreſſa, nigra, lentis magnitudine ferentes.

Dodon. 772.
Cœſalpin. lib. 3. cap. 38. fol. 117.
Lobel. Obſ. 530. Adv. 406.
Lugdunenſ. 2140. fol.
Cam. Epit. Matth. 540.
Hort. Med. 45.
Matth. C. Bauh. 572. fol.
Germ. Welſch Einſenbaum / Schafflinſen / wild Senebaum.
Fuchſ. 169.
Tabern. 795. lib. 3.
Cam. Matth. Germ. 431.
Durant. 264.

II

Cytiſus Galeni Maranthæ cornutus. Adoleſcit in hortis, & in ſesquicubitalem altitudinem aſſurgit, cortice foris incano, ligno duro; folia nullo ſervato ordine & longis pediculis virgultis affiguntur, tripartitis ſegmentis diſterminata, ſubincana, inter quæ alæ tenues flores Geniſtæ minoris aureos ſubmittunt, quos ſubſequuntur ſemina in falcatis latis ſiliquis, flava, depreſſa.

Dodon. 559. fol.
Cœſalpin. cap. 33. lib. 3. fol. 113.
Lobel. 503. Obſ.
Lugdunenſ. 259.
Cam. Epit. Matth. 895.
Hort. Med. 55.
Matth. C. Bauh. 810.
Germ. Gehörneter Baumklee / oder Geißklee.
Tabern. 798. lib. 3.
Cam. Matth. Germ. 408. fol.
Durant. 315.

III

Cytiſus 1. Tabernæmontani, ſpicatus. Bicubitalem proceritatem vix excedebat, obſequioſis ſubnigricantibus ramulis multùm dilatatus, in quibus folia viridia Trifoliorum oblongiuſcula, & tripartitim uno pediculo ſuſtenta, parvo mucrone finita, ac ſubtùs quaſi tenuiſſimis pilis ſplendentibus obſita: flores Piſi florum formâ, lutei coloris, exeunt, & his evanidis ſemina in ſiliquis oblongis anguſtis, lente minora, compreſſa, flaveſcentia: radix lignoſa, dura, longa, nec multùm fibrata erat.

Cluſ. IV. nomine, 95. fol.
Lobel. 387. Adv.
Lugdu. Cytiſi prioris Penæ nomine, 261.
Germ. Geißklee / der erſte des Tab.
Tabern. 797. lib. 3.



II. *Ligustrum.*

I. Guaiacana.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

GUajacana. Guajacum. Patavinum Lobel. Tuberum inter mala alterum genus Plinii, & Ermellinus Cœsalpin. Arboris proceritatem etiam in nostris regionibus molitur, ramorum cortice foris è fuscedine subincano, foliis Cerasi sylvestris latitudine & longitudine, vel Citro majoribus, prorsus integris, & in acutum productis, obscurè virentibus, nervosis pediculis brevibus subnixis: flosculi seriatim ramis insident, quatuor foliorum viridium fulcimento excepti, Arbuti specie concavi, ac è pallore herbaceo subrubentes, quibus submittuntur, sine pediculis conspicuis, fructus globosi, Cerasi magnitudine in summo umbilicati, fuscocœrulei, per maturitatem senâ oblongâ cartilagineâ intus occultantes semina.

Cœsalpin. lib. 3. cap. 21. fol. 104.
Lobel. 605. Obs. Adv. 439.
Lugd. Diospyros seu Fabæ Græcæ titulo, fol. 349.
Epit. Matth. Cam. 156. fol.
Hort. Med. Cam. 69.
Matth. C. Bauh. fol. 211. &c.
Germ. Vermeincer Jurgelbaum.
Tabern. 735. lib. 3.
Cam. Matth. Germ. 86.

II

Liguſtrum. Olivella & Olivetta Hetruſcorum Matth. Phillyrea Dodon. Cyprus Tragi. Ramis fruticat ſurrectis, ſepimentis accommodis, in quibus folia inordinata integra, Salicis, vel Oleæ, aut Pervincæ foliorum æmula, atriorum tamen, nitentia, lævia: flores racematim condenſati cacuminibus oriuntur candidi, parvis Hyacinthorum floribus æquales, valdè odorati, caduci, quibus marceſcentibus ſuccedunt baccæ, quodammodò oblongæ, nigricantes, compactæ uvæ rudimenta repræſentantes, Iuniperinis baccis majores, intùs pulpâ friabili purpureâ, oblongiuſcula angularia ſeminum oſſicula circumvolventes, quæ ramis ſuis plerunq; totâ hyeme inhærere ſpectantur.

Dodon. 763. fol.
Cœſalpin. lib. 3. cap. 8. fol. 95.
Lobel. Obſ. 564. Adv. 420.
Lugdunenſ. 252.
Epit. Matth. Cam. 89.
Matth. C. Bauh. 154. fol.
Germ. Klein Weidenmundholtz/Beinhölzlein.
Fuchſ. 182. cap.
Tabern. 746. fol. lib. 3.
Cam. Matth. Germ. 49. fol.
C. Durant. 520.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Vernalium continens.

I

RIbes minor, fructu rubro. Vvam crispam vulgatam viticeâ suâ, ambitu crenatâ, & aliquantùm atroviridi fronde æmulabatur, frequentibus longis pediculis è caudice sesquicubitali subvectâ, cui intermiscentur tenues racemi, flosculis herbaceis, secundum angulos subrubentibus, summis fructibus insidentibus, onusti; sunt autem fructus bacculæ parvæ rubicundæ, pellucidæ, succo dulci, ac propemodùm nauseoso gustu, ossiculis seminum ut plurimùm orbatæ.

An Ribes dulce Clusii 119. & icone additâ 120. | Sylvestre Cam. in Hort. Med. fol. 141.

Germ. Klein roth Johannistreubel / so süßliche sein.

II

Ribes rubra vulgaris. Foliis est duplo latioribus, saturatè nigricantibus, vitigineâ divisurâ per ambitum evidenter crenatis, quæ longi pediculi porrigunt, è virgultis bicubitalibus, corticis subnigricantis, ramosis: flores superioris modo à foliorum sinubus racematim dependent, herbacei, pallescentes, parvi, quibus baccæ, piperis magnitudine, post virorem maturitate rubentes, succedunt, gustu aciduli: radix lignosa, subnigricans, variè dispergitur, ac divisa in surculos facilimè propaganda est.

Dodon. 737. | Epit. Matth. Cam. 88. fol. | Fuchs. 257.
Cæsalpin. lib. 3. cap. 12. fol. 99. | Hort. Med. 141. | Tabern. 784. lib. 3.
Lobel. Obs. 615. Adv. 445. | C. Bauh. Matth. 151. (haßlobeerlein. | Matth. Cam. Germ. 49.
Lugdunens. Grossulariæ rub. titul. 132. | Germ. Gemein roth Johannistreubel / oder Jo- | Durant. 849. fol.

III

Ribes fructu nigro. Majoribus ejusdem formæ foliis constat, sed magis nigricantibus, & graviusculo odore nauseam moventibus; sic & baccis multò majoribus, nigris, gustu acredinem piperis aliquantùm referentibus, quæ post flosculos, è herbaceo rubescentes, prodeunt: radicibus multipliciter sparsis se valdè propagat.

Dodon. 737. fol. | Lobel. Adv. 44. | Germ. Schwartze Eichebeer / oder Johannistreubel.
Clus. 120. (nomine, f. 135. | Cam. Hort. Med. 141. |
Lugd. Grossulariæ nigræ | Matth. C. Bauh. in textu, f. 152. | Tabern. 784. lib. 3.

IV

Ribes fructu rubro, majus. Majoribus & vegetioribus plerunq; differt foliis, uti & baccis, duplo vel triplo quandoq; vulgare superantibus.

Grossularia majore fructu Clus. fol. 120. | Cam. Hort. Med. 141.

Germ. Groß roth fremd Johannistreubel.

V

Ribes fructu albo. Quo colore fructus, unionum pallescentium modo pellucidi, à superioribus variat.

Matth. C. Bauh. in textu inter synonyma, 152. | Ribes vulgare, albo fructu, Clus. 120. fol.

Germ. Weiß Johannistreubel / oder Johannisbeerlein.


III.
Dens canis flore rubro.
II.
Dens canis flor: albo.
Squammata seu dentaria
maior
V.
Primula Veris sylvestris flor:
pallido.
IV.
Pulmonaria maculosa.

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

DEntaria major, & prima Clusii: Squammatia, & Radix squammata: Crocodilea: Anblatum: Dentaria, major dicta, quòd sine foliis nascatur, quamvis foliola, florũ colore, exeant in caulibus teretibus, fragilibus, humidis, qui quidẽ caules in summo incurvati & demissi sunt. Horum unus ut plurimùm flores habet, ex albo purpurascentes, summitate suâ hirsutos: extra quos caliculi semen parvum nigrum continent. Caulium autem ferè singuli singulas suas habent radices, ex compage squammatâ congestas, ad unam, eámque squammis crassioribus, majorem, colore albicante, descendentes.

Lugdunẽses describunt hanc fol. 1296.
Dodonæus fol. 544.
Clusius, lib. quinto, fol. cxix.
Matthiol. Caspar. Bauhini, fol. 685.
Epitome Matth. Camer. pag. 705.
Horto Medico Cam. pag. 54.
Germanicè, Schuppenwurtz: Ohneblatt: S. Georgen Wurtz: Blumenkraut: Geschuppt Freysamkraut.
Matthiol. Camer. Teutsch, fol. 414.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 518.

II

Dens Caninus Belgarum: Satyrium Erythronium: Pseudohermodactylus Matthioli: ex radice crassâ, oblongâ, subtus fibrosâ, germinat: à cujus fibris proximè ascendit caulis tenuis, cum duobus plerunque foliis latioribus acuminatis, rubro maculatis; intra quos caulis pergit ad flores, lactei & albicantis coloris, expansos, tandémque repandos. Horum stamina sunt nivea, cum apicibus nigris.

Lobel. Observat. fol. 97.
Adversar. 64.
Dodon. fol. 202.
Lugdun. fol. 1567.
Clusius, lib. secundo, fol. 266.
Epitom. Matth. Cam. pag. 848.
Horto Camer. pag. 54.
Matth. Casp. Bauhini, fol. 779.
Germanicè, Schoßwurtz: Weiß Scendelwurtz. Im Teutschen Matth. Camerarii, fol. 389.
Tabernæmontan. lib. secundo, fol. 348.

III

Dens caninus, à priore, & jam descripto, parùm differt: radicis scilicet, caulis & foliorum formâ & nascentia: nisi quòd dilutiore rubore floret, staminibus purpurascentibus, stylo candido.

AUTORES superiùs notati.

Germanicè, Roth Schoßwurtz.

IIII

Pulmonaria maculosa, altera Matthioli: Symphytum maculosum Dodonæi: foliis Buglossum refert, hirsutis, sed maculis candicantibus notatis, majoribus & asperis: floribus rubentibus, qui, quando aperiuntur, purpurascunt: Radix ejus crassa, viscida, multifida, nigrior, cum fibris concoloribus.

Dodonæus, folio 135.
Lobelius Observat. 317.
Adversar. 252. 253.
Lugdunens. folio 1327.
Clusius libro quinto, folio CLXIX.
Epitome Camerarii, pag. 784.
Horto Camerarii, 113.
Germanicè. Fleckend Lungenkraut: Hirschkôl: Hirschmangolt.
Germ. Matthioli Camerarii. folio 365.
Tabernæmontan. libro secundo, folio 260.
Duranæ 813.

V

Primula Veris sylvestris: Phlomydum una: humilis prope terram ampliatur, foliis virentibus, florum multitudine pallescentium: radicibus sparsis flavis.

Lobel. Observat. 305.
Adversar. 244.
Lugdunens. 835.
Clusius libro tertio, folio 302.
Germanicè, Bleichgelbe/ Nidrige/ Frũe Schlüsselblumen/ oder Himmelschlüssel.
Tabernæmont. Germ. libro secundo, folio 35.



II Auricula Vrsi flore purpureo.

I Auricula Vrsi flore albo.

III Auricula Vrsi flore luteo.

IIII Aristolochia flore albo.

V Ranunculus Sylvarum flore albo & pleno.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

INter Saniculas, Verbascula, vel Primulas Veris, ob plurium similitudinem, numerantur Auriculæ ursi, quarum prima Minor flore albo & candicante gratior multò, sicut & foliis juxtà & arctiùs appositis, pilositate circumadornatis, quæ Phlomidum est forma, levius virentibus constat.

Germanicè, Weiser Bergsanickel.

II

Secunda flores purpureos habet lætiores, sub quibus folia latiora ex viridi lutea panduntur.

Germanicè, Bergsanickel mit braunen blumen.

III

Has sequitur, omnibus Herbariis ferè cognita, Auricula ursi, flore ex luteo pallente, exporrectis latioribus suaviùs virentibus foliis, pinguibus, & aliquibus repandis.

Tres hæ species observantur à
Dodonæo 148.
Lobel. Observat. 306.
Adverſ. 244.
Lugdun. 837.
Clusio 302. Rariorum Plant. lib. tertio.
Matthiol. Cam. Epitome, 706.
Horto Camer. 25.
Matth. Bauhini, 685.

Germanicè, Bergsanickel oder Flußblumen.
Matth. Camerarii Germ. fol. 330.
Tabernæmont. fol. 41. lib. secundo.
Durante, 123.

IIII

Aristologia rotunda, floribus albis & foliis fumariæ tenellis, & levore quasi cinere aspersis dilatatur, uno saltem caule plerunque, radice quidem non tuberosâ, sed subrotundâ & levi.

Dodon. fol. 324.
Lobel. Observ. fol. 438.
Lugdun. fol. 1292.
Matth. Cam. Epitom. pag. 891.
Bauhini, 807.

Germanicè, Weiß Holwurtz.
Matth. Camer. Germ. 407.
Tabernæmont. 112. lib. primo.

V

Ranunculus sylvarum: Rarior planta: flore albissimo, eoque pleno: Radice Anemonis nigrâ: Aconito batrachoidi similis, folia molliora, profundiùs divisa habet, virore dulci.

Germanicè, Weiß gefüllte Waldhenlein.



III.
Nasturtium aquaticum flore pleno.



IIII.
Nasturtium aquaticum simplici flore.



I.
Ranunculus nemorosus flore pleno.



II
Ranunculus nemorosus flore luteo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RAnunculus Nemorosus: floris pleni, rosei, innumerâ serie foliorum, intus albicantium, niveorum, ad capitulum, ex staminibus rotundis, luteum, concentrantium: Exteriùs verò, & circa ambitum floris, foliolis, ex purpurâ rubescentibus, producitur. Cauliculi sunt tenuiores: horum folia laciniata quidem latiùs & profundiùs, omni parte lætè virentia.

Germanicè, Gefüllte weisse Waldhenlein.

II

Ranunculus Nemorosus, angustis foliis, lucidè virentibus, parùm crenatis & mucronatis (sicut Ranunculus aquaticus, flammeus, ab aliis describitur) flore majore luteo: cauliculis tenuioribus rotundis nascitur.

Dodonæi 432. Species quinta.
Lobel. Observta. fol. 382.
Adverſ. 30.
Lugdun. 10030.
Clusius lib. secundo, fol. 247.

Germanicè, Gelbe Waldhenlein.

Fuchs. cap. 57.
Tabernæmont. lib. primo, 139.

III

Nasturtium Aquaticum: floribus plenis, uni cauliculo pluribus annatis, iisque candidis: Cardamines, vel Sisymbrii foliis conspicuum.

Germanicè, Gefüllter weisser Kreß oder Gauchblumen.

IIII

Nasturtium Aquaticum, simplicibus floribus, iisq; quatuor foliolorum albicantibus singulis, constat.

Dodon. 582.
Lobel. Observ. fol. 601.
Lugdun. 659.
Clusio lib. secundo. cxxix.
Epitome Camer. 270.
Matth. Casp. Bauhini, 579.

Germanicè, Gauchblumen.

Fuchs. cap. 276.
Matth. Camer. Germ. 245.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 167.


IIII.
Viola martia flore albo.
V.
Viola martia flore rubro purpurascente.
III.
Viola matronalis flore purpureo.
II.
Viola martia alba, flore multiplici albo.
I.
Viola martia purpurea multiplici flore.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

VIola Martia purpurea : luxuriat foliis latioribus, venosis, mucronatis, parùm serratis, quorum quælibet suos stylos, à radicis fibrosæ capite prosilientes, virentes, habent peculiares, tenues: sicut & flores multiplices, lucidè purpurascentes, suaviter spirantes.

Germanicè, **Brauner gefüllter Aertzenbiol.**

II

Viola Martia multiplici flore, in cauliculis volubilibus se exerit, odoro, albo, exteriùs purpurascente, ut variegata etiam dici possit.

Germanicè, **Weisser gefüllter Aertzenbiol.**

III

Viola Martia nigra, vel ex nigro purpurea, foliis latioribus, calthæ æmulis, & floribus funditur elata, lætè expansis, purpurascentibus, simplicibus, odoris.

Germanicè, **Brauner einfacher Aertzenbiol.**

IIII

Viola Martia, foliis & flore humilior, ac si sylvestrium sequeretur formã, floribus albicat simplicibus, sine odore.

Germanicè, **Weisser einfacher Aertzenbiol.**

V

Viola Martia, constat foliis, ut & aliæ jam depictæ, suis cauliculis singulis porrectis, viridibus, ex rotunditate oblongis, mucronatis: floribus, ex summo rubore purpurascentibus, simplicibus, inodoris.

Germanicè, **Einfacher Rosinrocher Aertzenbiol.**

Istæ verò Violæ Martiæ, cum earundem speciebus variis, doctiùs & uberiùs describuntur

à Dodon. fol. 156.
Lobel. Observ. 354.
Adverss. 266.
Lugdun. fol. 788.
Matth. Casp. Bauhini, 821.
Matthiol. Epitome Camer. pag. 910.
Horto Camer. 177.
Phytopinace Bauhini, 374.
Germ. Fuchs. cap. 117.
Trag. 211.
Matth. Camer. 412.
Tabernæmont. 2. Buch. 17.
Durant. 1042.


III.
Primula Veris flore pleno.
IV
Primula Veris gemino flore.
I
Doronicum.
II
Cariophyllata montana.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

AConitum Pardalianches, ab aliis Doronicum Romanum latifolium, caule terete cubitali surgit, cujus circumferentiam ferè totam, folia ambiunt latiora, rara, circumrosa, hirsuta, molliuscula, saturatè virentia: Flos est luteus, circa orbem interiorem, foliolis albicantibus, circulariter exporrectis: Radicum internodia apparent minùs distincta: illæ enim non sunt geniculatæ, sed tenuiores, & porrò fibrosæ.

Dodon. 434.
Lobel. Observ. 370.
Adverſ. 289.
Lugdun. 1737.
Cluſ. lib. quarto, fol. XVI.
Matth. Caſp. Bauhini, 765.
Epitome Camer. 823.

Germanicè, Gemſenwurtz.
Germ. Matth. Camer. 168.
Tabernæmont. ſecundo lib. 49.
Durante Germ. 525.

II

Garyophyllata montana Matthioli: ex radice oblongâ, odoratâ, caules cum foliis, profundiùs laciniatis, ædit tenues, quorum, qui ſummi ſunt, floribus, ex Violâ rubẽtibus, inſtar campanularum nutantibus, linquuntur.

Dodon. fol. 137.
Lobel. Obſer. 397.
Lugdun. 686.
Cluſ. lib. quinto, fol. CIII.
Epit. Camer. 727.
Matth. Caſp. Bauhini, fol. 697.

Germanicè, Bergbenedictenwurtz.
Germ. Matth. Camer. fol. 168.
Tabernæmont. 404.
Durante 194.

III

Primula Veris ſylvarũ, flore multiplici, dilutè luteo, ſpecioſo, ſe ampliat: foliis latioribus molliusculis, ſubviridibus, ſicut tota planta, ſuavitatis rarioris.

Lobel. Obſer. 305. Adverſ. 244.
in Appendice Adverſ. 466.
Lugdun. 835.
Cluſius lib. tertio, fol. 302.

Germanicè, Gefüllte Wiſenſchlüſſelblumen.
Germ. Tabernæmont. lib. 2. fol. 54.

IIII

Primula Veris hortenſis, flore gemino, uno alteri impacto & innato, benè flaveſcente, in cauliculo erecto collectim effertur: ſub quibus folia ſunt oblongiora, indifferenter crenata, ex livido viridia, venoſa.

Lobel. Adverſar. Appendice 466.
Lugdun. 834.
Epitom. Camer. 883.

Germanicè, Doppelt ineinanderwachſende Schlüſſelblumen.
Germ. Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 54.
Matth. Camer. 404.



Consolida media.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CONsolida media, Bugala, ſolidago, ex radice fibratâ, tenera, humi reptantes ſpargit cauliculos: foliis menthæ ſimilibus, parùm ſerratis, craſſioribus & hirſutis: Flores, juxta folia, interiùs circumcircà prodeunt verticillatim cærulei, in caule aſſurgente, lanuginoſo.

Dodon. 135.
Lobel. Obſerv. 252.
Adverſ. 199.
Lugdun. 1075.
Epitome Camer. 702.
Matth. Bauhini, 685.
Germanicè, Braun Gülden Gunſel.
Germ. Fuchſ. C. 219.
Matth. Camer. 329.
Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 257.

II

OROBUS Pannonicus, multorum caulium, ſtriatorum eſt planta, paulò elatior, in horum coſtis, folia opponuntur, ut plurimùm latiora, eaq; mucronata, à nervo medio transverſim excurrentibus venis, viridia: cum floribus cœruleopurpureis, ex alarum ſurculis dependentibus: Radice nititur multifidâ, in diverſa tendente, longâ.

Cluſ. lib. ſexto, fol. 230.
Germanicè, Wilde Vngeriſche Wicken.

III

LYchnis ſylveſtris, nonnullis Ocynoides dicta, caulibus prodit rotundis: craſſiusculis & minus lanuginoſis foliis: floribus ſimplicibus, rubro incarnatis.

Dodon. 171.
Lugdun. 817.
Cluſ. lib. tertio, fol. 288.
Lobel. Obſer. 181.
Adverſ. 142.
Matth. Bauhini, 706.
Germanicè, Wilde Morgenröſslein.
Germ. Matth. Camer. 343.
Tabernæmont. 10.



II.

Lunaria græca annua.

I.

Lunaria græca perennis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

LUnaria Græca major: Viola latifolia, peregrina: perennis: odorata: radicum est fibratarum, oblongiorum, tenuiorum, sparsarum. Ex caule lignoso pendent latiora folia, ampliusaliquandò crenata: Flores ex albo subcærulei: hos sequuntur siliquæ longiores, protensæ, laminosæ, ita ut tres aliquandò membranulæ separatæ divelli possint, suis annexis seminibus.

Lobel. Obser. margine, fol. 174.

Germanicè, Groß weiß Griechisch Violen.

II

Lunaria Græca alia: annua planta, assurgit floribus cæruleopurpureis, siliquis indè orbicularibus, pellucidis: foliis minùs latis, virentibus, benè crenatis, in caulibus surculosis: Radice aliquibus partibus porosâ, longiùs porrectâ, albâ, ob similitudinem Bulborum Bulbonac quibusdam dicta.

Dodon. 161.

Lobel. Observ. 174.

Adverss. 137.

Lugdun. 805.

Germanicè, Braun Mondviolen.

Germ. Tabernæmont. lib. secundo, fol. 31.

Durante, 543.



II. Geranium Batrachioides caerul

I Geranium muscatum in odorum.

III. Geranium Batrachioides flor. albo

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

GEranium Muſcatum, inodorum, parvum: foliis Cicutæ, inæqualibus inciſuris, laciniatis, tollitur: floribus tenuibus, rubentibus: cui roſtella ſubnaſcũtur, gruum vel ciconiarum capitulis æmula, tenera: radice cum fibris palmari, albicante &c.

Dodon. 64.
Lugdun. 1276.
Matth. Caſp. Bauhini, 624.

Germanicè, Biſemſtorchſchnabel / ohne geruch.

Germ. Fuchſ. cap. 76.
Tabernæmont. lib. primo, fol. 153.

II

Geranium Batrachioides, magnum, ſpecioſum: floribus laſcivit cæruleis, in quorum medio capillamenta flaveſcunt: mucronibus conglomeratis roſtratis: foliis, lanuginoſos caules circùm amicientibus, profundis inciſuris, ſubtus incanis, ſuperiore parte verò virentibus: à radice longiore, extenſã, ſparſã, in ceſpite fibrante, caules protruſi rubent.

Germanicè, Blaw Storchſchnabelblumen.

III

Quod priori ſimile, Geranium eſt, Batrachioides, Ranunculum foliis referens ſylveſtrem.

Flore albicante tamen differt: foliis inſuper longè magis protenſis, maioribus ſectionibus diviſis: ſcapo robuſtiore, molli lanugine veſtito: radicibus, in cirros multos confibrantibus, conſtat.

Famosè autem & eleganter utrasque ſpecies conſignant:

Dodonus, fol. 63.
Lobel. Obſerv. 376.
Adverſ. 296. & 297.
Lugdun. 1272.
Cluſ. lib. quinto, fol. C.
Matth. Caſp. Bauhini, 623.

Germanicè, Weiß groß Storchſchnabel.

Germ. Tabernæmont. lib. primo, fol. 153.



II.
Geranium Sanguinarium maius

I.
Geranium anglicanum va,
riegatum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

GEranium Anglicanum, cubitale: ob floris venustam diversitatem, non sine ratione, dictum variegatum, rarum: ille enim, à summis cauliculorum alis, foliolis quinque plerumque explicatur (instar rosarum exiguarum) albicantibus, cum maculis & radiis cæruleis, vel, quod pulchrè etiam conspicitur, florum foliola alba sunt & cærulea, alternatim: ad genicula autem caulium, folia, altioribus incisuris, mirùm laciniata, circumcunt.

Germanicè, Englisch gesprenge Storchschnabelkraut.

II

Geranium sanguinarium majus, Robertianum: radice prolixiore, eaque quodammodò bulbosâ, superficiariè serpente, geniculatâ, humotenus rubente, nititur: caulibus exurgit articulatis, pinguibus, quorum singuli pediculi sua habent folia ampliora, unâ, incana, alterâ parte, virentia: in summo emicant flores, ex purpurâ rubentes.

Dodon. 64.
Lobel. Observ. 376.
Adverss. 296.
Lugdun. 1278.
Matth. Casp. Bauhini, 625.

Germanicè, Blutberg/Storchschnabelkraut/oder Gottesgnad.

Germ. Fuchs. cap. 76.
Tabernæmont. lib. secundo, 449.



III. Geranium Saxatile.

I. Geranium moscatum odoratum.

II. Geranium Fuscum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

GEranium Moſchatum: Acus muſcata odore iocunda: radice tenellâ: caule brevi, eóque rotundo: flore colore dilutè incarnato: in faſtigio, poſt flores, ſummo, porriguntur, cum ſuis ſtylis & roſtellis exilibus, erectis, caliculi exigui.

Lobel. Obſerv. 376.
Adverſ. 296.
Matth. Caſp. Bauhini, fol. 621.
Horto Medico Camer. pag. 66.
Germanicè, Biſemſtorchſchnabelkraut.
Germ. Matth. Camer. 295.
Tabernæmont. lib. 1. fol. 152.

II

Geranium fuſcum, ob maculas, in foliis amplioribus obſervatas, pullas: floribus ex phæo purpurantibus, reflexis: radice magnâ, craſſiore, extenſâ, multis propaginibus donatâ: in longum aſcendit, cum, Geraniorum omnium ferè communibus, gruum roſtris, verùm brevioribus.

Lobel. Obſer. 377.
Lugdun. 1279.
Germanicè, Fremder Storchſchnabel.
Germ. Tabernæmont. fol. 154.

III

Geranium Saxatile, argenteum: cauliculo & pediculis Xirampelinis, floribus rubentibus: foliorum eſt viridium, ſplendeſcentium, fiſſorum: radice ſerpit longâ, gracili, protenſâ.

Matth. Caſp. Bauhini, 624.
Horto Medico Camer. pag. 66.
Deſcript. Hercyniæ ſyluæ Ioan Thalii, 44.
Germanicè, Bergſtorchſchnabel.
Germ. Matth. Camer. 298.
Durante, 419.



I
Thalictrum flore incar-
nato.

II.
Thalictrum flore albo.

III.
Fumaria tenuifolia flore
niveo.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones plantarum Vernalium.

I

THalictrum, Thalietrum, Herbariorum Ruta pratensis vel palustris: hujus folia pinguia, ex argenteo coloratu sunt viridia, tribus & pluribus sectionibus divisa: ex pediculo, articulis tuberosis, caule cavo, imbricato prodeuntia: flores racematim fastigiantes, villosi, cum eorum staminibus, ex albo rubentes, incarnati.

Dodon. 58.
Lugdun. 1080.
Lobel. Obser. 508.
Adverss. 391. & 392.
Matth. Casp. Bauhini, 794.
Germanicè, Wehlsamen.

II

Thalictrum, à priori non nisi florum colore albicante & niveo differt, foliis insuper paulò latioribus, crenatis, obscurè virentibus.

III

Fumaria, tenuium foliorum flavoviridium, scandica, flosculis albis: rara: à Lobel. Adverss. 338. observatur.


II.
Ranunculus flore globoso.
I.
Ranunculus albus flo, re pleno.
III.
Ranunculus bulbosus maior.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RAnunculus albus, multiflorus, peramœnâ & multiplici florum cãdidorum ſerie, erectis ſurculis tollitur ſequipedalis: foliis ſaturatè virentibus, nitentibus, ſerratis, oblongis: caule rotundo: radicibus tenuibus, ſparſis.

Lobel. Obſer. 381.
Lugdun. 1035.
Cluſ. lib. ſecundo, 236.
Matth. Caſp. Bauhini, 459.
Epitom. Camer. 585.
Germanicè, Weiß gefüllter Hannefuß.
Germ. Camer. 200.
Tabernæmont. lib. primo, cap. 132.

II

Ranunculus, flore glomerato, Major, auricolore & ampliore tandem panditur & explicatur, prius tamen in globum collecto: folia, in apicibus pediculorum, ſingula quinque, profundioribus inciſuris, crenata, ex albo habet virentia: pluribus caulibus aſſurgit evaginatis: radice multifidâ, ſuperficietenus ſparſâ.

Dodon. 427.
Lobel. Obſerv. 385.
Lugdun. 1033.
Cluſ. lib. ſecundo, 237.
Matth. Caſp. Bauhini, 459.
Epitom. Matth. Camerar. 585.
Germanicè, Alpenhannenfuß.
Germ. Matth. Camer. 199.
Tabernæmont. lib. primo, 135.
Durante, 830.

III

Ranunculus bulboſus, peculiariter Batrachium dictus, major: prolifero flore, ex uno, altero & tertio emergente, auroluteo, ſplendente, denſo, aſſurgit.

Foliis latioribus, atrovirentibus, variè diſſectis: radice globoſâ, inverſo exiguo rapo ſimili (ſic rapum D. Antonii indigitant) ex quâ teneræ fibræ, & ſubtus annexa, gracilia dependent capillamenta.

Dodon. fol. 428.
Matth. Caſp. Bauhini, 458.
Epitome Camer. fol. 381.
Germanicè, Gelb gefüllter Hannenfuß oder Geißblumen.
Germ. Matth. Camer. 199.
Tabernæmont. lib. primo, 131.


II. Ranunculus hortensis flore pleno.
I. Ranunculus Illyricus.
III. Anemone Sylvestris flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RAnunculus Illyricus: caule levatur gracili, cubitali: foliis oblongis, incisis, tenuibus, lanugine ex incano viridi obsitis, quorum summitatibus flores insident aurei, nitidi: radices multâ granorum, vel tuberculorum oblongiorum, serie grumosè coacervantur.

Dodon. 425.
Lobel. Obser. 385.
Clus. lib. secundo, fol. 240.
Lugdun. 1032.
Hort. Camer. 137.
Germanicè, Illyrischer Hannenfuß.
Tabernæmont. lib. primo, 143.

II

Ranunculus hortensis, multiflorus, luxuriat floribus multiplicatis, auroluteis, resplendentibus. Caule sesquipedali, surculoso: foliis in quinque plerunq; partes profundius & inæqualius divisis, dilutè virentibus: nervi radicis descendunt obliqui & multifidi.

Lobel. Observ. 380. Adverſ. 299.
Dodon. 424.
Matth. Casp. Bauhini, 458.
Epitome Matth. Camerar. 381.
Germanicè, Gefüllter gelber Hannenfuß.
Germ. Matth. Camer. 199.
Tabernæmont. lib. primo, fol. 143.

III

Anemone sylvestris, constat radice rectâ, multas & capillares diffundente propagines: caule albicante lanugine vestito. Foliis ad vmbilicum pediculi usque laciniatis, obscurè herbaceis: floribus niveis, in quorum medio capitellum exertum luteis cingitur staminibus.

Dodon. fol. 444.
Clus. lib. secundo, fol. 244.
Epitom. Matth. Camer. pag. 388.
Matth. Bauhini, 461.
Germanicè, Weisse wilde Anemonen.
Germ. Matth. Camer. fol. 201.
Tabernæmont. lib. primo, fol. 96.



II.
Ranunculus Montanus ma
ior flore luteo

I.
Ranunculus Hortensis
erectus flore simplici lu
teo.

III.
Ranunculus erectus minimus
flore pleno luteo proliger.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RAnunculus erectus hortẽsis, flore pleno luteo. Radice crassiuscula constabat, longis inferiùs fibris emissis donatâ; folia virescebant, foliorum Ranunculi vulgatioris pratensis æmula, & per longa intervalla caulibus se multiplicantibus apposita: cacumina floribus superbiebant, denso foliorum multiplicium rotundorum stipatu, Bellidum plenarum orbiculos mentientibus, colore luteo nitente: sæpiùs geminatim combinantur, ac quandoq; sobolem aliam ex se emittunt: seminum quidem rudimenta angularia nonnunquam apparent, citra tamen ullam perfectionem.

Pertinet ad Ranunculum Dodon. hortens. secundum, in textu annotatum, 425.
Lobel. Obs. 380. Adv. 299.
Cam. Epit. Matth. 381.
Hort. Med. tertii erecti Fuchsiani titulo, fol. 136.
Phytopin. Bauh. 322. fol.

Germ. Auffrechtstehender Gartenhannenfuß / mit gefülleten gelben blumen / so bißweilen eine auß der andern wechst.

Ad Tabern. IV. Ranunculum pertinent, 142.
Camer. Matth. Germ. 199. è floribus appictis.
Durant. 828. fol.

II

Ranunculus oleraceus erectus, flore simplici luteo. Radicibus nititur fibrosis, albescentibus, caule dodrantem altiore, lævi, virescente, à quo longis crassis pediculis porriguntur folia, Apii æmula, splendentia, viridia: caulis multiplicibus statim à radice processibus sursùm dilatatur, aliis foliis per intervalla magis acutis, & ferè pedes gallinarum imitantibus, septus: flores fastigiatim apponuntur, quinis rotundis luteis splendentibus foliis capillacea stamina concoloria ambientes: semina angulosa, pallescentia, compacta capitula, aliorum Ranunculorum modo, ferunt.

Germ. Gemeiner einfacher süsser gelber Ackerhannenfuß / oder Schmaltzblumen.
Tabern. 142.

III

Ranunculus montanus major, flore luteo. Radice albescẽte, & in fibras sparsas diffusã, firmatur, caule cubitali hirsuto; folia longis pediculis crassis & subhirsutis innituntur, Aconito luteo non absimilia, parùm pilosa, & atrovirentia: flores summa caulis fastigia occupant, priore Ranunculo duplo majores, at illius æmuli, & concolores: seminum capitula quoq; conformia visuntur.

Familiaris est multùm Ranunculo montano quinto Clusii, fol. 237.

Germ. Grosser Berghannenfuß / mit gelben blumen.



II Ranunculus Asiaticus grumosa radice flore pleno ruberrimo.

III Ranunculus Asiaticus grumosâ radice flore pleno Sanguineo prolifero.

IIII Ranunculus Asiaticus grumosâ radice flore Phoenicco ruberrimo.

VI Ranunculus Creticus grumosâ radice flore niveo.

V Ranunculus Asiaticus grumosa radice flore fla rubris venis distinctis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RAnunculus Asiaticus, grumosâ radice, flore pleno sanguineo prolifero. Radicum caput oblongatarum, succulentarum glandularum congeriem fundebat, quæ Asphodelinas æmulabantur; ab his surgebat caulis, circa quem inferiùs folia, crassis oblongis pediculis innixa, ternis plerunq; segmentis, Apio aliquantùm conformibus, divisa erant, & per oras inæqualiter crenata; fastigiatim definebat in florem, multiplici foliorum intensè phœniceorum, aut ferè sanguinei coloris, glomeratione in orbem congestum, è quo petiolo sublatus, alius minor pleniflorus attollebatur, unde nimis lasciviens vi seminis frustrabatur. Clus. 243. fol.

Germ. Asiatischer Hanenfuß lenglechter wurtzeln/mit vollen vnd blutrothen blumen/deren eine durch die ander wechst.

II

Ranunculus Asiaticus, grumosâ radice, flore pleno ruberrimo. Radix priori conformis est, folia strigosiora per oras evidentius inciduntur, flos ruberrimus coccineum colorem affectat, multiplicium foliorum stipatu mirè confarctus, sine seminum successione tandem flaccescens. Clus. 243. fol.

Germ. Asiatischer Hanenfuß/mit lenglichten knötichten wurtzeln vnd sehr rothen blumen.

III

Ranunculus Creticus, grumosâ radice, flore niveo. Radix prioris æmula erat, folia multifidis oblongis laciniis Ranunculos exprimebant, flos in caulis cacumine nivei candoris, sena lata folia, subtùs per oras modicè rubentia, circa capitellum nigropurpureum villis densis, obscuro viroris pallore tinctis, cinctum, explicans.

Clus. 242. in textu & Curis posterior. fol. 25.

Germ. Asiatischer Hanenfuß/mit lenglichten knötichten wurtzeln/vnd schneweissen blumen.

IV

Ranunculus Asiaticus, grumosâ radice, flore phœniceo rubro simplici.

Radicis caput multos grumos dependentes spargebat, caulis pedalis erat triplex, cui quina oblonga foliorum crassiuscula segmenta, conjugatim juncta, longis crassis pediculis nixa, inhærebant, per margines incisa, glabra & virentia; flores singulatim fastigia caulium occupabant, laciniis aliquot herbaceis angustis suffulti, quinis latis foliis, & circa oras aliquantùm fissis, phœniceo ruborc intensiore perfusis placentes: quorum meditullii caput, in longitudinem protuberans, seminum stenlium rudimentis obsitum, innumeris strictis villosis rubris staminulis, quæ apicibus crassiusculis fastigiabantur, circumsepiebatur. Clus. Ranunculi Asiatici, qui πολύριζος dictus, radice grumosâ, tit. fol. 241.

Germ. Asiatischer Hanenfuß/mit lenglichten knötichten wurtzeln vnd rothen einfachen blumen.

V

Ranunculus Asiaticus, grumosâ radice, flore flavo, rubris venis distincto. Pedem altus erat, radicibus priori conformibus, foliis ad Ranunculi Echinati foliorum divisuram accedebat, in tres plerunq; & quandoq; plures lacinias, per oras incisas, diremptis, hilarè viridibus; inter quæ terni cauliculi, singuli, ferunt flores novenis latis rotundis foliis, sibi invicem per latera incumbentibus, flavis, & radiis seu venis rubris striatim virgatis: capitellum meditullii ex obscuro cœruleo colore, rubro permixto, variegatum, multis in orbem subviridi pallore infectis villis septum est, sine semine utili marcescens. Clus. Curis poster. 26.

Germ. Asiatischer Hanenfuß/mit lenglichten knötichten wurtzeln/vnd bleichgelben blumen/so mit rothen adern hin vnd wider vnterschieden sein.



II. Geranium Macrorhizon.

I. Geranium Sanguinarium.

III. Geranium Tuberosum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

GEranium sanguinarium seu Hæmatodes Tabernæmont. Geranium VII. Hæmatodes Clusii. Radicem habebat rubescentem, oblongam, surculosam, & lateralibus propaginibus se spargentem, è quâ aliquot prosiliebant caules, per intervalla nodosi, circa quos pari situ in longis pediculis folia quinquepartitim profundè fissa, & subindè in alia minus profunda segmenta divisa, Ranunculi pratensis lutei modo, supernè virentia, infernè subincana, aut sæpiùs cum caule omninò rubentia: pares pediculi singulatim flores fulciunt, Geranio Batrachioidi cœruleo conformes, sed ampliores, staminulis meditullii capitulum mucronatum obseptum cingentes, quod deniq; in nostrum pentagonum abit, inferiore parte tumescentes utriculos semina obvolventes continens, quæ per maturitatem se circumvolventibus mucronibus spontè exiliunt, ut benè Clus. annotat. Clus. fol. CII.

Germ. Blutrösslein/Blutwurtz/Schnabelkraut. | Tabern. fol. 449. lib. secundo.

II

Geranium Macrorrhizon, seu longius radicatum, Lobel. Satis prolixis, crassiusculis, fibratis, & variis propaginum flexibus se diffundentibus radiculis, ac veluti superiùs squamatis, rubentibus, præditum est; caules articulati cubitum æquant, quibus, in longis firmis pediculis, folia subhirsuta quinquepartita, Geranio Batrachioidi cœruleo minus fissa, odorata, appenduntur; flores ramulorum summitatibus fasciculatim insident, è rotundo tenui striato utriculo emergentes, quinis purpureorubentibus rotundis foliis circa staminula stylum longum exertum, incurvatum, & apice capillato fastigiatum, dispositа: semina huc usq; sedulò me observantem eluserunt. Dodon. Geran. Montan. nomine, 63. & 64. fol.

Lobel. 376. Obs. | Phytopin. Bauh. 636.

Germ. Bergschnabelkraut/mit lenglicheen wurtzeln vnd purpurrothen blumen.

III

Geranium tuberosum Herbariorum. Radices, è fusco nigricantes, Anemonum more protuberabant, parùm fibratæ, caulis nudus erat, & longis ex intervallis nodosus; ab hoc folia longis pediculis subvehebantur, Geranio Batrachioide magis ab uno centro multipliciter dissecta, & subincana: flores, in summis brachiatis ramulis eminentes, quinque foliis bifidis, purpureo violaceis, præcedenti Geranio paulò amplioribus, constant: semina Geranio sanguinario conformia sunt, rostris in lunatam formam se contrahentibus eruptura.

Dodon. 61. fol.
Lobel. 377. Obs. Adv. 297.
Lugdunens. 1276.
Epit. Matth. Cam. 599. fol.
Hort. Med. Cam. 66. & 67.
Matth. C. Bauh. 621.
Phytopin. 637.
Germ. Storchschnabelkraut / mit knötichten wurtzeln/ vnd purpurbraunen blumen.
Tabern. Geranii sexti nomine, fol. 149.
Matth. Cam. Germ. 297.
Durant. 418.



III. Anemone latifolia purpurea rubescens Simplex

II. Anemone latifolia flore cocci neo pleno.

I. Anemone tenuifolia flore purpureo violacea.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ANemone tenuifolia, flore purpureoviolaceo. Anemone hortensis tenuifolia secunda fl. simplici Clus. Folia longis pediculis à radice, prolixè fibratâ, crassâ, obliquè hinc & indè procedente, & foris è fusco nigricante, nodosâ, surriguntur, crebris incisuris dilutè viridibus, Oenanthen seu Bulbocastanum æmulantia, paulò latioribus tamen particulis constantia. Caulis inter ea visitur simplex, rotundus, & leviter lanuginosus, non longè à floris fastigio ternis multifidis segmentis septus, in summo florem ferens, Rosis majoribus amplitudine nihil cedentem, latis purpureoviolaceis foliis aliquot, subtùs lanuginis pube quodammodò obsitis, stamina nigricantia, meditullii capitulo villoso concolori circumjecta, amplectentia.

Dodon. 431. fol.
Clus. fol. 255.
Lobel. Obs. 145. Anemones tuberosâ radice titulo.
Lugdunens. 846.
Phytopin. C. Bauh. 314. fol.
German. Schmalblätericht purpurbeilbraune Anemone.
Tab. Anemon. 4. nomine, fol. 90. lib. 1.

II

Anemone latifolia, flore coccineo simplici. Folia, à radice variè tuberosâ, nigrescente, & multùm fibratâ, fractúq; facili, elevata, Anemonen tertiam hortensem Clusii, aut Aconitum Lycoctonum aliquantùm referunt, lata, & ternis particulis ambitu inæqualiter serratis ac fissis disterminata: caulis unus aut plures, singulares, pedales, paulò superiùs triplici laciniarum cinctu obsidentur, inde, graciliore specie procedētes ad florem coccinei coloris, circinatim medium, è fusco nigricans, capitulum multis foliis staminulis pallidè virentibus septum, circumdantes.

Germ. Breitblätericht Anemonenrôslein/fast auff Chermesinfarbe.

III

Anemone latifolia, purpureo rubescens plena. Omninò ferè quadrat cum descriptione Clusianæ Anemones hortensis latifoliæ simplicis tertiæ. Foliis est initiò Diapensiæ æmulis, mox magis incisis, multifidis; caulibus aliquot simplicibus, nudis, pedem altioribus, pallidè virentibus, tenuiter lanuginosis, mediâ parte ternis foliaceis laciniis obsessis; cacumina singula flores, numerosa folia habentes, exornant, interiùs dilutâ mistâ rubedine purpurâ nitentes, & medium caput fuscis staminulis, quæ apicibus cœruleis fastigiata sunt, cingentes; quod deniq; flore effluxo intumescens, plurima lanugini annexa parva semina, ventorum flatibus dispergenda, exhibet: radices, variè protuberantes, foris nigricant, intùs albescunt, subtùs fibris se firmant. Sic multiplici foliorum serie tantùm à dictâ Clusianâ variare videtur.

Familiaris Dodon. 431. f. ubi simplicem Clusii pingit.
Clus. 249.
Lobel. Obs. 147. Adv. 114.
Germ. Breitblätericht Anemonenrôslein/mit purpurrothen gefülleten blumen.
Quadrat ad Tabernæm. 3. Anemones faciem, fol. 90. lib. 1.



II Anemone hortensis flore pleno cocci neo variegata latifolia

I Anemone flore multiplici coccineo colore tenuifolia.

IIII Anemone hortensis latifolia flore flavo duplicato

III Anemone simplex latifolia dilute purpurascens

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ANemone flore multiplici coccineo, tenuifolia. Nodosâ constat radice, aliorum congenerum Anemonarum modo, atq; ex Ochri colore nigricante, multúmq; foris fibratâ; inde folia in longis porriguntur pediculis, tenuiter laciniata, multifida, viridia, Cicutariæ aut Bulbocostani facie: flos cubitalium rotundorum caulium (quos superiore parte aliæ Ranunculi pratensis erecti æmulæ laciniæ ambiunt) fastigia singulatim obsidet, coccineo rubore superbiens, latioribúsq; externis foliis alia tenùia, numerosa, conferta, & in orbem conglomerata cingens, & Ioachimici taleri magnitudinem æquans, cui semina, cognato generi similia, licet rariùs, succedunt.

Dodon. 432. Anemones quartæ titulo.
Lobel. 145. Obs.
Clus. 263. fol.
Lugdunens. 848. fol.
Phytopin. C. Bauh. 314. fol.
Germ. Hochrothe volle schmalblätterichte Anemonen-Tabern. 91. (rösslein.

II

Anemone hortensis, flore pleno coccineo, latifolia. Anemones hortensis, quæ Pavo major Clusio dicta, faciem habebat, & folia Saniculæ foliis ampliora, caulis media pars æquè laciniis latioribus, ac obscurè coccineis maculis sparsim infectis, cingebatur: flos priorem & elegantiâ & magnitudine superabat, densâ foliorum oblongiusculorum serie in orbem coactus, cujus umbilico capitulum pallidum, villosis subcœruleis apicatis staminulis obsitum, insidebat: radix nigricans inæqualiter protuberabat, à cognatis speciebus non aliena.

Clus. 262. | Phytopin. C. Bauh. 316.

Germ. Breitblätterichte roth Anemonenrösslein/mit vollen blumen/von Constantinopel.

III

Anemone simplex, latifolia, dilutè purpurascens. Radicis color ad nigredinem tendebat, folia Saniculæ folia affectabant, dilutè virentia, caulis dodrante altior, mediâ parte laciniis septus, & in summo fastigio flore hilarè purpurascente, atq; unguetenus albescente, capitellúmq;, sordidi coloris, staminulis concoloribus obsessum, ambiente. Semina congenerum specierum formam referunt.

Germ. Einfach breitblätterichte Anemonrösslein/mit schönen purpurfarben blumen/vñ weissen boden.

IV

Anemone hortensis, latifolia, flore flavo duplicato. Radicem æquè tuberosam obtinebat, à quâ emissi nodosi processus sustinebant pediculos oblongos, fulcientes folia ferè orbiculata, & ambitu ternis plerunq; altioribus incisuris & crenis superficialibus prædita; à laciniis suis bifidos in summo flores ostendebat, luteoflavescentes, quibus semina, cognatum genus prodentia, succedunt.

Vid. Clus. fol. 248.

Germ. Breitblätterichte bleichgelb Anemonenrösslein/mit doppelten blumen.

Unable to display this page

SECVNDVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.


IIII Hyacinthus Stellatus
flore coeruleo:
II
Arum latifolium:
I
Arum:
III
Colchicum Vernum
flo pleno purpureum:

CELEBERRIMI EYSTET-

tensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ARum, Dracontea minor, Pes vituli: panditur foliis latioribus, non maculatis, ex pallido herbaceis, planta sesquipedalis, scapis evaginatis, qui involucrum promunt, in turbinem mucronatum, pistillum purpurâ rutilantē ambiens: hoc decidente, botrus succrescit, uvis in acinorum vestigiis depressis, croceo rubentibus. Radice firmatur crassâ, tuberosâ, instar bulbi ovalis, circumcircà & superiore parte numerosis & diffusis albis fibris circumvallatâ.

Germanicè, Aron/ Teutscher Ingwer.

II

Arum latifolium minus: sine pistillo, involucro & semine, foliis sagittam referentibus, certis venulis ad peripheriam obtusam protensis: radice nititur tuberosâ, oblongâ, multis propaginibus tenuibus stipatâ.

Ari historia legitur apud Dodonæum, fol. 518.
Lobel. Observ. 325.
Adverſ. 260.
Lugdunenses, fol. 1597.
Matth. Casp. Bauhini, 448.
Hort. Camer. 22.
Germanicè, Aron.
Germ. Tragum, fol. 295.
Fuchs. cap. 22.
Matth. Camer. 192.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 418.
Durant. 95.

III

Colchicum vernum, flore multiplici, pleno: nudo cauliculo assurgit, paucis foliis, prope flores, in summitate confertim congestos, ex albo purpurantes, cum staminibus, flavo apice præditis.

Lobel. Adverſ. alterâ parte, fol. 500.
Clus. lib. 2do, fol. 202. Et in Appendice alterâ, sub titulo Colchici verni.
Germanicè, Gefüllt liecheroch Frülingzeitloß.

IIII

Hyacinthus stellatus, vulgaris, vernus, Martius, liliflorus: ex bulbo capillato, tenui & flexuoso viridi caule, quinque plerunque foliorum, exit floribus cæruleopurpureis, similitudine radiantium stellarum, staminibus luteis.

Lobel. Obs. 51.
Adverſ. 48.
Lugdunenſ. 1515.
Clus. lib. secundo, fol. 184.
Horto Camerarii, pag. 76.
Germanicè, Gemeiner blawer Steernhyacinth.
Fuchs. cap. 225.



IIII
Pseudo Narcissus albus calice luteo.

Hyacinthus Botryoides flo incarnato.

III
Pseudo Narcissus totus albus

I
Hepatica aurea flore pleno & cœruleo.

II
Hepatica Aurea flo albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HEpatica aurea, seu nobilis, & Trifolium aureum, Polyanthos floribus purpureocæruleis.
Dodon. fol. 1569.
Lobel. Observ. fol. 497.
Lugdunens. fol. 1274.
Clusius, lib. sexto, fol. 248.
Germanicè, Geel gefülte gülden Leberkraut.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 226.

II

Hepatica aurea, flore albo explanato majore.
Dodon. fol. 569.
Lobel. Obser. fol. 497.
Lugdun. fol. 1274.
Clus. lib. sexto, fol. 248.
Germanicè, Gülden Leberkraut mit weissen blumen.
Tabernæmont. lib. secundo, 225.

III

Pseudonarcissus montanus, floribus ex toto albis.
Clus. in alterâ Appendice, & in Curâ posteriori, fol. 14.
Germanicè, Weiß Berg Josephstab.

IIII

Pseudonarcissus montanus, calice luteo, floribus albis.
Clus. in Curâ posteriori, fol. 61.
Germanicè, Weisser Josephstab mit einem gelben kelch.

V.

Hyacinthus Botryoides minor, flore incarnato, & tertius
Clusii, fol. 181. lib. secundo.
Germanicè, Leibfarber Traubenhyacinth.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 316.


III.
Crocus Vernus
flore violaceo.
II.
Crocus Vernus flo
candido.
V.
Hepatica Aurea
flore rubro.
I.
Scilla Alba.
IV.
Hepatica Aurea
flore coeruleo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

SQuilla, Cæpa marina, Scylla, fœmina major: cubitalis, exurgit foliis liliaceis, viridibus, denſis, reflexis: in quorum medio caulis teres & glaber ornatur floribus ſtellatis, ex albo pallidis: Bulbus eſt craſſus, albicans, laminoſus, capillamentis craſſioribus deorſum fibratus.

Dodon. fol. 679.
Lugdunenſ. 1576.
Lobel. Obſerv. 75.
Adverſ. 57.
Cluſius, lib. ſecundo, fol. 172.
Matth. Epitom. Camer. 374.
Matth. Caſp. Bauhini, 455.
Horto Camer. 153.
Germanicè, Weiß Meerzwiffel.
Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 318.

II

Crocus vernus, Major Alpinus, Tenuifolius, floribus candicantibus &c.

Dodon. 215.
Cluſ. Append. altera.
Germanicè, Frülingſaffran mit weiſſen blumen.

III

Crocus vernus, Tenuifolius, Alpinus ſylveſtris: conſtans floribus foliorũ ſeptenorum, octenorum, violapurpureis &c.

Dodon. 214.
Lobel. Obſer. 68.
Lugdun. 1535.
Germanicè, Purpurbraun Frülingſaffran.
Tabernæmont. lib. quarto, fol. 334.

IIII

Prope terram, ſuis explicatur trifoliis, Aurea Hepatica: floribus ſubinde altior, pediculis pendulis cæruleis explicatis: ſtaminibus alboluteis &c.

Lugdun. 1274.
Matthiol. Camer. 292.
Germanicè, Edel oder gülden Leberkraut mit blawen blumen.
Hieron. Bock, 197.
Tabernæmont. 225. lib. ſecundo.
Durantę, 1013.

V

Rarior ſequitur, caule, uti aliæ hujus generis, vidua: ex radice tenui multa capilloſa Epatica Aurea: trifoliis profundius exciſa. Floribus ſeptenis rubris.

Dodon. 569.
Lobel. Obſerv. 496.
Adverſ. 382.
Matth. Caſp. Bauhini, 611.
Cluſius CCXLVIII.
Matth. Epitome Camer. 585.
Horto Camer. 172.
Germanicè, Edel Leberkraut mit rothen blumen.
Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 225.



II.
Hyacinthus Orientalis maior.
violaceo colore.

I
Hyacinthus Orientalis
maior flo: cœruleo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HYacinthus major, Polyanthos nobilis orientalis dictus: floret colore cæruleo, floribus quadraginta plus productis majusculis: funditur foliis virentibus ex radice purpurâ albescente: gignitur sparsis capillamentis.

Germanicè, Orientalischer Blawer Hyacinth.

II

Hyacinthus Orientalis Major, floribus obscurè colore violaceis effertur, nec non foliis angustis, carinatis, elatis.

Dodon. fol. 216.
Lobel. Observ. fol. 54.
Adverſ. 48.
Lugdunenſ. fol. 1508.
Cluſius, fol. 174.
Epitome Matth. Camerarii, fol. 800.

Germanicè, Veilbrauner Orientalischer Hyacinthenblum.

Camer. in Matth. æditione Germ. fol. 368.



I.
Hyacinthus Orientalis
flore purpureo albus.

II.
Hyacinthus Orientalis
flore niveo.

IV.
Hyacinthus parvus
stellatus vernus.

III.
Hyacinthus Orientalis
flore cinereo albus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HYacinthus Orientalis, flore purpureo albus, lineas obscuras eminentes introrsum ducit, radiis sex vel septem multiplicatis, foliis latioribus porraceis, caule tereti.

Germanicè, Oertzenblumen/oder frembder Hyacinth mit Veilbraunen weissen blumen.

II

Hyacinthus Orientalis flore albo: folia angusta erecta, caulem rotundum producit longiorem.

Germanicè, Fremde Hyacinthenblumen gantz weiß.

III

Hyacinthus Orientalis, flores mittit ex cineritio albos, versus caulem angularem quodammodò obscuriores, folia paulò angustiora crassa.

Germanicè, Fremder Hyacinth mit Aschefarben weissen blumen.

IIII

Hyacinthus parvus stellatus, Vernus: foliola florum sex mittit candida, ad quælibet, in interiore parte exurgit capillamentum cæruleum, cum pistillo, in medio floris cujuslibet, erecto, coloris obscurè azurei.

Observantur præscripti Hyacinthi
à Dodon. 216.
Lobel. Adverſ. 48.
Append. Adverſ. alterâ parte, fol. 408.
Clusius, 175.
Horto Camer. 76.
Germanicè, Blawer Sternhyacinth/der kleinst.
Germ. Matthiol. Camer. 368.
Tabernæmont. fol. 314. lib. secundo.
Durante, 460.



III.
Hyacinthus Orientalis
mixtus.

I
Ornithogalum mi,
nus.

II.
Hyacinthus Orientalis va,
riegatus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ORnithogalum minus, seu Leucanthemon: angustis foliis, præter flores candidos, transcendentibus, & reflexis, nascitur imbricatis: bulbo, cum multis minutis agnatis, capillosis, cirratis, descendente &c.

Clusius Append. 258.

Germanicè, Weiß Sternblumen/die kleinst.

II

Hyacinthus Orientalis, variegatus, polyanthos, cubitalis: superbit foliis erectis viridibus: inter quos medii caules, floribus peramœnis oppositis, antè quidem Phœniceis, exterioribus reflexis oris, subtus verò rubentibus caliculis, sunt donati.

Germanicè, Orientalischer Braunrocher Hyacinth.

III

Eâdem elegantiâ hic Orientalis Hyacinthus ornatur, in hoc differens, quòd floribus, ad oras retorsis, anterius quidem albescentibus, aversâ verò parte purpurascentibus, suavem odorem spiret.

Germanicè, Blaw vnd Weiß gemischter Orientalhyacinth.

Repetantur huc Autores, quorum in Orientalium Hyacinthorum, ordine secundo vernalium folio 4. mentio facta est.


III
Hyacinthus Orientalis
argenteo colore.
II
Hyacinthus Orientalis.
V.
Tulipa præcox.
I
Bulbus sylvestris seu
Ornithogalum luteum.
IV
Tulipa præcox

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

BVlbus sylvestris angustifolius,& Ornithogalum tertium luteum, floribus stellatis, exterius herbaceis, versus stamina luteis, quæ capillosa corpuscula habent rotunda,radicibus tuberosis,oblongis.

Dodon. fol. 222.
Lobel. Adverſ. fol. 56.
Lugdunen. fol. 1585.
Cluſ. Rariorum plant. lib. ſecundo, fol. 188.
Germanicè, Feld oder Ackerzwiffel.
Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 321.
Fuchſ. 60.

II

Hyacinthus Orientalis, floribus obſcurè purpuraſcentibus,interius albicantibus,conſtat.

Germanicè, Oriental Braun Hyacinthblume.

III

Hyacinthus Orientalis,floribus colore argenteis.

Dodon. fol. 216.
Lobel. Obſervat. fol. 54.
Adverſ. fol. 48.
Lugdun. fol. 1508.
Cluſius, fol. 174.
Matthioli Epitome Camerarii, fol. 800.
Germanicè, Silberfarb Hyacinthblume.
Camerar. Matth. fol. 368.

IIII

Tulipa præcox,floribus rubeis,in album & luteum langueſcentibus.

V

Tulipa præcox,ex albo in luteum lineis oblongis rubeis.


II.
Hyacinthus Serotinus facie orientali.
Hyacinthus Anglicus colore amethystino.
I
Hyacinthus Anglicus
III.
Hyacinthus Anglicus flore incarnato.
IIII.
Hyacinthus Anglicus colore violaceo.

Unable to display this page



III. Palma Christi flor: purpur:. I. Hyacinthus stellatus peruanus. II. Orchis minor flor: incarnat:

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HYacinthus Stellatus, Polyanthes, ex Peru: Exoticus, Rarus: Anno 1611. Menſe Majo, in viridario Illuſtriſsimi noſtri Principis Eyſtettenſis, è vivo Naturæ typo effigiatus, oriebatur, ad turbinem conglomeratis floribus, centum & octoginta quatuor numerũ excedentibus, purpuracœruleis: ſtamina cuilibet florum foliolo inſidebant purpurea: in quorum medio capitulum, azurei coloris: his ſubſiſtebat caulis craſſior, nudus, herbaceus, foliis anguſtè mucronatis, circumroſis, craſſioribus, latè imbricatis, prope humum fuſis: firmabatur autem bulbo grandi, fuſcè albo, in infima parte craſſioribus fibris diffuſo.

Cluſius lib. ſecundo, fol. 182.
Lobel. Adverſ. alterâ parte, fol. 487.
Germanicè, Sternhyacinth auß Peru.

II

Orchis minor, folia fert latiuſcula, flores in cauliculo ſpicatos, ex albo incarnatos: pro radice, præter fibras extenſas, ſubſunt duo bulbuli oblongi, quorum unus altero major eſt, vegetior & ſucculentior.

Cluſius lib. ſecundo, fol. 268.
Epitome Camerarii, 622.
Germanicè, Klein Knabenkraut.
Fuchs. cap. 216.
Tabernæmont. Buch 2. Blat 352.

III

Palma Chriſti, Satyrii ſpecies, Serapias paluſtris: folia producit Plantaginis venoſa, herbacea: flores ex rubro purpuraſcentes: radices palmares, plenitudine & ſoliditate differentes.

Lobel. Obſerv. 92.
Lugdun. 1562.
Epitome Camerarii, 626.
Germanicè, Händleinwurtz.
Tabernæmont. Buch 2. Blat 357.



III. Muscariflore obsoleto nigro.

I Hyacinthus Botryoides Maior.

II. Muscariflore obsoleto albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HYacinthus Botryoides Major: ex albis bulbis, facilè se multiplicantibus, subtus fibris tortilibus, sesquipedalis erigitur: foliis junceis, erectis, in summo striatis: intra quæ cauliculi teretes, cum floribus, botrum æmulantibus, ex purpurâ cœruleis, altius & rectà tolluntur.

Hyacinthus hic, ob magnitudinem insolitam & odorem, si quæ alia, pulchrior exhibetur, Planta.

Dodon. 217.
Lobel. Observ. 55.
Lugdun. 1513. & 1511.
Germanicè, Groß Violbraun Hyacinth.
Tabernæmont. fol. 316. lib. secundo.

II

Muscari, seu Hyacinthus Botryoides Chalcedonicus, Dipcadus, suavioris odoris, & fragrantiæ aromaticæ, flore, obsoletè albo, graphicè delineatur.

Germanicè, Grawweisser Bisamhyacinth.

III

Muscari, in foliorum benè virentium, fastigiatorum, crassorum, caule oblongo, rotundo, nudo, priori simili, terrâ tollitur: sicut & floribus (ut urceoli) summitati caulium racematim affixis, qui ex colore pullo, & obsoletè cinereo, nigrescunt, muschum & aromatica spirantes.

Dodon. 217. Lobel. Observ. 55.
Lugdun. 1513. Clus. 179.
Epitome Matth. Camerarii, 373.
Matth. Bauhini, 452.
Germanicè, Dunckelgrawer Bisamhyacinth.
Tabernæmont. 315. lib. secundo.


III
Ornithogalum me,
dium.
I
Hyacinthus Stellatus
Italicus.
II
Hyacinthus Comosus
Bizantinus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HYacinthus Italicus ſtellatus, ex tribus ſubtus capilloſis bulbis tres elidit caules, glabros, tenues, ſuperiore parte ſtellatis floribus ornatos. Quilibet autem florum petiolos ſuos habet protenſos: ex horum apicibus explicantur dicti floſculi radiati, colore cœruleo, inſitis ſtaminulis & capitello ex viridi luteis. Folia caules comitantur, dena plerunque ſtriata, porracea, tenuia.

Germanicè, Jealianiſcher Sternhyacinth.

II

Hyacinthus Byzantinus Comoſus, ex grandiore bulbo, tunicis ſuis adaucto, foliis carinatis, liliaceis, in acumine reflexis, quaternis aut quinis, caule rotundo, viridi, eóque nudo, altior aſſurgit. Vltra medium, floſculi, aſpergillum referentes, tintinnabulorum inſtar, in ambitu ſciſſorum, petiolis affiguntur, exteriùs quidem colore ſubfuſco obſoleto, interiùs verò albicantes, capitellis ad fundos eorundem nigricantibus.

Lugdun. 1512.

Cluſ. lib. ſecundo, fol. 180.

Germanicè, Dunckelgraw Conſtantinopolitaniſcher Hyacinth.

III

Bulbi ſylveſtris Dodon: deſcriptioni, hujus Ornithogali medii hiſtoria quadrare videtur: nititur enim cæparum figuram æmulo bulbo, capillamentis ſparſis ſuffulto: aſſurgentibus foliis anguſtis, longis, mucronatis, reflexis, viridibus. Ex caulibus evaginantur flores ſuis cum pediculis, foliolorum ſex numero explicatorum, interiùs candidorum, cum ſtaminibus ſpiſſis, ex viridi palleſcentibus: exteriùs verò floribus vireſcentibus.

Germanicè, Witclare Sternblumen.



III. Hyacinthus Hispanicus flore incarnato.

I Ornithogalum Neapolitanum.

II Hyacinthus Hispanicus flore violaceo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ORnithogalum, Neapolitanum vocatum, Cluſio in Plantarũ Appendice ſecũdâ, vegetum, bulbo preſſiore, multis annatis & appendicibus albeſcente, foliis anguſtis, ſurrectis quodammodo, carinatis, viridibus, tollitur: Caule terete, glabro, ſex ordinum floribus conſpicuo. Flores, quia duplices, ſicque innati, erant pandi, externâ parte quidem ex flavo vireſcentes, internâ candidi: in quorum meditullio alter eſt floſculus coiens, cũ ſtaminulis & ſtylo albis, apicibus flaveſcentibus.

Cluſius in ſecundâ Appendice.

Germanicè, Neapolitaniſche Sternblumen.

II

Hyacinthus non ſcriptus, Hiſpanicus, Orientalis, Polyanthos, ſuaves & ianthinos gerit odoratos flores, caulem gravantes: foliis porraceis latis & carinatis: bulbo terete cæpaceo.

Lugdun. 1507.

Lobel. Obſerv. 55.

Germanicè, Liechtbraun Orientaliſcher Hyacinch.

III

Hyacinthus Hiſpanicus Polyanthos, ex rotundo proſilit bulbo: foliis flavo virentibus: caule oblongo, porrectis utrinque floribus, colore incarnatis.

Dodon. 216.

Cluſ. lib. ſecundo, fol. 177. Append. alterâ, ad caput 25. aſſignatâ.

Germanicè, Leibfarb blumen voll Spaniſch Hyacinch.



II. Muscari luteo flore.

I. Muscari obsoleto albo flore.

III. Hyacinthus stellaris Bizantinus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

MVscari majoris, Tibcadi Turcarum, Chalcedonensis raritudo quędam est, atque ob id, de facie istâ, non omnibus innotuit: elegans utiq; exotica & nobilis planta, vomitoria: floribus albis obsolescens, qui, ut urceoli ampliores, cum suis pediculis, nudo cauli, coacervatim affiguntur, exterioribus rosæ formâ crenati, dilutè lutei: Anno 1611. quinquaginta numerum excedentes. Ita prope bulbum, tunicis atroluteis, vel luridis, amictum, à terrâ elevantur folia latiora, carinata, crassiora, intensè viridia.

Germanicè, Chalcedonisch groß Traubenhyacinth.

II

Succedit huic, Muscari, floribus pallescentibus, ex Hyacinthorum serie, pedicularis Venetis, caulem glabrum racematim circumdantibus: foliis angustioribus: tabescentes flores aromaticum & Beniuoinum, quid fragrantius spirare incipiunt.

Dodon. 217. Lobel. Obser. 55.
Lugdun. 1513.
Clus. lib. secundo, fol. 178.
Epitome Camerarii 378.
Tabernæmont. 372.
Germanicè, Frembd Traubenhyacinth.

III

Hyacinthus hic Byzantiacus, stellaris, foliis adhuc latis, erectis, crassis, viridibus, effertur sesquipedalis, ex parum oblongiore pullo bulbo. In caulibus uno atq; altero tenuibus, utrinque ex suis petiolis flores cœrulei, radiatim dispositi, explicantur, qui, ut folia habent decidua, relinquunt globulos post se pallescentes acuminatos.

Lobel. notare hunc voluit Adverſ. alterius partis appendice, fol. 486. quamvis hic magnitudine excedat.

Germanicè, Constantinopolitanischer Sternhyacinth.


II.
Hyacinthus Orientalis seroti-
nus erectis candidis floribus.
I.
Hyacinthus candidissimus
pleno flore.
III.
Hyacinthus Orientalis serotinus
erectis et caeruleis floribus
IV.
Hyacinthus Orientalis flore
caeruleo pleno.
V.
Hyacinthus Orientalis seroti-
nus mixtus

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

QVòd tot ſpecierum, copioſâ ſobole, Hyacinthi quotannis varient, & multiplicentur, patet in præſentibus effigiatis utiq; perraris, qui parùm vel omninò non, ab indefeſſis Botanicis conſignati reperiuntur: ſicut in hoc primo videre licet, qui, cum Orientalis ſit, in caule exili, alto tamen & vireſcente, depromit florem foliolis cumulatum & plenum, totum candicantem, nutantem, aſpectu perjocundum & gratiſſimum.

Germanicè, Gefüllter weiſer Orientaliſcher Hyacinth.

II

Numerum Orientalium adauget ſecundus hic Serotinus, floribus quidem niveis eſt erectis, mucronatis & ſubtilioribus.

Germanicè, Weiſer edler Orientaliſcher Hyacinth.

III

Alius Orientalis ſerotinus Hyacinthus, caule ſurrecto pandens flores hilares & vividos, colore cœruleos.

Germanicè, Spåter Orientaliſcher Hyacinth mit blawen vffrechten blumen.

IIII

Congener ſequitur Orientalis alius, floribus etiam luxurians cœruleis & cyaneis, verùm plenis & refertis, unico cauli, tribus inſidentibus.

Germanicè, Blawer Orientaliſcher gefüllter Hyacinth.

V

Hyacinthus Orientalis ſerotinus, mixtus & variegatus: exteriora enim florum folia & horum apices albeſcunt, parte, quâ pediculo adhæret, rubeſcente.

In hoc, ut in cæteris & prioribus, exigui momenti exiſtit diverſitas, quo ad colorem & formam, caulium, foliorum & bulborum, ſed ut plurimùm ſibi invicem conſimilia ſunt & eadem.

Germanicè, Orientaliſcher Hyacinth gemiſchter farben.



II. Hyacinthus Orientalis flo. re duplici.

IIII. Crocus fundo vernus albus violaceo.

III. Hyacinthus Orientalis reflexis foliis, colore violaceo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

EX Orientalium Hyacinthorum familiâ, Germanus hic, foliorum porraceorum, imbricatorum, pinguium, oritur bulbo cæpaceo, lentore succoso, uno caule, copiosos proferens flores, lætè purpureos & ianthinos: summitatibus reflexis, virgulisq; obscurioribus, ejusdem coloris, signatos.

Germanicè, Orientalischer Veilbrauner Hyacinth/mit dunckeln strichen.

II

Hyacinthus Orientalis, ubertate florum donatus, quos insitos duplices gerit cœruleos, inferioribus ad pediculos partibus parùm virentibus.

Clus. in Curis posterioribus, fol. 18.

Germanicè, Doppelt Orientalisch Hyacinth.

III

Alius Hyacinthus Orientalis, miram fragrantiam spirans, reflectitur floribus purpureis floridioribus violaceis, qui lineis albicantibus dorsalibus, rarâ venustate distinguuntur.

Germanicè, Satbrauner Orientalischer Hyacinth gestraifft.

IIII

Inter versicoloris Crocos vernos, ex duobus albis bulbulis, foliis gramineis, protensis, viridibus: striis candidis depictis, & ex albido flore Hic exurgit, fundo amethystino.

Clus. lib. fol. 204.

Germanicè, Weiß Erülingsaffran/mit Veilbraunen boden.



II. Viola flammea maior violaceo colore mixta.

Hyacinthus serotinus maximus.

III. Viola flammea maior pallido colore mixta.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HYacinthus ſerotinus maximus, Cluſio à loco natali, unde miſſus fuit, Hiſpanicus dictus. Radix ei ſeſſilis, bulboſa, ex multis albeſcentibus tuniculis conſtans, rotunda, ſubtus plurimùm fibroſa: quæ emittit folia admodum longa, carinata, ſuccoſa, pallidi viroris, ſummitatibus mucronatis ſuis in gyrum flexibilia: è quorum medio bini ſurgunt cauliculi, ultra pedalem altitudinem, graciles, nudi, exhibentes quandoque flores ordine inæquali, per intervalla, juxta ſtrictiſſimas folioſas appendices, è pediculis brevibus deorſum nutantes, ſenis foliis præditos: externis quidem ſurſùm reflexis, interioribus verò quaſi in tubulum coeuntibus. Color illorum valdè obſoletè ſpadiceus eſt, qualis plerunq; cervis eſſè ſolet, unde etiam vulgariter Hirſchfarbichte blumen ejus flores indigitantur. Semen nondum videre licuit, aliis Hyacinthis par eſſe ferunt.

Videatur Cluſius lib. ſecundo plantar. hiſt. fol. 177. C. 26.
Phytopin. Caſp. Bauhini, fol. 74.

Germanicè, Hirſchfarbe blumen Hyacinth.

II

Viola flammea major violaceo colore mixta. Ex radiculâ parvâ, fibroſâ, caules plurimi emergunt, pedales, anguloſi, multùm ramoſi: veſtiti per intervalla inæquali ſitu, foliis laceæ ſeu Violæ tricoloris; viridibus, craſſis, rarius crenatis, & apophyſibus, ſecundum exortus ſuos valdè laciniatis: juxta quos laterales virgæ tenues in extremitatibus florem odoratum duplo vulgari majorem ſuſtinent, quinis foliis, quorum ſuperiora purpureoviolacea; bina alia è latere umbilici extremis tantum oris ſuis hoc colore tincta ſpectantur, non ſecus ac folium inferius, quod cæteris latius eſt. Media verò pars luteopallida umbilicotenus, tenuibus purpureis radiis notatur. Semen puſillum ſubrotundum, fuſcum, in capitulis laceæ vulgaris, maturitate in tres angulares particulas dehiſcentibus prodit, genus ſuum non denegans.

Vide Cluſ. lib. tertio, C. 13. fol. 310.

Germanicè, Groß Welſch wolriechend Freyſamkraut mit bräunlicheen geſprengten blumen.

III

Viola flammea major pallido colore mixta. Superiori non diſpar, niſi foliis oblongioribus & flore flavo, oris foliorum purpuraſcentibus, & umbilicotenus radiis purpureis inſignita.

Vid. Camer. in hort. Med. fol. 178. ſub titulo Violæ montanæ grandifloræ.
Caſp. Bauhin. Phytopin. fol. 376.
Geſn. d. hort. pag. 256.
Meminit & ejus Camerar. in Matth. Germ. fol. 415.

Germanicè, Groß Welſch wolriechend Freyſamkraut mit gelblicheen blumen, ſo mit Purpurfarb vermiſche.



II.
Hyacinthus Anglic, Cinericeus.

III
Palma Christi maculata.

I.
Hyacinthus Comosus
spurius.

IIII.
Dracunculus Aquatilis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HYacinthus comosus spurius. Hyacinthus comosus major Lobel. & Clus. Tantùm non cubitalem attingebat altitudinem, à radice bulbaceâ, turbinatâ, foris tunicâ subrubente involutâ, & circum sedem crassè fibratâ: folia terna prolixa, crassa, succulenta, porraceis foliis latiora, & aliquantùm carinata, ac summitatibus suis angustioribus reflexa, aliquâ parte caulem medium exeuntem amplectuntur, herbaceum, lævem, rotundum, quem à superiore parte, usq; ad fastigiũ comosum, oblongiusculi turgentes in pediculis circumdant flosculi, oris extremis leviter denticulati, cœruleipurpurei, quibus tandem subnascitur in membranaceis capitulis semen rotundum, exiguum, nigrum.

An. Dodon. 218. | Epit. Matth. Cam. 798. | Trag. cap. 71. lib. secundo.
Lobel. Obs. 55. | Hort. Med. 76. fol. | Fuchs. 325.
Clus. 179. lib. secundo. | Matth. C. Bauh. 745. | Tab. 314. lib. secundo.
Lugdu. 1512. | Germ. Groß Wertzenhyacinth. | Cam. Matth. Germ. 368.
| | Durant. 459.

II

Hyacinthus Anglicus cinereus. Radix bulbacea, turbinatæ formæ, avellanæ minoris magnitudine, sessili parte crassè fibrata, albescens, folia erigit aliquot lætè virentia, graminea, angusta, atq; inter hæc caules dodrantales, in summo racematim flores nutantes cineracei coloris ferentes, qui effigiem minorem Hyacinth: Hispan. aut orientalis affectant, seu albi non scripti Dodon. cujus etiam semina referant.

Germ. Aschenfarber Englischer Hyacinth.

III

Palma Christi maculosa. Radices pulposæ, bifidæ, geminatæ, paucas annexas crassas fibras è capite emittentes, caulem surrigunt arctè obsessum foliis ternis, è latitudine sensim in acutum desinentibus, diluto virore splendentibus, & superiùs saturatè purpureosanguineis maculis infectis: flores cucullati sunt, folia bina sursùm exerentes, purpurei coloris, quasi aliquot punctis notati, densam oblongam spicam constituentes, quibus semina, scobis instar, in oblongis capitulis submittuntur.


Fortè Dodon. 240. Satyrii Basilici fœminæ (nomine. | Matth. C. Bauh. 638.
Lob. Obs. 90. Adv. 63. | Germ. Purpurfarb Händleinwurtz.
Epit. Cam. 626. | Fuchs. 271.

IV

Dracunculus aquatilis. E singulis radicis repentis, & subtùs per intervalla tenuiter fibratæ articulis, pediculi aliquot teretes, fungosi, folia Cyclaminis, è rotunditate in perbrevem mucronem finientia, attollunt: fructus in alio pediculo pari, eminentiore tamen, è sinu folii paulò superiùs elevatur, racematim compactus, viridis, exilibus candicantibus staminulis circumquaq; obsitus, & baccis maturitate rubescentibus turgens, Ari baccis paulò minoribus, in quibus singulis semen rugosum, paulò oblongum, crasso succo, contentum.

Dodon. 329. | Lugdunens. 163. | Germ. Klein Wasserschlangenkraut. | Matth. Cam. 191.
Cœsalpin. lib. 5. c. 40 fol. 229. | Epit. Matth. Cam. 362. | Fuchs. cap. 86. | Durant. 353. fol.
Lobel. Obs. 328. Adv. 261. | Matth. C. Bauh. 446. | Tabern. 417. lib. secundo.

TERTIVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.


II
Narcissus totus luteus, monta-
nus, minimus.
III
Colchicum Vernum, flore
purpureo plenum.
I.
Narcissus totus luteus
montanus maior.
IIII
Hyacinthus Botryoides
coeruleus.
IV
Hyacinthus Botryoides
floribus albis.

CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

NArcissus sylvestris montanus, ad vivum expressus, ab aliis Pseudonarcissus nominatur. Major quidem, altiùs assurgit, foliis Porri similitudine parùm latioribus, duobus, aut pluribus, ex uno bulbo albo enatis: floribus in cacumine caulis pallescentibus, in sex folia, decussatim stellata, dividuis, quorum centro calix tubulatus, protensus oris reflexis, explanatis, totus luteus exit.

Lobel. Obser. 61. Advers. 51.
Lugdun. 1525. Clus. lib. secundo, fol. 65.

Germanicè, Der groß gelb Josephstab/oder Hornungsblumen.

II

Huic succedit Pseudonarcissus minor, montanus, ab aliis Hispanicus dictus, foliis, bulbo & flore, idem cum priore, verùm multò minoribus, calice auroluteo.

Lobel. Observ. 65.
Clusius ut suprà.

Germanicè, Klein gelber Berg Josephstab.

III

Colchicum Polyanthos Majus, paucis cognitum, nedum delineatum, ex bulbo albido, annato sibi annexo, convolutis foliis, in superiore umbone flores edit multiplices, ex cœruleo purpurascentes, stolonibus & filamentis subcroceis.

Germanicè, Groß Purpurfarb gefüllter Frülingzeitloß.

IIII

Hyacinthorum spuriorum unus, Minor vulgaris, racemosus, Dipcadus Italis indigitatus, flore cœruleo.

Lugdun. 1511.

Germanicè, Gemein Traubenblawer Hyacinth.

Fuchs. 225.
Tabernæmont. lib. secundo, 315.

V

Non aliâ differt ratione, hic Hyacinthus Botryoides ab aliis, nisi quòd florum colore candicet.

Dodon. 217.

Germanicè, Weiß Traubenhyacinth.



II. Narcissus medio luteus.

I. Narcissus maximus medio purpureus.

III. Narcissus medio purpureus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

NArciſſus Maximus, medio purpureus, aut cœruleus, latifolius, Hiſpanicus dictus: ex pullo, ſicut duo ſequentes, bulbo aſcendit ſesquipedalis, foliis praſinis craſſiuſculis, intra quæ teres caulis, ſuperius vaginatus, emittit pediculum & florem, ex cœruleo albicantem, ſex foliorum, quorum medio, membrana argentea, colore, cum fimbriâ crocoaureâ, ſtolonibus ſeſſilibus luteis, annexa eſt circularis.

Germanicè, Spaniſch groß Narciſſenröſlein.

II

Narciſſus, calice luteo tenerior, intra ſua folia porracea, latiora, ex duobus caulibus geminos protrudit flores candidos, qui in calicis medio, orbiculo & ſtolonibus luteis, glandulas repræſentantibus, tribus plerunque adornatur. Hujus odor fragrat ſuavis & feriens.

Germanicè, Gelb wolriechend Narciſſenblumen.

III

Primum hujus Numeri, Narciſſus iſte æmulatur colore, inſuper latifolius: floris mediâ parte purpureus, quo etiam multiplicatur: ſic enim gemini caules, geminos cum petiolis augent flores, ex vaginâ enatos, calicibus parùm repandis, oris elatis ſubcroceis.

Dodon. 225.
Lobel. Obſer. 60.
Adverſ. 50.
Lugdun. 1517.
Cluſ. 156.
Camerarii Epitome 951.
Matth. Caſp. Bauhini 858.



III
Narcissus Juncifolius luteus flor: plen.

I.
Narcissus maior flore multiplice.

II.
Narcissus sylvestris stellatus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

IN floribus mediopurpureis, ex membranaceo caulis folliculo enatis, fœcunda hæc Planta cubitalis, uberiùs multiplicatur Narcissus Major, medio calicis melino colore: caulibus erectis: foliis oblongis, carinatis, crassioribus: bulbo, cum annatis, pullulante.

Dodon. fol. 224.
Lobel. Observ. 61.
Lugdun. 1520.
Clus. 161.

Germanicè, Groß gefülle Narcissenrosen.

II

Qui decussatis florum foliis, uno caule, prodit acutioribus, subluteis, Narcissus sylvestris & stellatus hic nominatur, inodorus: habens oblonga, carinata, rotundiora & angusta folia: bulbum cæpaceum.

Dodon. 227.
Lobel. Obser. 62.
Adverſ. p. alterâ, 489.
Lugdun. 1525.

Germanicè, Gefülle Stern Joſephſtab/ gelb.

Tabernæmont. lib. secundo, fol. 506.

III

Elegantior surgit hic Narcissus, luteis, odoratis, duobus & pluribus, ex unico caule prodeuntibus, iisque plenis floribus: folia longa, juncis flexibilitate, levore & colore, æmula efferens.

De hoc Narcisso

Autorum copiam videre licet, in quartâ tertii ordinis Vernalium iconum sequente Narcissorum juncifoliorum serie.



II
Narcissus Juncifolius latiore calice.

I
Narcissus maior Iunci folius.

V
Pseudo Narcissus Iuncifolius.

IV
Narcissus minimus Juncifolius

III
Narcissus minor Junci folius

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CAule unico, rotundo, erecto, erumpit Narcissus Major Iuncifolius, inter folia (sicut & sequētes Narcissi) jūcis levore, flexibilitate, viriditáteq; simillima: Polyanthos autem est, floribus totus luteis, odoratis, circinatis, effusus: ejus Bulbus major, cum altero, & aliis pluribus annatis, atq; capillamentis deorsum sparsis, pulliginis est colore.

Germanicè, **Bintzenbleteterich groß Narcissenrōslein/ mit vilen gelben wolriechenden blumen.**

II

Lætus æquè exurgit Polyanthos hic Narcissus Major Iuncifolius, luteus, Alius quidem, quòd mucronata & longiora florum folia, calicem latum elatum ambiant, mirâ suavitate spirantia.

Germanicè, **Bintzenbleteterich vil eragend gelb Narcissenrōslein/ mit eim breiten kälch.**

III

Trium pluriúmve florū Narcissus Minor, ex foliis itidem juncos imitantibus, flexibilibus, uno cauliculo, & superius mēbranaceâ vaginâ prosilit, luteus totus, odorus.

Germanicè, **Das kleiner Bintzenbleteterich gelb wolriechend Narcissenrōslein.**

Horum Narcissorum genuinam historiam, potius nosse qui desiderabit, adire poterit Coryphæos hósce.

Dodonæum, fol. 226.
Lobel. Obser. 62. Adverss. 51.
Lugdun. 1520. Clus. 159.
Tabernæmont. 303.

IIII

Qui minimus dicitur, Iuncifoliorum Narcissus, cum suo bulbulo terrâ se exerit, foliis haud humum sparsis, at carinatis, rotundis, exilibus: Flore & calice paulùm elato & patente, luteo, citreus fragrat gravius.

Lobel. Adverss. secundâ parte, fol. 492.
Clusius appendicis fol. 257.


Germanicè, **Bintzenbleteterich klein gelb Narcissenrōslein.**

V

Iuncifoliorum Minorum ordini, adsignatur hic Pseudonarcissus Montanus: Flore quidem luteo, odorato, alato, fimbriato, turbinis instar, oris ampliato: ex cauliculo, ad floris conum, membranaceo involucro longius exporrecto.

Lobel. Appendice, fol. 461.
Lugdun. fol. 1521.
Clusius, lib. secundo, fol. 166.

Germanicè, **Wild falsch Bergbintzenbleteterich Narcissenrōslein/ mit grossem überlengeen kälch.**


IV.
Pseudo Narcissus minor luteus repens.
I.
Narcissus Septentrionalis flo pleno luteo.
III.
Narcissus Septentrionalis calice plens luteo, oris incisis.
II.
Narcissus Septentrionalis calice luteo plens, duplicatis foliis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PSeudonarcissus, aliis Septentrionalis dictus, flore pleno & multiplici congesto, caule rotundo protenso oritur: ob gravitatem pendulus flos est, multifidus, foliola ultra triginta habens mista, loco calicis, summè lutea sunt, cristata, quæ aliis foliis pallidioribus, aliquibus etiam herbaceis expansis circundantur, involucro membranaceo exeuntibus &c.

Lobel. Adverſ. alterâ parte, fol. 489. primâ fol. 51.
Cluſius, lib. ſecundo, fol. 165.
Item, Curarum poſteriorum fol. 13. 14.
Germanicè, Groß vermengter gefüllter Joſephſtab.

II

Huic non abſimilis Pſeudonarcissus, Septentrionalis alius, niſi quòd ſtellatim habeat in flavo flore duplicia foliola, ſubtus poſita, acuminata: calice intensè croceo cõpacto, & aliquot crenatis involucris conſerto, attamen tubulato.

Germanicè, Gelb gefüllter Joſephſtab, mit einem bleichen gelben doppleten Stern.

III

Pſeudonarcissus vulgaris, Septentrionalis, pleno calice dictus, ex quatuor foliis imbricatis, caule glabro, in membranaceum tegmen deſinente, nodóque emergit, foliis florum reflexis, & circinatim circumeuntibus pallidioribus: calice prominet multiplici, tubis aliquot inſertis, in fimbriâ inciſuris crenatis &c.

Cluſ. Appendice alterâ.
Germanicè, Mit zwey vnd dreyfachn Kelch gelber Joſephſtab.

IIII

Innotuit & hic in Narciſsi ſpeciebus, Pumilio Narcissus Minor, rarior, humi repentium unus, qui ex florum foliis repandis porrigit caliculum, oris ſciſsis bene luteũ.

Cluſ. lib. ſecundo, fol. 165.
Lobel. Obſer. 62.
Adverſar. 61.
Epitome Camerarii, fol. 953.
Matth. Caſp. Bauhini, 861.
Germanicè, Kleiner vnd nidriger gelber Joſephſtab.
Matth. Camer. 442.
Durante, 632.



Pseudo Narcissus aureus præcox.

Pseudo Narcissus pallidus calice amplo.

Pseudo Narcissus simplex Belgæ II.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

NArciſſus hic depictus bipedalis eſt, odoratus, caule ſtriato, non rotundo, latiore, in marginibus linea tenui depreſſa ſignato: bulbo, foliis lineatis, imbricatis, viridibus, maximus, ſicut & florum foliis, ſtellatim ordinatis, flavis: calice minus alto, ampliore, crenato, ſtolonibus parvis, albis, pediculo, piſtillo æmulo, albicante.

Cluſius: Appendice alterâ & curæ poſter. fol. 21.

Germanicè, Groß frembd gelber Narciß/mit einem weitern Kelch.

II

Ex Pſeudonarciſsis Belgarum, nominatur iſte ſimplex major, Codianus, ſuis caulibus, inſiſtente flore oblongo, flavo: calicibus tubulatis, ſimplicibus, crenatis, luteis, protenſis.

Cluſ. lib. ſecundo, fol. 165.

Germanicè, Der Niderlender groß gelber Joſephſtab.

III

Præcocium numero adſcribitur hic Narciſſus, tribus caulibus latiusculis, viridibus, ſummâ parte membranaceis involucris, nodulos cum floribus excipientibus. Flores eminent inde lutei: calice crenato, ſciſſuris altioribus, diversè laciniato, æquè luteo croceo: propriè expreſſi.

Cluſ. lib. ſecundo, fol. 164.

Epitome Camerarii, fol. 955.

Matth. Caſpar. Bauhini, 861.

Germanicè, Gantz hochgelber geflammter Joſephſtab.

Matth. Camer. fol. 442.



III. Pseudo Narcissus luteus.

I. Frittillaria.

II. Narcissus Juncifolius præcox maior.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

FRitillaria, ſpeciosè depicta, ſeu Meleagris, Lilium variegatum vulgò, ſesquipedalis, caule exili, foliis intensè viridibus & incurvatis, ſine ordine annexis: ſicut tota planta flexuoſa creſcit: floribus obſcurè purpuraſcentibus, nutantibus, qui quadratis areolis, decuſſatim poſitis, & tam exteriore quàm interiore parte expreſſis, ornãtur: in quorum medio piſtillus cum ſtolonibus luteis exeritur: radice orbiculatâ, albâ, cæpaceâ, depreſsâ, nitens.

Dodon. fol. 233. Lobel. Obſer. 65.
Lugdun. fol. 1530. Cluſ. fol. 152.
Germanicè, Braun geſcheckte Narciſſenlili.

II

Narciſſus, juncifoliis præcocibus, Major hic atque luteus odoratus annumeratur, foliis craſſis, ferè carinatis, & mollibus: caule rotundo, in ſummitate, membranaceo (quod plærisq; commune eſt Narciſſis) ſuos proferens flores auroluteos, calice ampliato, non ſine feriente odoris ſuavitate.

Dodon. 226. Lobel. Obſerv. 61. Adverſar. 51.
Lugdun. 1521. Cluſ. 158 & 159.
Germanicè, Wolriechend Bintzen/gelbe/früe/groſſe Narciſſenröslein.

III

Narciſsi montani, ſeu Pſeudonarciſsi vulgaris hæc eſt effigies, qui, in ſingulis caulibus, florem promit, è vaginulâ prorumpentem, totum luteum, ex cujus medio calix oblongior protenditur, fimbriatus amplius, & crenatus: caules circumdantur foliis porraceis, anguſtis, carinatis, elatis: bulbo multiplici tunicâ obtecto, albicante.

Dodon. 227. Lobel. Obſerv. 62.
Appendice, 51.
Lugdun. 1526.
Epitome pag. 953.
Matth. Bauhini, 861.
Germanicè, Gelb Joſephſtab oder Hornungsblume.
Matth. Camer. fol. 442.



II.
Fritillaria flor: plen.

I.
Meleagris flos maximus
Italicus.

III.
Fritillaria Alba.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

FRitillariæ, seu Meleagridis species, cum flore gemello propendente, colore obsoletè purpurascente, tessellulis segmentato, intra quatuor folia, in summitate caulis diffusa, flos serotinus maximus dictus est Italicus: caulem viridem, obscurè purpureum, folia carinata opposita ambiunt, saturatè virentia, quem quidem prope radicem totum circumvestiũt. Hunc excipit radix bulbosa, superius & inferius depressa, circinatis sparsis fibris & capillamentis colore suaso.

Germanicè, Braun abhang Narcissenlili/mit mehr blumen.

II

Quamvis minori, ejusdem formæ, radice, & caule exilibus, foliis ad radicem membranaceis involucris obductis, sine ordine expansis virescentibus, Fritillaria hæc oriatur: uberior tamen fundebatur Anno 1610. Mense Martio, pleno flore purpureo, decussatis quadratis lituris & notulis. Nutabat autem (sicut aliæ) stolonum apicibus luteo pictis.

Germanicè, Braun abhang Narcissenlili/mit grosser blumen.

III

Præ aliis elegantior Fritillaria ista, caule, foliis, & bulbo depresso minor, gestat florem pendulum, totum niveum, sine emblemate evidenti.

De his Clusius Appendice primâ, fol. 257.
& Appendice alterâ.
Lobel. Adversar. alterius partis appendice,
fol. 495. & seq.

Germanicè, Schneeweiß abhang Narcissenlilien.



I. Fritillaria pyrenæa obsoleto luteo colore.

III. Fritillaria polyanthos lutea

II. Fritillaria minor, obsoleto colore. inodora

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HÆc Fritillariæ ſpecies gracili rectóque vireſcente caule erigitur ſesquipedalis: cum foliis, parum junceis, cauli inordinatè appoſitis, cujus in ſummitate flores teſſulati dependent diluti coloris lutei, quadratis rubentibus maculis, haud inordinatis, aſperſi, formâ oblongâ, globoſâ, absque odore: Fritillaria Pyrenæa aliquibus dicta.

Germanicè, Braun in gelb geſcheckte Narciſſenlilien.

II

Fritillaria, Aquitanicæ non diſsimilis, ex oblongo protenſo caule, foliis indiſcriminatim affixis, paulùm latioribus, ſubviridibus, naſcitur: florum levigatorum reflexis oris luteis, interioribus ſubfuſcè purpureis, in quibus nulla tamen inſignis Fritilli pictura animadverti poſſit.

Germanicè, Gelbgeſcheckte Narciſſenlilien.

III

Ex omni parte lætior prodit Fritillaria hæc, pluribus floribus ornata nutãtibus, qui virentes lutei ſunt, in oris reflexi, undiq; lituris, obſcurè rubentibus, iisdémque quadratis oblongiuſculis, diſtincti: caulem gerit craſſiorem, quem protenſa oppoſita folia, certis intervallis diſſita, ambiunt herbaſcentia.

De his pleniora recenſent:

Lobel. Adverſar. alterâ parte, fol. 495.

Cluſius lib. ſecundo, fol. 153. Curar. poſteriorum fol. 10.

Germanicè, Vilcragende gelbgeſcheckte Narciſſenlilien.


III.
Tulipa viridiscoloris.
I
Fritillaria iuncifolijs.
II
Allium Vrsinum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

INter Fritillarias, tenuibus foliis junceis, & exili caule, assurgit hæc numerata: bulbo rotundo depresso: & flores laxat, sex foliorum luteos, rubicundis quadris variegatos: stolonibus & capitello æquè luteis.

Germanicè, Bintzenbleterige gescheckte Narcissenlilien.

II

Allium Vrsinum, ex foliis planis lilii convallium constat protensis, longioribus pediculis, ex bulbo spicato & annatis, emergentibus. Flores stellati sunt, in umbellâ candicantes, cum capitellis virentibus, sparsi & diffusi.

Dodon. fol. 672.
Lugdun. fol. 1546.
Lobel. Obser. fol. 80.
Adversar. fol. 59.
Matth. Casp. Bauhini fol. 422.

Germanicè, Beerknoblauch.

Matth. Camer. 175.
Durant. 31.
Fuchs. 282.
Trag. 286.

III

Tulipa erecto & glabro caule tollitur, cujus summitati insidet flos, totus herbaceus & viridis, oris acuminatis, introrsum flexis.

Germanicè, Tulipa gantz grün.



II.
Narcissus Orientalis mediustotus albus polyanthos.

I.
Narcissus Orientalis maior polyanthos totus albus.

III.
Narcissus Orientalis polyanthos minor totus albus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

NArcissum hunc Orientalem Majorem quidam indigitant, quòd cubitalis latifolius sit, caule protenso, in cujus cacumine, ex membranaceo involucro, flores fusi & copiosi albeant, odore fragrantes, perampli, singuli cum tribus staminibus luteis, brevibus.

Germanicè, Groß weiß Orientalisch wolriechend Narcissenrôslein.

II

Hujus collatione medius hic Orientalis Narcissus dici meruit, nõ minus plurium florum odoratorum, albicantium, copiâ stipatus, quàm quòd bulbo, foliis & reliquis paulò minor videatur.

Germanicè, Mittelarc weiß Orientalisch Narcissenrôslein.

III

Eodem pacto, minor Orientalis, Narcissus iste vocandus erit: florũ multitudine, figurâ, colore & odore, præscriptis haud inæqualis.

Dodon. 224.
Lobel. Obser. 60.
Adversar. 49.
Clusius lib. secundo, fol. 155.
Lugdun. 1519.
Germanicè, Klein weiß Orientalisch Narcissenrôslein.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 302.



II. Narcissus Orientalis medio croceus maior.

I. Narcissus Orientalis medio croceus calice pleno.

III. Narcissus Constantinopolitanus minor, calice fimbriato, medio croceus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

EXhibet hæc Icon Orientalem Narcissum vernum, pluribus acuminatis albicantibus floribus constantem, qui pallescentibus pediculis oblongantur, & calice, pluribus tortilibus foliolis pleno aureoq; conspiciuntur, in caule unico, ex foliis porraceis pluribus prodeunte.

Germanicè, Orientalisch Narcissenröslein mit gelb gefülleten Kelch.

II

Simplicibus, sed majoribus, tubulatis, rotundis & auroluteis, prodit Narcissus iste Orientalis calicibus: floribus multiplicibus odoratis albis: caule glabro, viridi: foliis latioribus, prolixis.

Germanicè, Weiß Narcissenröslein/ Orientalisch/ mit golefarben Kelch.

III

Superioribus haud absimilis visitur hic Narcissus minor, dictus Constantinopolitanus: cingitur autem floribus niveis, peramœnis, in quibus mediat calix, croceo colore fimbriatus, odore fragrante.

Dodon. fol. 225.
Lobel. Obser. 61.
Lugdun. fol. 1518.
Clusius lib. secundo, fol. 156.

Germanicè, Kleines weiß Narcissenröslein/ mit Saffranfarben berbrteten Kelch.

Tabernæmont. fol. 501.


IV.
Pseudo
minimus
au
Narcissus
Iuncifolius
reus.
I.
Narcissus albus maximus
calice luteo brevi.
III.
Narcissus totus luteus oblongo ca,
lice & reflexis foliis.
II.
Narcissus albus medius calice
luteo brevi.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ALbicat florum foliis sex, virgulâ notatus, Narcissus maximus, cum tubuloso luteo calice, cæteroquin aliis magnitudine, foliis, caule & bulbis, major.

Germanicè, Constantinopolitanisch weiß Narcissenrosen/ mit einem gelben Kelch.

II

Narcissus medius, odoratus, sese exerit bulbo & foliis oblongioribus, erectis, duobus caulibus, quibus flores stellatim foliis sunt impositi, ex pallore albentes, in medio, protenso & parùm crenato luteo calice.

Germanicè, Weiß gesterne Narcissenrôslein/ mit gelben Kelch.

III

In hoc Narcisso erumpunt folia porrecta, tortilia florum melina, protento quoque altiùs calice auroluteo: fimbriâ crenatâ.

Dodon. fol. 225.
Lobel. Obser. 60.
Lugdun. fol. 1518.
Clusius 156. lib. secundo.

Germanicè, Narcissenrôslein/ mit hohen gelben Kelch vnd gewundenen Blettern.

Tabernæmont. lib. secundo, fol. 302.

IIII

Qui Pseudonarcissorum minimus est, surrectis, tenuibus funditur foliis, quorum medio cauliculus exilis gerit florem pyramidalem, herbaceo pallidum, nisi quòd calix aureus, evidentiùs crenatus, extuberet longiùs.

Lugd. 1521. Clus. lib. secundo, fol. 166.

Germanicè, Kleiner Bintzenbletterichter gelber Josephstab.



II.
Narcissus de Argiers Polyanthos totus luteus

Narcissus nobilis Orientalis polyanthos mixtus.

III.
Narcissus Orientalis albus odoratus, calice stellato.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

SVavem odorem ſpirat Narciſſus Nobilis, multorum & plenorum ſeptem nimirum florum Orientalis, ab aliis in hoc mutatus, quòd pluries decuſſata & radiatim juxta ſe habeat diſpoſita folia albentia, in quorum meditullio, loco calicis, cumulentur complicata & conglomerata foliola, amplius diffuſa, alternatim alba & lutea, mirâ ſedulitate picta: pediculi ſunt virentes: caulis ex foliis pallore viridibus, carinatis, prodiens, nudus, rotundus, porraceus.

Germanicè, Orientaliſcher gantz gefülleer weiſer Narciß.

II

Succedit ab Algier oriundus Narciſſus, qui craſsioribus & latis foliis ſuperbiens eſt, floribus luteis duodenis & pluribus, depreſſo quidem caliculo, crocei coloris, ambientibus foliolis ex albo pallentibus.

Germanicè, Egyptiſcher gelber Narciß mit mehr blumen.

III

Stellaribus Narciſsis annùmerandus hic venit Odoratus, amœnus, albus: ſic enim flores cum ſuis pediculis, ex membranaceo tegmine prominent exalbidi, quorum medio, ſtellas æmulantes ſtolones, ſeu ſtamina, radiatim concentrati ſunt aurolutei.

Germanicè, Gantz weiß Stern Narciß/ auß Orient.



III.
Narcissus Polyanthos Orien-
talis medio luteus minor
odoratus.

Narcissus Polyanthos Ori-
entalis calice medio luteus.
odoratus maximus.

II
Narcissus Polyanthos Orienta-
lis medio luteus odora-
tus maximus

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

INter Codianos Narcissos, Orientales tamen, censeri volunt hos sequentes, quòd calices habeant majores & minores, verùm campanulæ instar, in medio flore, unius coloris luteos, amplos, minus tamen aureos: a` præcedentibus Narcissis, eâ calicum figurâ cavâ & amplitudine differentes: odorem spirant jucundum cum fragrantiâ. Hilares insuper & florum explanatorum, ex uno caulis involucro omnium evaginatorum, numero luxuriant elati & multiplices.

Germanicè, Groß I. Mittelart. II. Kleiner. III. Orientalische Narcissen/ mit nidern holen kelchen / alle gantz.



II.
Gnaphalium Montanum
suave rubens.

III.
Gnaphalium Montanum
variegatum

I
Lilio Narcissus Hemero,
calli di facie.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

NArcissus hic Indicus Matthiolo est Constantinopolitanus, propriè Lilionarcissus dictus, facie Hemerocallidis, Ornithogali vel Pancratii: sic enim nititur bulbo robusto cæpaceo, subfusco, basi, capillamentis ejusdem coloris cincta frequentibus. Ex eo producitur & ascendit, intra septena vel plura herbacea folia, caulis sesquipedalis unus, pluribus floribus onustus, quorum singuli ex pediculis oblongis virentibus sex constant foliis albicantibus: Calicis loco, corpore quodam stellato, laciniato mediante: diffusis staminibus luteoviridibus.

Clusius lib. secundo, fol. 168.
Lobel. Adversar. alterâ parte, fol. 502.
Germanicè, Constantinopolitanische Lilgen Narcissen.

II III

Sive inter Filagines, sive Pilosellas, recensentur sequentes duo Centunculi molles & Gnaphalia, sanè tomentosa sunt, cauliculis & foliis incanis, radicibus circumferētia perreptantibus. II. Prius tamen Montanum, quod Roth Engelblümlein germanico idiomate innotuit, erigitur floribus glomeratim positis, ex albo suaviter rubentibus. III. Alterum verò Montanum etiam, Germanicè Gesprenge Engelblümlein, variatur florum colore, albis & rubeis foliolorum oris & apicibus.

Lugdunens. 115. Dodon. fol. 68.
Lobel. Adverss. 201. Clus. lib. tertio, fol. 329.
Tragus 125. Tabernæmont. lib. secundo, fol. 107.



I.
Narcissus iuncifolius polyanthos albus.

III.
Leucoium Bulbosum minus

II.
Lilio Narcissus Bononiensis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

AD crebriores soboles Iuncifoliorum Narcissorum refertur presens, multorum quoque florum Narcissus, quo ad folia & tubum candore nitidus, medio tamen emicantibus certis quibusdam luteis staminulis, inconditè positis.

Clusius poster. Curar. fol. 12.

Germanicè, Weiser Narcissen viler blumen/ vnd mit Bintzenblettern.

II

Tenuioris & inflexi caulis, cum foliis ex cinereo herbaceis, hæc est Tulipa Apenninea, Bononiensis &c. in qua uni atq; alteri partito, flores cum staminibus mediocroceis insident lutei, suaveolentes, parùm laciniati, & in his folia quædam recurva: bulbus illi est obscurè phœniceus, oblongior.

Lobel. Obser. 63. Adversar. 51.

Clus. lib. secundo, fol. 151.

Camerarii Epitome, fol. 958.

Germanicè, Gelb wolriechend Tulipa.

Tabernæmont. 509.

III

Leucoium bulbosum, in uno caule protẽso, ex membranaceo involucro, plures profert flores pendulos, colore lacteos, quorum apices maculâ quâdam subviresente inficiuntur. Bulbus (uti aliorum) priori cæpaceo tegumento, cum capillamentis fuscus est, cæteris & interioribus verò panniculis albicans.

Germanicè, Klein spâte Hornungsblumen vileragend.

QVARTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.



IV. Tulipa candida, virgulis ex purpura rubentibus

II. Tulipa alba circa calicem lutei, um. radis rubente.

VI.

III.

V. Tulipa lutea, in medis conifor. macula rubens.

Tulipa lutea, irrorata ex cinnabari rutilis maculis.

I. Tulipa lutea virgulis oblongis ad latera, colore cinnabaris.

CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Vernalium.

VErsatilium & versicolorum plantarum est Luxurians Tulipa, Latinis Lilionarcissus, florum foliis potissimùm maximeq; ambiguus. Ducentarum enim specierum numerum superare deprehensum est, ita ut earum ordinē & modū venantem ferè effugiant; quod vel hoc solo manifestū fuit, quòd cum paucis ab hinc annis bulbi dubiæ istarum, & mixtæ speciei, in hortum aliquem translati fuissent, sequēti anno unius coloris, & simplicis, conspicerentur florere degeneres: his verò Illustrissimi nostri Principis hortis evaderent, floribus & magnitudine magis conspicui, variegati, splendidiores.

Dilucida Tuliparum historia, & descriptio legi potest, apud indefessos Botanicos, & accuratissimos:

Clusium lib. secundo, fol 138. & seqq.
Lobel. Observat. fol. 65. & seqq.
Adversar. 52.
Dodon. fol. 231.
Lugdun. 1528. & sequenti.

Rarissimæ visu, & singulares, in florentibus viridariis, Illustrissimi domini, Eystettensis Principis, præfatis, subsequentes erant.

I

TVlipa lutea, in medio foliorum lineam rectam dorsalem viridē ducit, prope latera, oppositas maculas oblongas, rubescentes: labris, ex luteo virescentibsu, terminatur.

Germanicè, Gelb Tulipan/mit grünen streiff vnd hochrothen seiten streimen.

II

Explicatur florens Tulipa alba, fundo & stolonibus luteis: purpura rubente ad medium floris folii pertingente circulo: cæteroquin floribus albescentibus.

Germanicè, Gantz weiß/mit gelbem boden/vnd vmb denselben ein Rosinrothen Circkel.

III

Tulipa summè lutea, conglobata rubedine, usq; ad summitatem folii rutilat, figurâ flammeâ coniformi.

Germanicè, Gelb mit Feuerrothen gesprenge.

IIII

Regina Tuliparum, quibusdam ampliatur albicans, aspersis oblongis & indifferentibus purpurascentibus rubeis maculis & virgis, extremitatibus labrorum incisis, atque in apicibus foliorum laciniatis.

Germanicè, Gantz weiß mit Rosinrothen verrnengeen vnd gemischeen auch zertheilten blättern.

V

Lutea foliis est hæc Tulipa ex viridi, in medio tincta coniformi maculâ, Cinnabaris colore, foliis in extremis oris laciniatis.

Germanicè, Gelb mit Cinnoberrothen gechetlten blättern.



Tulipa lutea ex rubro viridi coccineo variegata.

I. Tulipa albicans margine coccineo.

IV. Tulipa ex flavo rubescens.

III. Tulipa ex albo marginibus rubescens.

II. Tulipa flavide pallens oris coccineis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipa serotina, quæ ex bulbo, cum suis capillamentis, inferioribus flexuosis, latiori, subfusco, tollitur, ex pleno, rotundo, exili lanugine aspersо, caule virente evaginato, cum foliis amplis imbricatis, incurvis, ex cœruleo viridibus: flore cum apicibus vario, uno alteri incursante colore: sic enim albicans flos, luteis in directum ductis lineis, oris coccineis gaudet.

Germanicè, Weiſe Tulipa/mit Roſinfarben enden vnd gelben ſtraiffen.

II

Tulipa præcox, bulbo porrecto prodit: foliis florum parùm scisis, ex florido luteis, mixtis, intercursantibus lineis & marginibus ex coccino lucidis.

Germanicè, Liechtgelb vnd weiſe Tulipa/mit Roſinfarben enden vnd ſtraiffen.

III

Tulipa prȩcox, foliis mucronatis, ornatur flore niveo, exteriora versus, paulatim flavescente, oris cinnabarim colore imitantibus.

Germanicè, Tulipa weiß/mit gelben enden/vornenher mit Cinnoberrothen vnd Roſinfarben ſtraiffen.

IIII

Tulipa serotina albicans ex flavo purpureo, foliis florum mucronatis, prope calicem luteis unguibus constat.

Germanicè, Gelb Roſinfarbe vnd braune Tulipa/ineinander vermenget/mit eim gelben boden.

V

Tulipa versicolor, serotina, foliis florum apicibusque reflexis notatur byssinis, in quibus medium floridum purpureum, virgis oblongis, alterum verò roseum lineis vividis viridibus tingitur.

Germanicè, Gantz gelbe Tulipa/die 3. mittelern bletter Cinnoberroth geſprenget/die andern Roſinroth vnd grün geſtraimt.



V. Tulipa Coccinea albescentibus oris.

III. Tulipa lutea margine roseo.

I. Tulipa lutea maculis aspersa minutis

II. Tulipa candida lineis viridibus.

IV. Tulipa mixta linea virid

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipa, ſicut plæræq; aliæ, ſtriatis foliis, cæpaceo bulbo ſignatur, floribus luteis, miniatis virgis etiamnum latioribus ſplendeſcit: unguibus in ſinu nigris, capitulo virente.

Germanicè, Tulipa gantz gelb/mit Cinnoberrothen ſtreimen vnd ſchwartzem boden.

II

Tulipa nobilis, præcox, candida, ſuper nervum florum foliorum, lutea linea, ad acumina usque deducta, bulbo oblongo.

Germanicè, Tulipa gantz weiß/in der mitten des blats grüne ſtrich.

III

Lutea & hæc exurgit, tenera, præcox Tulipa: floribus ex viridi ſplendidè luteis: extremitatibus roſeis.

Germanicè, Gelbe Tulipa mit Roſinrothen enden.

IIII

Tulipa rarior præcox, paulo acuminatis florum foliis, reflexis, iisque rubro miniatis ornatur, cum lineâ viridi ad ungues finiente, qui lutei ſunt.

Germanicè, Tulipa Roſinfarb in roth geſprenget/mit gelbem boden/außwendig mit grünen vnd weiſen ſtreimen.

V

Tulipa ſerotina, coccinei coloris, ad album diffluens foliorũ florum oris: fornice flavo.

Germanicè, Tulipa Roſinroth/mit weiſen enden vnd gelbem boden.


IV.
Tulipa explicata florum candidorum linearum rubearum.
Tulipa albicans maculis latis rubentibus.
III.
Tulipa diversi colouris alba linearu, bente calice citrini colouris.
V.
Tulipa ex lutea citrini colouris florum lineis dorsalibus viridibus.
I.
Tulipa lutea lituris aure

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipa caule flexuoso, ex foliis carinatis evaginato, floribus emicat luteis, virgulis latis ad apicem, magis magisque aureis, obductis: usque adeò undulatis: bulbo serotinis proprio.

Germanicè, Gantz gelbe Tulipa/mit Golefarben streimen.

II

Hæc ex foliis imbricatis præcox, calice florum luteo, præter oras albicantes, mediâ parte saturatè rubente luxuriat.

Germanicè, Tulipa Kirschenfarb/mit weisen enden vnd gelbem boden.

III

Ista Tulipa, similiter diversicolor, explicatur florum foliis alternatim albis & argenteis, quæ a calice ad apicem pinguntur mediâ lineâ rubente: calix est luteus, radiatus in circumferentiâ colore cœruleo.

Germanicè, Tulipa 3. blat berwechslet mit Silberfarb/ vnd 3. blat weiß mit rothen strichen/ auch einem gelben boden/vnd vmb den boden ein blawen Seern.

IIII

Panditur hęc Tulipa albis floribus, virgulis longis rubeis, ad foliorum summitates pertingentibus, fornice luteo.

Germanicè, Tulipa gantz weiß/ mit hochrothen breiten strâimen vnd gelben boden.

V

Tulipa conglobata, foliis florum amplioribus cavis nascitur, qui ex luteo citrini sunt coloris, per medium lineis viridibus signati.

Germanicè, Gelbe Tulipa mit grünen strâimen.



V. Tulipa ex purpura rosea persica.

II. Tulipa aurea colvis.

IV. Tulipa parte media viridibus signatuis, altera vero rubra.

III. Tulipa lutea prope calicem radis rubro.

I. Tulipa lutea maculis rubens.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipa præcox, flore variat luteo, maculis aſperſo, & virgulis rubro-miniatis.

Germanicè, Tulipa hochgelb/mit rothen ſtreimen vnd flecken.

II

Tulipa ſerotina flore conſtat in totum aurei coloris.

Germanicè, Tulipa ſchön Golefarb.

III

Tulipa præcox floribus explicatur luteis, prope fornicem ex rubro tinctis, calice rurſus luteo.

Germanicè, Tulipa mit gelben boden vnd Cinnoberrothen ſtreimen.

IIII

Tulipa ſerotina, verſicolor, bulbo fuſco prodit, & latioribus carinatis foliis: Florum folia exteriora repanda, ex coccino ſunt rubea: quorum medietas ex minio rubet, alterâ lituris & virgis viridibus delibutâ exiſtente.

Germanicè, Tulipa gantz liecht Roſinroth halbirt/auch Cinnoberroth mit grünen ſtreimen.

V

Tulipa præcox, pumilio, tenerorum foliorum, floribus erigitur ex purpurâ roſeis.

Germanicè, Tulipa gantz liecht Roſinroth.



Tulipa argentei & albicantis coloris.

Tulipa lutea, limbis miniatis.

I.
Tulipa ex albo ruffa margine rubente.

IV.
Tulipa fulvo sulphurei coloris margine amplius rubente.

II.
Tulipa sulphurei coloris oris rubeis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipæ color florum acuminatorum est helvus, inter album & ruffum medius: viridi venâ ad dorsum secundum longitudinem excurrente: labris saturatè purpurascentibus.

Germanicè, Tulipa weißroth/mit hochrothen enden.

II

Tulipa ex dubiis & mixtis una: sulphurei nimirum vel melini coloris, floribus mucronatis est prædita, juxta dorsum sursum utrinq; excurrentibus radiis herbeis, flammæ figurá, oris rubentibus.

Germanicè, Tulipa Schweffelfarb/mit Rosinrothen enden vnd grünen streimen.

III

Tulipa lutea, miniatis in longum & ad latera sparsis lituris, staminibus purpurascentibus, umbilicum circumseptis, dilatatur.

Germanicè, Tulipa hochgelb/mit hochrothen enden.

IIII

Tulipa pumilio, florum folia gerit in trigonum acuminata, subtus non in calathi formam, sed depressa, colore melino: ad oras, prope ungues insuper latius saturatè rubentia.

Germanicè, Tulipa Schweffelgelb/mit breitrothen enden.

V

Tulipa præcox, sex florum foliis, exterioribus quidem tribus acuminatis, argenteis, interioribus tribus parùm orbiculatis, albis, notatur, singulorum dorsis venâ rubicundâ protensis.

Germanicè, Tulipa mit 3. Silberfarben bleettern/vnd 3. Leibfarb schillereen.


Tulipa purpurea calice pallescente.
IV.
Tulipa ex pallido tota viridescens.
III.
Tulipa flore pulpureo, labre pallescentibus liturris prope apices roseis flammiformib.
II.
Tulipa floribus flexis inferi miniatis, exterius rubacceis margine exeimabaui ru
Tulipa mutei coloris ris rubeo purpurascen

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipa ſerotina effertur floribus, quorum eximia eſt candicantia, iisque ad oras utrinque aſperſis lituris, ex rubeo purpuraſcentibus.

Germanicè, Tulipani hochweiß mit roth Purpurfarben enden.

II

Tulipa præcox Polymita, florum foliis fathiscit, vario & mixto colore imbutis. Interiora enim reflexorum ſunt miniati coloris, marginibus auroluteis: exteriora verò rubent.

Germanicè, Tulipa vermiſchet mit Cinnoberroth vnd gelb/ vnd auff den enden goldfarb.

III

Hujus Tulipæ flores explicati, ex citrino vel ſulphureo colore palleſcunt: ſtolonibus & capitulis viridibus: rutilis autem, flammarum inſtar, faſtigiatis maculis tingitur, apices ferè foliorum conis ſuis tangentibus.

Germanicè, Bleichgelbe Tulipani/ mit Roſinrothen feuerſtreimen.

IIII

Tulipa conglobatur, florum ex luteo ſaturatè virentibus foliis.

Germanicè, Tulipa gantz gelbgrün.

V

Sic iſta Tulipa, hiare incipit, floribus rubeopurpuraſcentibus, calice luteo.

Germanicè, Tulipani Purpurfarb mit gelben boden.



Tulipa summè miniata, calice luteo.

V.

III.

Tulipa alba maculis roseis.

I

Tulipa lutea miniate punctata.

IV.

Tulipa rosea, venis luteis.

II.

Tulipa alba, unguibus luteis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I



Vlipa præcox, floribus auroluteis, punctis miniato colore irroratis.
Germanicè, Tulipa goltfarb/mit Cinnoberrothen pünctlein.

II

Tulipa præcox alba pumilio, explicatur floribus, sinu luteo, staminibus purpureis, capitello viridi.
Germanicè, Tulipa weiß/mit gelben boden vnd braunen straimen.

III

Tulipa præcox alba, floribus explanatis, maculis coccinoroseis aspergitur, fornice luteo, cum staminibus purpurascentibus.
Germanicè, Tulipa weiß/mit Rosinrothen flecken vnd liechtgelben boden.

IIII

Tulipa rosei coloris flore humilior, venâ in longum à summo ad imum ductâ, sicut & unguibus luteis.
Germanicè, Tulipa Rosinfarb/mit gelben straimen vnd gelben boden.

V

Tulipa floridè coccineis constat floribus, unguibus & calice luteis, bulbo (sicut præcedentes & aliæ ferè omnes) pullo fuligineo.
Germanicè, Tulipa Cinnoberroth/mit gelben boden.



II.
Tulipa Nivea oris purpurascente.

III.
Tulipa flore pleno, tota lutea.

I.
Tulipa Miniata pleno flore.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipa serotina, flore pleno miniato producitur: foliis striatis, tornatis, per medium fissis, tenuibus: (id quod commune ferè Tulipis, quæ flore pleno nascuntur.) Bulbus cum appendice, latior, depressus.

Germanicè, Doppelte rothe Tulipa mit gefülleer blumen.

II

Tulipa serotina, nivei coloris, oris florum per totum ex rubro purpureis, phalærata est insuper, in caule, superiore folio viridi vivido, mediâ parte, ex albedine roseo, in summo bisulco.

Germanicè, Schneeweisse Tulipa mit Rosinfarben enden.

III

Tulipa serotina, flore duplici plenis, erigitur luteis vel citrei coloris: caule crassiore: foliis, quæ superiora sunt, in longum scissis: constat bulbo amplo, cum annato colore pullo.

Germanicè, Gelbe gefüllte Tulipa.



III.
Narcissus medio purpu,
reus minor.

I.
Tulipa serotina po,
lyanthos.

II.
Leucoium Bulbosum
serotinum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TVlipa rarior, ex pluribus caulibus ramosa, bulbo dilutè spadiceo, capillamentis subfuscis, enitebat hæc floribus phæniceis, sinu cœruleo, ad centrum flavescente, quod cum stolonibus luteum erat.

Dodon. 231.
Clusi. 144. lib. secundo.
Lugdun. 1529.
Lobel. Observ. 66.
Adverſ. 52.

Germanicè, Rosinroth von vilen blumen Tulipant.

II

Multorum florum Leucoium hoc exurgit, quod aliis Narcissolyriũ pratense videtur, flores habet majores, nivei coloris, propendentes, quorum singuli etiam pluribus quàm sex constant foliolis, ad caliculũ affixis, in cujus medio stamina pullulant lutea: caulis & folia carinata sunt viridia: bulbus & capillamenta pullo picta.

Dodo. 230.
Lobel. Observ. 64.
Clus. lib. secundo, fol. 171.

Germanicè, Grosse spete vilblumichte Hornungsblumen.

Tabernæmont. lib. secundo, fol. 308.

III

Inter minores Narcissos, medio purpureos, florum albedine magis est elegans, & candicat, texturâ simplici, quorum medio orbiculus est auroluteus, stamina flavescentia: ex bulbo cæpaceo fusco prodeunt cauliculi, & junci potius, quàm folia, virescentes.

Dodon. 225.
Lobel. Observ. 60.
Clus. 156.

Germanicè, Weiß klein Narcissenröslein.

Matthiol. Camer. 442.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 304.



II

Tulipa globosa serotina aureo co. lore punctata.

I

Tulipa globosa serotina cin. nabrio colore.

Unable to display this page



III. Tulipa Persica non aperta. I. Tulipa polyanthos præcox rosea colore mixta. II. Tulipa Persica aperta.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

EX caule, ramoso medio virente, præcox hæc cubitalis Tulipa protendit multiplices flores mucronatos, aliquatenus repandos, purpura roseos, stigmatibus & lineis luteis frequentioribus ornatos.

Germanicè, Vilcragend Rosinroth Tulipa mit gelben strichen.

II

Propagatæ sunt hæ Persicæ Tulipæ, floribus dorso roseo, quod in exterioribus foliis, oris mucronatis ternis observabatur. Cæteris tribus interioribus niveâ albedine splendentibus, oris obtusis: unguibus purpureis: capitulo luteo, & staminulis cineritiis: caule gracili, erecto: foliis striatis, junceis & flexuosis.

Clusius Curarum posteriorum fol. 9.

Icon: horti Regii Galliarum: Robini.

Germanicè, Offene vnd zugethane Persianische Tulipa.



III. Victorialis longa.

I Tulipa Serotina stellata.

II. Moly latifolium flore flavo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

OB eximiam floris venustatem, rara hæc serotina Tulipa, haud immeritò stellata appellatur: cujus folia sex mucronata, decussatim concentrantia, latiora se pandunt, candore albescentia: quorum centro tollitur capitulum luteum, stolonum apicibus purpurascentibus.

Lobel. Obser. 66.
Adversar. 52.
Lugdun. fol. 1529.
Clusius lib. secundo, fol. 144.
Germanicè, Stern Tulipa.

II

Moly montanum, quamvis ab accuratissimo Clusio graphicè delineetur, differt tamen, quòd hoc, folia latiora & profundius carinata, pluraq; quàm bina habeat erecta: intra quæ caulis enodis & glaber, in summo flosculos luteos, stellatos, porrigat: bulbus verò, cum suo bulbulo annato & capillamentis, pulli sint coloris.

Clusius in Appendice alterâ cap. 57.

III

Ex Gentianæ majoris, vel Hellebori albi, foliis virentibus, nervosis, evaginatur caulis, hujus Victorialis longæ. Allii Alpini, Serpentini &c. qui prope florem viresçit, inferiore verò parte radicem versus dilutè purpurascens: in fastigio ornatur multâ florum albedine lacteorum stellatorum turmâ: staminulis luteis: radicem sortita est oblongam, cortice fibroso, reticuli instar obtecto, capillamentis variè sparsis, subfuscis.

Dodon. fol. 210.
Lobel. Obser. 81.
Adversar. 59.
Lugdun. 1547.
Clusius lib. secundo, fol. 189.
Matth. Casp. Bauhini, 422.
Matth. Epit. Camer. 592.
Germanicè, Alpenknoblauch/oder Sigwurtz/ das Männlein.
Matth. Camerarii, 175.
Tabernæmont. lib. secundo, fol. 192.
Durante 52.

QVINTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.



Corona Imperialis
Polyanthos.

CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

QVæ verè Corona Imperialis Polyanthos mirandæ & luculentæ magnitudinis dici meruit, claruit Anno 1611, Aprili mense, floribus nutantibus & submissis quadragenis, colore ex croceo rubentibus, plerunq; sex foliis uno constante, in margine purpurascentibus quibusdam venis & oris: supra quos confertim fundebatur coma viridior, foliis angustioribus, tenuibus, sparsis: caulis ad crassitiem trium unciarum supra terram assurgebat, superans cubitos cum semisse duos, levis & minus rubeo purpureus: quò propior solo, eò foliis arctioribus, saturovirentibus, inflexis, repandis, crassioribus, mucronatis in longum & reflexis, circundabatur circulariter.

Clusius lib. secundo, fol. 128.

Germanicè, Vilblumen tragend Keiserscron.

Tabernæmont. fol. 325.



Corona Imperialis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CORona Imperialis ſerotina: Turcarum Turfai: Chalcedonicum Lale: bicubitalis: caput efferens ſub criſtâ comosâ, ex foliis exilibus, mucronatis, adornatâ: dependent flores nutantes, nolarum inſtar, phœniceo rubentes, ſex plerunq; foliis: in quorum calice interno, ſingulis foliis appreſſa ſunt tubercula ac uniones, aquam in ipſo meridiano fervore ſtillantia limpidam, dulcem: ex meditullio calicis porriguntur ſtolones albicantes, cum piſtillo nigricante, trifido: poſt flores, fructus, formâ triquetrâ, iique non niſi fœcunda ferentes ſemina, tolluntur ſurſum: caulis rotundus inferius excipitur foliis latioribus, ſaturatè virentibus, circumflexis, amplis.

Bulbus magnus, ſolidus, cæpaceus, ſquamoſus, trium librarum pondere, feriente, ſicut & tota planta, herboſo, fœtido, tetróque ſubſtat odore: craſſis, longis, ejusdem cum bulbo coloris, pallido atris filamentis.

Dodon. fol. 202.
Lobel. Obſer. 86. Adverſ. alterâ parte, 513.
Lugdun. fol. 1495.
Cluſius lib. ſecundo, fol. 128.
Germanicè, Goltfarbe Keiſers Cron.
Tabernæmont. 2. Buch/ 325. Blat.



Corona Imperialis florum
classe duplici.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ELuculentis duorum ordinum floribus conſtat hic Coronæ Imperialis, Turcici Turfai potiúsve Turfanda ſcapus cardinalis. Prior enim ſeries circulariter ſubjicitur ſupremis totius plantæ ſparſis & fuſis foliorum capillamentis, quem alius atque alius circumfluentium herbaceorum foliorum radius in glabro caule ſuccedit: floribus, ex cinnabari miniatis pendulis, ſubnexis. Ab uno latere hujus effigiei conſpicitur explicatus flos, cum ſuis tuberculis, inſtar unionum, ſtylo luteo trifido.

Altero verò margine exhibetur hexagonon ſeminiferum erectum caput, cujus ſunt ſemina ſubrufa, contiguo ordine juxtà recondita.

Lobel. Adverſar. alterá parte, fol. 512.

Cluſius lib. ſecundo, fol. 125.

Germanicè, Roth feuer haarfarbiche Keiſers Cron/ mit doppelten blumen/ abſatz vnd franetz.


III
Chamæiris
angustis foliis
minor.
II.
Iris tuberosa.
IV.
Bulbus lilij Persici.
I.
Lilium Persicum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

LIlium Perſicum, quod apud alios ſingulare & ſolum, ſic horto iſto celebri, quâ videtur formâ, naſci ſategit cultior natura: cubitos tres ſcapus uſque ad bulbum ſuperat: floribus, ut nolæ appenſæ, ex rubro purpuraſcentibus, quorum ſtamina lutea. Ad bulbum uſque, in caule exeunt folia anguſta, longa, multum ſtriata, diſſita tamẽ, & circulari ordine, ut in Coronâ Imperiali.

Dodon. fol. 220.
Lobel. Obſerv. 86. Adver. ultimâ parte, 512.
Lugdun. fol. 1495.
Cluſ. fol. 130.

Germanicè, Perſianiſche Lilien.

Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 324.

II

Iris Tuberoſa, rarior, anguſtis, triquetris, longiſsimis conſtat foliis, ſaturatè viridibus: ſupra caulem, ex quo vaginatim, labellis obſcurè violaceis, juxta quæ luteoviridia acuminata folia, flos exurgit jucundè odorus: radix nõ ex bulbis bulbuliſve, ſed tuberibus oblongis & nodulis, cinere nigricantibus, in longum protractis, terræ ſe inſinuant.

Dodon. fol. 249. Lugdun. fol. 1613.
Lobel. Obſerv. fol. 51. Adverſ. fol. 363.

Germanicè, Lang knöttichte Schwertl.

III

Chamæ Iris ſylveſtris Minor, Anguſtifolia: oblonga, inſtar gladiolorum, benè virentia habet folia, ſupra radicem nodoſam, ſubrufam: flores ex geniculatis caulibus exurgunt plures violacei, odore chryſomalorum.

Dodon. fol. 247.
Lobel. Obſer. fol. 34.
Lugdun. fol. 1611.
Cluſius lib. ſecundo, fol. 229. & 230.
Matth. Camer. Epitome, fol. 3.

Germanicè, Klein blawe Schwertl.

Matth. Camer. fol. 2.
Bauhini, fol. 334.
Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 334.


II
Viola erecta flore cæruleo.
I.
Lilium cruentum flore pleno.
III
Viola erecta flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

EX solertiâ luxuriantis Naturæ, provenit Lilium Cruentum Puniceum, uberiore flore & pleno dictum: Anno 1612. florum folia, sexagenarium superabant numerum: nitescunt ea ex miniato crocea, punctis saturatis, variè flexa & contorta: staminibus rubentibus, apicibus verò obscurius. Pistillus huic erat unicus trifidus, luteus: caulis pro florum amplitudine tenuior, foliis tortilibus: radice bulbosâ, sparsis capillamentis latius diffusis, subnigricantibus.

Germanicè, Gefülle goltfarb Lilien.

II

Quia caulibus firmis, rectis, cubitalibus protendantur, & humi non repant Violæ hæ: Assurgentes à Dodonæo, ab aliis Erectæ nominantur: foliis gaudent latis, acuminatis, ad margines vtrinque serratis & denticulatis: non nisi florum colore differentes sunt, simplices tamen, nec uti laceæ tricolores.

SECUNDA ex cœruleo purpurascentes habet flores.

Germanicè, Hoch vffrechter blawer Wertzenveil.

III

TERTIA ex Cyaneo albescit floribus.

Germanicè, Hoch vffrechter weiser Wertzenveil.

De his legi possunt

Dodon. fol. 160. Lobel. Obser. 334. Adverss. 266.
Cas. Bauhini in Dioscor: fol. 823.
Epitome Matth. Camer. fol. 911.



II.
Lilium purpureum maius Do-
donei.

I.
Scapus cum bulbo.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones plantarum Vernalium.

I

GRatioſum elegantium florum Croceopurpureum Lilium exhibetur, Herbariorum Hemerocallis, quæ bulbo, ſquammis nucleatim cõtexto, pallore albente, procerum protrudit ſcapum, foliis carinatis, ſaturatè viridibus, circumcirca radiatim ſeptum: ſupra medium potiſſimùm alæ occurrunt, ſuis ſingulæ donatæ floribus, qui, dum effuſi ſunt, ad aureum colorem coruſcatione rubent repandi: ſtaminibus & piſtillo colore hiſce reſpondentibus. Flores verò latentes, & nondum dilatati, in apicibus vireſcunt, aliàs rubedine remiſſiores: at ii, qui minores, & ex alis jam inde ab initio enaſcuntur, orbiculi oblongi, toti ſunt virides.

Dodon. 198. Lobel. Obſer. 84. Adverſar. 60 & 61.
Cluſ. lib. ſecundo, fol. 136. Lugdun. 1495.
Epitom. Camer. 616. Hort. Camer. 89.
Matth. Caſp. Bauhini, 600.

Germanicè, Roth groß Goldfarb Lilien.

Fuchſ. cap. 137.
Matth. Camer. 285.
Tabernæmont. lib. ſecundo, fol. 328.


II
Scapus cum radice.
I
Lilium cruentum bulbiferum.
III
Centaurium flos. luteus

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

LIliorum purpureorum, cruentum hoc bulbiferum Martagon lætius & altius grandescit, cubitos duos, cujus & scapus cum bulbo depictus exhibetur, lõgitudine sua excedens. Panditur alatum, punicei aurei coloris floribus: ad singulas alas, quibus dicti flores insident, bulbilli viresc entes incumbunt ceu gemmæ, plures quidem & majori numero, ubi folia virentia cauli radiatim adnascuntur: radix, quæ bulbis squammosa terrâ conditur, ex luteo albescit.

Dodon. 199. Lobel. Observ. 84.
Lugdun. fol. 1949. Clus. lib. secundo, fol. 137.
Germanicè, Roth Golcfarbe Lilien mit Zwiffeln.

III

Ex floribus Citrioluteis peramœnis, appingitur Centaurium luteum, foliis quidem caulem cingentibus, Perforatæ figurâ erectis tamen, per quæ caulis transvehi videtur ex pallido luteus.

Dodon. 334. Lobel. Observ. 219. Adverss. 173.
Lugdun. 1290. p. Clus. lib. sexto, fol. CLXXX.
Epitome Camer. 427. Horto ejusd. 37.
Matth. Bauhini 488.
Germanicè, Klein Tausengüldenkraut mit gelben blumen.
Fuchsius, 145.
Matthi. Camer. 214.
Tabernæmont. libro secundo, fol. 456.
Durant. 275.



I.
Lilium cruentum polyanthos

III.
Centaurium minus flore albo.

II.
Centaureium minus flore rubo

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

SCapo unico & prælto extollitur Lilium puniceum hoc, rarum, Majeſtatem præ ſe ferens, cruentum, liris ſtriato, ſaturatè Citrio, quem plurima folia mucronata, ejusdē coloris, confuſo ordine amplexantur. Hujus ſummitate numeroſa flōrum ſoboles propagata aggregatur, cæſtus inſtar: erant enim Anno 1611. miro naturæ ſpectaculo, & culturæ merito, 84. numerati: Cluſius ſexagenorum meminit: colorem Sandycis æmulantur omnes; ſtaminum rubentibus apicibus; piſtillo quadrifido luteo emergente.

Germanicè, Golefarbe Lilien/mit vilen blumen/auff einem ſtengel.

II

Centaurium minus, fel terræ, exiguâ durâ radice, caules ſuos porrigit, ex foliis oppoſitis quadantenus enatos, hanc namque Perfoliatæ formam gerit, ſicut ſequens, & Lychnidis modo flores erectos habet pallidè rubentes.

Dodon. fol. 334. Lobel. Obſerv. 218. Lugd. 1789.
Epitome Camer. 426. Horto Camerarii, pag. 37.
Matth. Caſp. Bauhini, 488.

Germanicè, Klein Tauſentgůldenkraut mit rothen blumen.

III

Vegetius floribus albeſcentibus erigitur hoc Centauriorum minus, altioribus inſuper caulibus, qui in oppoſitum cinguntur foliis, priore parùm latioribus: innotuit Lobel. in monte Trinitatis Nerviorum Obſerv. fol. 218.

Germanicè, Klein Tauſentgůldenkraut mit weiſen blumen.



II.
Lilium Byzantinum flore multiplici

I
Lilium album.

III.
Scapus Lily.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

LIlium Byzantinum flore multiplici, & venustate, & raritate, aliud superius descriptũ superat. In reliquis par illi reperitur, foliis in ambitu subhirsutis, inordinatè caulem, purpurascente viriditate præditum, stipantibus. Flores quoq; conveniunt, nisi quòd foliorum convolutorum numero duodenario & staminum multitudine, quâ eundem exæquant, discrepent. In radice & seminibus alioquin nullum discrimen offertur.

Germanicè, Doppelte roche Türckische Bünd oder Keisers Lilien.

II

Vulgaris notitiæ quidem hæc planta est, sed quam Salvatori nostro præferre placuit omni gloriæ pompæque regis Salomonis, folio insidentis. Hæc illa ipsa est, quæ sceptris Francorum auspicatissimum symbolum præbuit; quam ex lacte effuso Iunonis dum Poëtæ ortam putant, Rosam Iunonis indigitare voluerunt. Cujus florem tam exactè fragilem humanæ nostræ naturæ conditionem exprimere, præter alios, D. Basil. & Theocritus autores sunt. Quæ hic apponitur, valdè procera est, & sæpius usque ad bicubitalem altitudinem pervenit. A radice turbinatâ, & è crassis squammosis nucleis albis sursum spectantibus eõpactâ, in caulem elevatur firmum, carnosis, latis & levibus, ac læto virore splendentibus foliis (quæ unicâ costâ medio sui per longitudinem excurrente notantur) stipatum, eaque sensim usque ad summitatem ejus attenuantur, ubi pulchri, candidi, nitentes, magni, odorati & striati flores in ramulis aliquot copiosè prodeunt, calathum quasi efformantes, ab angusto ortu in latitudinem laxatum, ex senis plerunque foliis, & quæ summis labris reflexa, constantes: in medio illorum stylus crassus, triangularis, staminulis pulverulentis quibusdam croceis cinctus, eminet. Semen Martagi ferè in pyriformibus torosis capitulis, intrinsecus alveolis quasi septum, profert, subrotundum, compressum, & obsoletè rubescens, quod omninò à vulgo posthabetur.

Brunfels. pag. 45. tom. 2. Raps. 13.
Dodon. de stirp. coronar. in octa. editione, fol. 121. cap. 32.
Lob. Obser. pag. 83.
Icon. 165. Adver. 60.
Cœsalp. lib. decimo, cap. 33. fol. 419.
Lugd. lib. 15. fol. 492.
Matth. Casp. Bauhin. fol. 600.
Cam. Epitom. 570.
Hort. Camer. 88.
Phytopin. Casp. Bauh. fol. 109.

Germanicè, Weiß Lilien.
Tabernæmont. fol. 526. lib. secundo, cap. 17.
Matth. German. Cam. lib. secundo, cap. 78. fol. 284.
Trag. cap. 85. fol. 501.
Fuchs. cap. 137.
Durante, fol. 522.



II.
Veronica recta cærulea.

I.
Sultan Zambach Mar tagon Constantinopoli tantum flore albo.

IIII.
Bulbus Sultan Zambach cum inferiori parte caulis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

AVri sacra fames seriò Turcarum animos corruptos, inter alias stirpes complurimas, & hanc, quam hîc unà cum scapo suo bulboso exhibitam voluimus, nobis prodere coëgit. Sultan Zambach, quasi Sultanæ Lilium à Clusio, à Lobelio verò Martagon album seu Lilium candidum Byzantinum appellatur. A Lilio nostro non valdè discrepat, quâ folia & flores, quâ bulbum & caulem, præterquam quòd folia rariora & paulò minora sint, æquè ac flores, qui aliàs colore pares non minus odorati reperiuntur.

Clusius nonnullas hujus plantæ radices tantæ molis se vidisse memorat, ut vix utrâq; manu comprehendi possent. Idem addit, unam illarum in plano, & tres uncias ferè lato, caule plures quàm sexagenos flores protulisse.

Lobel. Obser. 85. Icon. pag. 163.
Clus. plant. hist. lib. secundo, cap. 5. fol. 135.
Casp. Bauhin. in Phytopin. fol. 109.
Germanicè, Weiß wolriechende Türckische Keisers Lilien.

II

Veronica recta quorundam Lobel. quam post formæ similitudinem etiam semine se prodit, licet à plurimis Herbariorum in Lysimachiarum classem referatur; veluti & eidem Lob. Lysimachia cœrulea hortensis nuncupatur. Caule prædita est cubitum alto, foliis contrario situ in illo positis Veronicæ erectæ I. Clus. sed angustioribus & magis serratis, viridibus: floribus in summis ramulorum virgis spicatim congestis cœruleis, eidem Veronicæ aut Gamandreæ non absimilibus: semina in planis bifidis membranaceis marsupiolis compressâ, lutea, minuta. Radix subest non profunda, fibrosa, in lateribus se valdè propagans.

Dodon. fol. Gall. pag. 58. lib. primo, cap. 50.
Lobel. Observ. pag. 186. Adverss. 145. Icon. pag. 344.
Lugdun. lib. nono, fol. 1060.
Clus. quò ad Iconem plant. histor. lib. quarto, fol. 111.
Phytopin. Casp. Bauh. fol. 469.
Germanicè, Blawer vfrechtstehender Ehrnpreiß.
Tabernæmont. lib. secundo, cap. 27. fol. 99.


IIII.
Palma Christi.
I
Ornithogalum spicatum
flore lacteo.
II.
Ornithogalum Pannonicum.
III.
Palma Christi

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ORnithogalum, ex albâ, ſquammatâ, bulbosâ, ſeſsili parte, cum capillamentis, radice, profert folia magna, craſſa, carinata, erecta; in quorũ medio caulis exurgit, explicatus alis, & pediculis, quilibet florem ſuum dilatantes: exteriùs flos ſex foliolis panſus eſt ſaturatè viridis, interiùs colore lacteſcit, viridibus ſtaminibus, capitulis alboluteis: à quibusdam Ornithogalum Monſpellienſium, lacteum, ſpicatum nominatur.

Dodon. fol. 222. Lobel. Obſerv. 47.
Lugdun. 1583. Cluſ. lib. ſecundo, fol. 187.
Epitome Camer. 315. Matth. Caſp. Bauhin. 413.
Germanicè, Erembd Feldzwiffel/ mit weiſen blumen.

II

Ornithogalum hoc, à Dodonęo ſcribitur eſſe Aſphodelus bulboſus Galeni Pemptad. 11. lib. 11. fol. 209. Attamen non tam raros habet caulis flores, ſed iisdem benè veſtitus, ſpicatum quidem dicier promeretur: color florum eſt viridi lacteſcens, nervulo ſcilicet vireſcente, dorſa peragrante. Pannonicum eſt Ornithogalum, Raro Cluſio lib. 2. fol. 187.

Lobel. Adverſ. 46.
Lugdun. 1582.
Germanicè, Vngeriſche Feldzwiffel grünleche blumen.

III

Plantæ hæ Palmę Chriſti dicuntur. Prior floribus donata purpureis & incarnatis: aliis Baſilicum majus.

Germanicè, Händleinwurtz/ Creutzblumen Leibfarb.

IIII

Altera folioſa, ex floribus toto candidis naſcitur.

Germanicè, Händleinwurtz mit weiſen blumen.
Luculenter háſce memorant:
Dodon. 240. Lobel. Obſerv. 93 & 49.
Lugdun. fol. 1562 & 1563,
Epitome Camer. 626.
Matthiol. Caſp. Bauhin. 657.
Germanicè, Matthiol. Camer. 303.
Fuchſ. 271.
Tabernæmont. 356.



Scabiosa Sylvestris minor cærulea.

Ornithogalum Arabicum.

Genistella Tinctorum

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ORnithogali elegantior præpollet hæc ſpecies Arabica, Hyacinthi Orientalis æmula, parùm ab eo differens. Lacteo florum colore prædita eſt, ſtaminibus æquè candidis, apicibus luteis, cùm foliolorum extremitates acuminatæ quoque luteæ ſint: capitellum porrò in medio floris protrudit nigricans: caule protenſo lucidè viridi: ſicut & foliis carinatis, ex bulbo cum ſuis annatis & capillamentis candicantibus emiſſis.

Dodon. Pempt. 2. lib. ſecundo, fol. 221.
Cluſius lib. ſecundo, fol. 186.

II

Scabioſam Minorem flore cœruleo Agreſtem quidam hanc indigetant, quæ anguſtis, tenuibus & leviter criſpatis conſtat foliis, cauliculos habet protenſos, rotundos, mediâ ſuâ parte nudos. Horum ſummitati inſidet flos conglomeratus, figurâ conglobatâ, cœrulei coloris, qui paulatim preſſior dilatatur.

An correſpondeat deſcriptioni Lobel. Adver. fol. 232.
Lugd. ſub nomine Aphyllantis 1. fol. 864. lib. 7. cap. 36.
Phytop. C. Bauh. fol. 528.
Caſp. Schvvenck. lib. 1. ſtirp. Sileſ. fol. 192. ſub nomine ſtebes minoris.
Germanicè, Wild Apoſtemenkraut/mit hochblawer blum.
Tabernæ Icon. pag. 162. Herbario lib. 1. pag. 548.

III

Geniſtella infectoria, tinctoria, foliis anguſtis, acuminatis, numeroſis, virentibus ſurgit, floribus ad faſtigia copioſis, & ſiliquis ſummè luteis.

Dodon. fol. 751.
Cluſ. lib. primo, fol. 102.
Lobel. Obſer. 531.. Adverſ. 407.
Germanicè, Ferbblumen/ Haidenſchmuck.



III. Polygonatum maius.

I. Ornithogalum Hispa nicum spicatum.

II. Polygonatum vulgatius.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ORnithogalum Hiſpanicum, non ſcriptum, in ſpicam tranſit, & attollitur floribus lacteis candidis, cauliculum levius virentem ambientibus. Bulbus huic eſt parvus, non cæpaceus, nec ſquammoſus, albicans tamen, affixis fibris inferiùs capillaribus. Folia protendit anguloſa ferè triquetra, aliquantùm carinata, herbacea.

An congruat cum ſolertiſſimi Cluſii deſcriptione, L. II. fol. 188. edita?

Germanicè, Spaniſch Sternblumen.

II III

Salomonis ſigilla, ſive Polygonata, duarum ſpecierum hîc effigiantur, ſic dicta potiſsimùm, quòd multùm geniculatis radicibus nitantur, ex quibus cauliculi ſatis tenues emiſsi, per intervalla diſtincti, latioribus, nervoſis, porraceis foliis adornantur: quæ ſingulos ſuoſ affixos habent floſculos albos dependentes. Floribus protruſis & annatis globuli ſuccedunt virides, qui in majori Polygonato tandem nigricant. Differunt aliàs hæ duæ ſpecies in hoc evidentius, quòd Majus Polygonatum pluribus, craſsiore tamen radice, geniculis careat, lætioribus nihilominus foliis, binóq; florum ampliorum numero gaudeat.

Dodon. fol. 343. Lobel. Obſer. 361. Adverſ. 283.
Lugd. fol. 1623. Cluſ. fol. 276. lib. 2.
Camer: Epitom. 695. Matth. Caſp. Bauh. fol. 678.
Germ. 1. Weißwurtz. 2. Groß Weißwurtz.
Fuchſ. cap. 223. Trag. 150.
Matth. Camer. 325. Tabernæm. lib. II. fol. 430.
Durante fol. 778.



II. Ornithogalum lactaum maximum.

I. Hyacinthus Serotinus obsoleto colore.

III. Ornithogalum Spicatum maximum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

REspondet hic Hyacinthus serotinus descriptioni diligentissimi Clusii, L. II. Rarior. Plant. fol. 177. exaratæ, nisi quòd erecta habeat folia, imbricata, saturatè viridia, eaq; duo potissimùm, in quorum divaricatione ascendit cauliculus rotundus, ex utroq; latere floribus subfuscis vel obsoletis ornatus.

Germ. Später Hyacinth.

II

Rarioris & insolitæ aliàs magnitudinis, est Ornithogalum lacteum spicatum maximum, in hoc perquàm celebri horto, bicubitale prosiliens: caule multùm erecto, rotundo, ex foliis protensis, superiùs flexuosis, angustioribus, porraceis. Supra medium caulis, flores, ad cacumina usq;, radiatim prodeunt, quilibet, ex suis pediculis uncias longis, soli: sex foliolis interiùs, lacteis, exteriùs verò lacteo herbaceis conspicui, capitulo luteo, staminibus purpureis. Bulbus ex cæpaceis tegumentis & tunicis albicantibus, filamentis crassioribus, pro plantæ magnitudine robustis, circumsparsis, nutrimentum humi petit.

Germ. Weisse grosse Feld Zwiffel.

III

Ornithogali lactei species Major (comosum quis dicere posset) ex duobus bulbis connatis, cum suis capillamentis, effunditur foliis angustis, crassis, porraceis, reflexis; caulibus assurgentibus, prope superiores partes, floribus lacteis undiq; stipatis, medicati odoris, quorum stamina cum luteis apicibus sunt purpurea.

Germ. Ein andere art der grossen weissen Acker zwiffeln.

Pleniorem horum qui desiderat delineationem, Autores consulere potest, quorum in præcedenti Ornithogalum adumbratione facta est mentio.

SEXTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.



III. Trifolium Acetosum flore albo. I. Rosa Damascena flore pleno. III. Trifolium Acetosum flore flavo.

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ROsa Damascena flore pleno albo. Palmarem venustatis & odoris gratiam, supra cæteros ferè flores omnes, veterum simul & recentiorum tàm sacris quàm profanis elogiis Rosa obtinuit, populos desiderio sui etiam ad plura discrimina indaganda permovens, quæ Theophrasto & Plinio potissimùm, multitudine, asperitate, levore, colore, odore foliorum, & locis natalibus æstimare placitum fuit. Nostra in Damascenarum odoratissimarum censu ponenda videtur. Caulis altitudo est binorum cubitorum, qui variè ramosus, purpurascens, hamatis spinulis obsidetur: folia vulgares rosas æmulantur, oblonga, & paulò minora, modicè circumserrata, ac unicæ costæ, quinario aut septenario numero, æqualiter & utrinq; conjugatim affixa, præter superioris partis virorem, infernè albicantia: flores pari specie & formâ vulgare genus referunt, multiplici foliorum alborum conglomeratione in orbem collecti, suavissimi odoris Moschati fragrantiâ placentes: semina & radix à vulgatiori genere parùm discrepant.

Dodon. fol. 187. in textu. | Hort. Med. Cam. 144. fol. | Tabern. 787. lib. 3.
Lobel. Obs. 618. Adv. 446. fol. | Matth. Cas. Bauh. 167. fol. in textu. (nerrösslein. | Matth. Cam. Germ. 55 fol. in textu.
Lugdunens. 425. | Germ. Gefüllt Bisen oder Muschatè/ auch Damasce- | Durant. 852.

II

Trifolium acetosum, Oxys Pliniana, Alleluia & Panis cuculi, Oxytriphyllon, flore albo. Radicula brevis, subrusa, compactili squamarum albescentium coagmentatione se humi diffundit, erigens singulis longis pediculis folia tripartitâ serie simul juncta, sinubus externis species cordatas referentia, viridia, mollia, gustu acida, vespere aut pluviâ imminēte, ut Clariss. Clusius de Oxy luteâ loquitur, in umbonis quasi figuram se complicantia: flores singulatim similibus stylis suffulti, quinis foliis albis, tenuibus, ac aliquot minutis in medio staminulis donantur: capitula pentagona subnascuntur, exili, copioso, fuso semine referta.

Dodon. 568. | Hort. Med. Cam. 114. | Trag. 197. fol. cap. 178. lib. 1. | Durant. 1012. fol.
Lobel. Obs. 495. Advet. 381. | Matth. C. Bauh. 608. & 609. | Fuchs. 213. cap. | Qui, præter Fuchsium & Tragum, etiam sequentis, iisdem locis, mentionem faciunt.
Lugdunens. 1355. | Phytop. Bauh 656. (Der Buchklee. | Tabern. 224. lib. secundo.
Epit. Matth. Cam. 584. | Germ. Sauer Klee/ Buchampffer o- | Cam. Matth. Germ 292.

III

Oxys corniculata repens flore flavo, Trifolium acetosum corniculatum. Figurâ ac foliorum serie prædicto respondet, angustiora tamen sunt, & subhirsuta, pallidè virentia: ramulos habet multos, quandoq; subrubentes, rotundos, tenues, humi fusos, ac geniculatim se crebris radiculis capillaribus firmantes: flosculi quinque foliis flavis stellatim emicāt, Vulgatiore minores, aliquot simul juncti: semina ferunt succedentia, acuminata, angularia, sursum versa cornicula, quæ matura levi attactu laterum hiantium osculis granula minuta, rufa, rugosa, subrotunda & compressa successivè expuunt & ejaculantur, conniventibus vicissim osculis: radix tenuis, subrusa, in capillamenta abit.

Dodon. 569. sine descriptione iconem posuit. | Clus. lib. 6. fol. CCXLIX. (blumen. | Reliquos autores superiùs vide.
Cæsalp. lib. 15. c. 2. fol. 564. | Germ. Mäckrkraut oder Sauerklee mit gelben



IIII.
Rosa lutea maxima flore pleno

III.
Rosa provincialis flore in carto pleno.

I.
Rosa centifolia rubra.

II.
Rosa prænestina variegata.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ROsa centifolia Batavica rubra. Æmulatione foliorum latiorum, virescentium, vulgari Provinciali præstat, pariter ac fortioris & gratioris odoris fragrantiâ, colore magis rubro, amplitudine & stipaturâ florum multiplicium: cætera affinitatem cum dictâ Provinciali abundè fatentur. Nostra ducentenorum foliorum numero adprimè placebat.

Vid. Clus. 113. lib. 1.

Germ. Grosse Hollendische Rosen von hundert blätern/mit rothen blumen.

II

Rosa Prænestina variegata plena. Foliis & caulibus à prædictâ non multùm recedere videtur, flores expandunturin folia dimidiatim rubescentia, vel striis rubris exarata, aut, ut Clus. habet, tertiâ duntaxat parte alba, seu nunc integra alba, modò integra rubra, inter se commixta, pari luxuriâ, quâ Caryophylli quidam hortenses, mirificè variant.

Vid. Clus. loco superiùs citato.

Germ. Gefüllte gesprengte rothe oder leibfarbe Rosen.

III

Rosa Provincialis flore incarnato pleno. Rosa Persica quorundam. Alabandicæ Plinii similis Dodon. Virgarum pallidè virentium, & hamatis aculeis horrentium altitudine satis attollitur: folia lata idem nervus, ab exortu in bifidas lacinias laxatus, quinquepartitis divisuris porrigit: flores alabastra turbinata quodammodò sustinent, multiplici pallidè rubentium foliorum texturâ odóreq; suavissimo superbientes, staminulis meditullii quamplurimis capillaribus flavescentibus donatos: semina ovalibus capitulis & per maturitatem rubentibus latent, alba, dura, inæqualia, lanugine condita: radix, pariter dura & lignosa, hinc & indè divaricatur.

Dodon. 187. & 189. fol.
Lobel. 446. Adv.
Lugdunens. fol. 425. in textu.
Hort. Med. 145.
Matth. C. Bauh. 167. in textu.
Germ. Leibfarb Provintz auch Ulmerrosen/mit gefülleten blumen.
Tabern. 786.

IV

Rosa lutea, seu flava, maxima, flore pleno. Foliorum, quæ virentia sunt, minora, & inodorata, situs idem est; virgæ non parùm spinosæ. Flores frequētissimi, confertissimâ foliorum numerosorum, flavescentium, & ultra centenarium numerum progredientium, fœturâ blandiuntur, prædictæ amplitudine proximi, qui tamen æstatibus pluviosis facilè, antequàm planè dehiscant, à madore corrumpuntur.

Clus. Appendic. alt. f. 1. later. 2. Curis posteriorib. 6. & 7. f.

Germ. Groß doppelte oder gefüllte gelbe Rosen.


IV.
Rosa provincialis flore albo.
III.
Rosa Milesia flore rubro pleno.
II.
Rosa alba flore simplici.
I.
Rosa flore albo pleno.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ROsa flore albo pleno. Plerisq; hortis nostratium familiaris est, & sæpiùs culturæ neglectu in simplicem degenerare solet.

Vide autores superiùs designatos.

Germ. Weiß gefüllte Rosen.

II

Rosa alba flore simplici. Vulgatioris notitiæ est, atq; passim terrarum cognita, & tantùm foliorum numero pauciore à præcedenti variat.

Germ. Weisse einfache Rosen.

III

Rosa Milesia rubra flore pleno. Coloris nitore tantùm à cæteris recedit, quantum reliquâ facie se illis affinem probat: vulgò Rosa Fina dicitur.

Germ. Doppelte gefüllte gesampte Rosen.

IV

Rosa provincialis flore albo. Foliis vernat lætioris coloris latioribus, ac florum multiplicium gratiore fragrantiâ, nec non aspectu nivei candoris oculis blanditur, præter cæteras notas, quibus se prædictis associat.

Germ. Weiß Provintz oder Pfingströsslein.



IIII.
Rosa Damascena flore simplici.

III.
Rosa rubicunda, Sacchariana dicta.

II.
Rosa lactea Camerarij.

I.
Rosa ex rubro nigricans flore pleno.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ROsa, è rubro nigricans, flore pleno. Trachinia Plinii habetur Camerario, cui aliquid violacei dilutiadmixtum in illâ obſervatum; amplo eſt flore, & holoſericum ejusdem coloris imitatur, aliàs prædictarum ſocietatem nullatenus abnegat.

Germ. Gefüllte Kolroſen.

II

Roſa Lacteola Camerarii, Vratislavienſium hortis copioſe culta. Quantùm amplitudine reliquis congeneribus cedit, tantùm recompenſat denſiſimâ numeroſorum parvorum foliorum congerie, quæ, ut Camer. verbis utar, ſingula, ſi evellantur, candida ſunt; cum verò ſimul calici inhærent, in flore adhuc integro, videtur quidam dilutus rubor emicare. Prædictorum claſſe digniſima.

Germ. Weiß Preßlerröslein.

III

Roſa rubicunda, Saccarina dicta. Græcula Plinii Camerar. Denſo & firmo umbilici meditullio conſtat, foliis latioribus, nec minùs odoratis floribus, & à ſaccaro Roſarum, cui deſtinatur, nomen ſumit. Alioquin reliquarum conſortio ſe inferendam offert.

Germ. Zuckerröslein.

IV

Roſa Damaſcena flore ſimplici. Præcox eſt præ ſuperiore, quæ flore pleno nitet, & aliquantùm ad puniceum colorem vergit, obſervante eodem Camer. qui Nesrin vel Nefrin Avicennæ & Serapionis putat. Folia magis acuminata ſunt, cæteroquin prædictis addicenda eſt.

Germ. Einfache Damaſcenerröslein.



IV.
Rosa præcox spinosa flore albo.

III.
Rosa rubra præcox flore simplici.



II.
Rosa Cinnamomea.

I
Rosa lutea flore simplici.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ROsa lutea flore ſimplici. In Geniſtæ ſcapum inſitam talem florum colorem mutuare, Scriptores rei ruſticæ tradunt. A cæteris differt foliorum viriditate, nitore, parvitate, odóreq; beneolenti, quibus ſpinarum frequentiâ ſe adjungit: flores lutei ſunt, & quinis latis foliis inodoris, ambitu cordis ſpecie ſinuatis, conſpicui, conſortio cæterarum digni.

Germ. Einfach gelb Roſen.

II

Roſa Cinnamomea floribus plenis. Formâ quidem & foliorum cohærentiis cognatæ familiæ reſpondet, minorum tamen, ſupernè virescentium, infernè albeſcentium. Caules purpuraſcunt, minutis ſpinulis armati: flores denſâ foliorum, dilutè rubentium, ſtipaturâ farciuntur, odoris remiſsioris: radix vivacibus virgis emiſsis ſe latè ſpargit. Bis floret annuatim.

Germ. Doppelte rothe Zimmetroſen.

III

Roſa rubra præcox flore ſimplici. Rubro florum colore, parùm odore valentium. & foliis latioribus. à prædictâ diſcernenda venit.

Germ. Einfach roth frühe Röslein.

IV

Roſa præcox ſpinoſa flore albo. Foliorum odoratorum, Pimpinellam Sanguiſorbam minorem referentium, parvitate cæteris ferè omnibus cedit, floribus Roſam Cinnamomeam refert, cujus etiam more quinis foliis conſtat, umbilicum medium ſtaminibus luteis obſitum cingentibus: caulis bicubitum attingit, rubens, & denſiſsimè ſpinulis horrens, æquè ac ramuli, frequenter inordinatâ ſerie ab illo prodeuntes: fructus foliis florum deciduis ſuccedit rotundus, parvæ nucis Avellanæ magnitudinem æquans, à viriditate per maturitatem nigricans, refertus ſemine anguloſo, inæquali, candido, copioſo (quod Theophraſto ἐπιπάχη dictum) radix variè divaricatur.

Germ. Weiß früröslein.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ROsa sylvestris odorata incarnato flore. Foliis hortensium Rosarum est, sed minoribus; caulis aculeis rigidis, firmis, aduncis obsidetur: flos simplex carnei coloris, & quandoq; ad dilutam rubedinem tendens.

Germ. Wolriechendes Domröslein.

II

Rosa sylvestris flore rubro. Majoribus tantùm foliis floribúsq; rubentibus constat, germanum genus alioquin non deserens.

Germ. Rothe Feld oder Heckenrosen.

III

Rosa Milesia flore simplici rubro. Rosa Fina. Caulis, spinulis armatus, & foliis amplioribus vestitus, fastigiatur in flores simplices, senis aut octonis foliis præditos, intensè rubentes, etiam arefacti hunc colorem, unà cum odore suo, satis pertinaciter retinentes, quâ gratiâ etiam ad usum officinarum à Pharmacopoeis passim expetuntur.

Germ. Rothe einfache Gefeinte Rosen.

IV

Rosa Eglenteria, Eglenterium Gallorum Ruellii. Spina Mariæ. Foliis Pimpinellam Sanguisorbam affectat, sylvestri spinosâ præcoci paulò majoribus, glabris, odoratis, splendentibus: Rosæ semiplenæ Cinnamomeæ magnitudine albicabant: seminum capitula lanosis floccis granula parva angularia servantes, cognatam familiam referebant.

Germ. Fremd Pimpernellenrosen. Aglantier Rosen genande.

De rosis singulis & plerisq; vide

Dodon. 186. 187. &c. fol.
Cœsalpin. lib. 3. cap. 10. fol. 95.
Clus. 113. 114. 115. &c. fol.
Lobel. 618. Obs. Adv. 446.
Lugdun. 124. 125. 126. fol. &c.
Epit. Matth. Cam. 98. 99. fol.
Hort. Med. Cam. 143. 144. 145. &c.
Matth. C. Bauh. 166.

Germanos:

Fuchs. 255. cap.
Tabern. 786. 787. &c. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 55. fol.
Cast. Durant. 855. fol.



III.
Melissa Fuchsij.

I.
Paeonia flore pleno incarnato.

II.
Ophioglossum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RÆonia flore pleno incarnato. Pæonia ex albido pleno flore major Cluſ. Folia ſupernè virentia, ſubtùs ferè cæſia, Smyrnii more, ut de Pæon. fœmina Dioſcorides habet, vel Libanotidis albæ inſtar, ſingulis pediculis craſſis & carnoſis particulatim committuntur, quos fulcit caulis æquè carnoſus & ſesquicubitalis, cujus ſummitates florem, confertis foliorum, ad dilutè roſeum colorem vergentium, glomerationibus ſtipatum ſuſtinent, plenæ vulgatioris Pæoniæ magnitudine, qui pertinaciter folia retinet, ætatis ſucceſſu albeſcentia: radices ſubſunt variè contortæ, craſsæ, fuſcæ, in gracileſcentes oblongas Aſphodelinas nodoſas appendices deſcendentes: cornicula ſeminum molitur quidem, ſed parva, & plerunq; ſine totali granorum abſolutione marceſcentia.

Germ. Leibfarb gefüllte Gicheroſen.

II

Ophioglosſum. Lingua ſerpentina aut vulneraria Cordi. Eneaphyllum, & Lancea Chriſti Herbar. Radicula denſè fibrata, adnatis tenuibus ſe propagans, cauliculum fulcit, in oblongum, ſurrectum, pingue, & nullis nervis liratum folium deſinentem, Plantaginis aquaticæ adhuc recentioris æmulum, è cujus ſinu ſtylus attollitur pallidus, herbaceus, cacumine ſuo ſerpentis linguam referentem ligulam, modò ſingularem, bifurcatam, aut rariùs trifurcatam, particulatim utrinq; tenuiter denticulatam, erigens, è quâ poſtmodùm ſemen tenue pulveraceum diſpergitur.

Dodon. 139.
Cœſalp. lib. 16. cap. 17. fol. 600.
Lobel. Obſ. 471. Adv. 360.
Lugdunenſ. 1047. fol.
Epit. Cam. 364.
Hort. Med. 110.
Matth. C. Bauh. 447.

Germ. Natterzünglein.
Trag. cap. 106.
Fuchſ. 219.
Matth. Cam. Germ. 194.
Tabern. 519. fol.
Durant. 673. & 674.

III

Meliſsa ſeu Meliſsophyllum Fuchſii. Lamium Pannonicum 1. albeſcente flore Cluſ. Herba ſacra Agrippæ quorundam. Multi ab unâ radice, plurimùm fibratâ, è fuſco nigricante, caules cubito breviores, quadrati, hirſuti ſurgunt, quibus adverſis ſubindè pediculis affiguntur folia, Meliſsophyllo vulgari ampliora, longiora, atroviridia, pariter hirſuta: ſinubus pediculorum emittuntur utriculi, promentes ſingulatim florem, Lamiis ſeu Calaminthæ montanæ præſtantiori majorem, oblongum, ſuperiori parte albeſcentem, inferiore ſaturatè purpureum: ſemina condunt iidem utriculi nigricantia, inæqualia.

Lobel. Obſ. 277.
Cluſ. xxxvii. lib. quarto.
Lugdu. 958. fol.

Hort. Med. 99. fol.
Phytopin. C. Bauh. 438.
Germ. Melissen des H. Fuchsen.

Trag. cap. 3. lib. 1.
Fuchſ. 190. cap.
Matth. Cam. 289. fol.



II. Sedum minus flor. rubente.

I. Pœonia polyanthos flore rubro.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PÆonia Polyanthos flore rubro. Folia cognati generis more quasi ramosa, pluribus oblongis venosis segmentis constantia emittit, ab unâ radice divaricatâ, crassâ, & in glandulosas, carnosas, amplas appendices divisâ: caules cubitales sunt, & paribus foliis rariter cincti, vertice tenus singulatim attollentes amplos flores, hilari rubore perfusos, & densâ numerosissimorum foliorum congerie farctos, adeò ut Camerar. in uno flore quandoq; quingenta folia, majora & minora, se numerasse refert: succedunt cornicula, exteriùs hirsuta, lata, in quibus seminum rudimenta apparent.

Germ. Roche gefüllte Paeonienrosen oder Gichtrosen.

II

Sedum minus flore rubente. Folia emittit crebra, pinguia, subhirsuta, & in quàmplures orbes agminatim coacta, vulgari Sedo conformia, sed multò minora, radicibus flexuosis, carnosis, prolificis, & subtùs capillosis, suffulta: inter hæc caulis, dodrante plus minus altior, erigitur, succiplenus, rubescens, & pariter angustioribus ac mucronatis foliis septus, supernè in ramulis proferens flores, è rubro purpurascentes, radiatos, foliis duodenis, & totidem capituli orbiculati corniculatis angulis, meditullium, staminulis exilibus undiq; circumdatum, obsidentes.

Clus. lib. 4. cap. 43. fol. LXIV.
Phytopin. C. Bauh. 554. fol.

Germ. Kleine Haußwurtz mit röthlechten blumen.



Pœonia peregrina flore coccineo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PÆonia peregrina flore coccineo. Radicibus Asphodelinis fœminam multiplicem æmulatur, sicuti & foliis viridibus, & supernè subcæsiis: flos octonis foliis, à rubro ad coccineum colorem vergentibus, placet: semen cognatam familiam refert.

Germ. Fremd Paconien/ von hoch Pommerantzenfarben.

II

Asarum. Nardus agrestis, quia vim Nardi habet, Plinio attestante. Vulgago Macri. Sanguis Martis, Bacchara. Radices numerosæ, odoratæ, graciles, obliquatis multiplicibus fibratis processibus summâ tellure diffunduntur: folia venosa, atroviridi colore splendentia, lævia, pinguia, magnitudine æquè ac circinatâ rotunditate hederam æmulantur, auriculæ signaturam Spagyricorum indicio obtinentia: flores sub foliis conduntur, longis uti folia subvecti pediculis, obscurâ fuscedine purpurascentes, Cytinorum Hyoscyami æmuli, qui deindè rotunditate magis intumescentes, semina angulosa, vinaceis acinis similia proferunt.

Dodon. 354. fol.
Cœsalpin. lib. 9. cap. 36. fol. 389.
Lobel. Obs. 328. Adv. 262.
Lugdun. 914. fol.
Epit. Matth. Cam. 19. fol.
Hort. Med. Cam. 22. fol.
C. Bauh. Matth. 37. fol.
Phytop. 368. fol.

Germ. Haselwurtz/ quia sub corylis crescere gaudet.

Trag. cap. 20. lib. 1.
Fuchs. cap. 3.
Tabern. 424. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 9. fol.
Durant. 100. fol.



III.
Sanicula.

I.
Pæonia mas flore purpureo.

II.
Alchimilla.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PÆonia mas flore purpureo. Vix ulli cæterarum cedere videtur floris amplitudine, qui è rubore ad purpureum colorem multùm vergebat, ac foliis octonis, ſtaminuliſq; plurimis, quorum apiculi aurei, geminata, & nonnihil lanuginoſa corniculata quaſi nucamenta, aut capitula, apice craſso, rubeſcente, nutante faſtigiata, orbiculatim circumcircà ambiebant. Capitula autem illa per ætatem in majorem extumeſcere ſolent magnitudinem, maturitate dehiſcentia, lunatim ſe contrahendo, interni corticis membranam foris vertunt, pulcrâ rubedine ſuffuſam, ac granis cæſionigricantibus, ſubrotundis, Ochri magnitudine, aliiſq; oblongis, nondum abſolutis, coccineo colore tinctis, ſubindè intermiſtis, obſita cernuntur.

Germ. Purpurroch einfach Eichtroſen.

II

Alchimilla ſtellaria. Pes Leonis, Droſium Cordi. Radiculæ craſſæ, ſubrufæ, obliquæ, & ſubtùs plurimùm fibratæ, ſobole laterali emiſsâ, in diverſa tendunt, tenuibus longis & ſubhirſutis pediculis erigentes folia rotunda, Malvarum ritu, dilutè virentia, & aliquantùm ſubcæſia, carinata, & initiò quaſi complicata, atq; per ſenos vel octonos angulos denticulatos circumſerrata: inter illa caulis erumpit tenuis, ſubhirſutus, inæqualiter ramoſus, paucis per intervalla aliis foliis minoribus cinctus, qui in ſummo ſuſtinet floſculos faſciculatim ſparſos, tenues, numeroſos, ſtellarum ſpecie (unde etiam planta denominata eſt) coloris ex herbaſceo palleſcentis.

Dodon. 140.
Cœſalp. lib. 14. c. 24. fol. 557.
Lobel. Obſ. 378. Adv. 298.
Cluſ. lib. v. fol. CVIII.
Lugdunenſ. 1281.
Epit. Matth. Cam. 908.
Hort. Med. 9. fol.
C. Bauh. Matth. 819. fol.
Phytopin. 640. fol.
Germ. Sinaw/ oder Löwencatzen.
Trag. lib. 1. cap. 174.
Fuchſ. 234. cap.
Taberu. 508. lib. 1.
Matth. Cam. Germ. 411.

III

Sanicula mas Fuchſ. Diapenſia & Sideritis tertia Dioſcorid. Fabii Columnæ. Folia quaſi vitiginea, lævia, obſcurè virentia, quinquepartitim diviſa, per ambitum ſerrata, oblongis tenuibus pediculis ſubvehuntur, à radice craſsâ, nigricante, & æqualiter protuberante, inferiúsq; fibratâ: caulis cubitum æquat, quandoq; ſubrubeſcens, cujus ſummitates in umbellam quaſi abeunt, floſculos candicantes muſcoſos ſuſtinentem: ſemina parva, aſperiuſcula ſequuntur, veſtibus adhæſitura.

Dodon. 140.
Cœſalp. lib. 14. c. 22. fol. 556.
Lobel. Obſ. 378. Adv. 297.
Lugdunenſ. 1268.
Matth. Epit. Cam. 765.
Hort. Med. 152.
C. Bauh. Matth. 720. & 722. in textu Bauh.
Phytopin. 639.
Germ. Sanickel.
Trag. cap. 173. lib. 1.
Fuchſ. 260. cap.
Tabern. 302. lib. 1.
Matth. Cam. Germ. 353.
Durant. 895. fol.



I.
Pæonia mas maior flo,
re incarnato.

II.
Polygalon flore rubro pur,
purascente.

III.
Polygalon flore cæruleo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PÆonia mas major, flore incarnato. Reliquas congeneres florum amplitudine ſuperat, alioquin illis parùm diſpar, foliorum herbaceorum particulis paucioribus, majoribus, vireſcentibus, ab unâ coſtâ hærentibus, conſtat.

Germ. Die gröſte leibfarbe Gicheroſe.

II

Polygala, ſeu Polygalon flore è rubro purpuraſcente. Flos crucis, Flos Ambarualis. Pluribus, & ſtatim ab exortu diverſis, ex eâdem radice oblongâ, tenui, lignoſâ, reſtibili, fruticat virgis, crebris foliis viridibus, anguſtis, Hyſſopi, Lentis, aut Geniſtæ humilioris æmulis, inæqualiter onuſtis: flores è rubro purpurei, in ſummitatibus virgarum dependentes, aperti, aviculas, abſq; capite expanſis alis ſe ad volatum librantes, referunt, vel ſi mavis crucis effigiem: ſemina theculis ſeu valvulis latent, Thlaſpeos modo.

Germ. Rothe Creutzblumen.

III

Polygalon Tragi flore cœruleo. Coloris ratione vulgatius eſt, & unicè à prædicto diſcernendum.

Dodon. 253.
Lobel. 228. Adv. 179.
Lugd. Onobrychid. ſecundæ titulo, fol. 491.
Phytopin. C. Bauh. 406.

Germ. Blawe Creutzblümlein.

Trag. lib. 1. cap. 169.
Tabern. 501. ſecundo lib.



II. *Pyrola minima.*

I. Paeonia mas flore incar, nato.

III. *Pseudochamaebuxus.*

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PÆonia mas flore incarnato. Majoribus & latioribus foliorum segmentis & subtùs exalbidis variat, floribusq; ad carneum colorem vergentibus.

Germ. Leibfarbe Päonien/das Männlein.

II

Pyrola minima. Radiculæ tenues & parvæ plurimùm diffunduntur, folia sunt Pyrolâ vulgari longè minora, & rotundiora, in ambitu modicè crenata, inter quæ pediculi aliquot graciles singulatim extollunt florem album, quinquefolium, Hepaticæ albæ Cordi æmulum, suaviter odoratum, staminulis virescentibus mediis capitulum protuberans ambientem, & stylo, exertâ coronulâ fastigiatim exornato, Clusianã Pyrolam quartam referentem.

Vide Clus. lib. 5. fol. CXVIII.

An Ἀσπεράγυρος Thal. Harcyn. Saxono Thuring. fol. 14.

Phytopin. Bauh. 358.

Germ. Klein wolriechend Waldmangolt.

III

Anonymos flore Coluteæ seu Pseudochamæbuxus quorundam. Radix tenuis, lignosa, obliquatis processibus, subtùs fibratis, per telluris superiora vagatur, quâ nituntur plurimi obsequiosi, dodrantales, & fractu contumaces, foliisq; densis, viridiusculis, Pervincâ aut potius Buxo angustioribus, & magis acuminatis, septi ramuli, in quorum summitatibus flores alati aliquot Coluteam affectant, albescentes, quà folia sursum erecta; quà verò in longitudinem prominentia, lutei coloris, aut per vetustatem (ut Clus. habet, à quo graphicè describitur) purpurascentis vel rubescentis; quibus semen in compressis siliquis Thlaspeos subsequitur.

Vide Clus. lib. 1. fol. 105.

Anonymos fortè Pervincæ folio, Camer. 17. fol.

Germ. Falscher kleiner wilder Buchsbaum oder Wintergrün.



II
Cyclamen Vernum.

I
Pæonia Mas flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PÆonia mas, flore albo simplici. Radice cognata genera æmulatur, angustioribus tamen & oblongioribus glandularum appendiculis: folia, è pluribus particulis commissa, infernè pubescunt: flores, diluto aliquantùm rubore suffusi, albicant, simplici octo foliorum serie constantes. Quidam ad marem, quidam ad promiscui generis censum seu familiam referunt.

Lobel. Obs. pag. 390. paucis. verbis attingit.
Cam. Hort. Med. pag. 115.
C. Bauh. in Matth. recogn. in textu, fol. 656.
in Phytopin. fol. 647.
Germ. Einfache weisse Gicheroſen.

II

Cyclamen vernum. Radice tuberosâ vulgare refert; folia minora hederacea oblongis pediculis hærent, &, marginibus suis quasi circumrosa, in mucronem procedunt, superiùs albidis maculis, inferiùs purpurascenti colore tincta: flores vulgaris speciem affectant, intensiùs rubentes, vel omninò albescentes, odore magis præstant.

Clusius fol. 265. lib. secundo, Append. secundo cap. 59.
Lobel. Adverſ. 264. ad illud alludere videtur.
Germ. Schweinsbroc / welches im Frülingblůet.


V.
Borago flore cæruleo.
IIII.
Borago flore albo.
II.
Pæonia Bizanthina Minor.
I.
Pæonia Bizanthina Maior.
III.
Pæonia pumilis

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RÆonia Byzantina major. Pæoniæ multiplici, caule & radicibus non absimilis est, foliis crassioribus varians: flos singularis in vertice emicat, octo aut pluribus foliis, pulchrè rubentibus, constans.

Germ. Grosse Byzantinische Päonienrosen.

II

Pæonia Byzantina minor. Folia rariùs erant laciniata & surrecta, flores minores, magis diluti ruboris, & pauciorum foliorum, Clusianæ Byzantinæ secundæ quadantenus respondere videbatur.

Germ. Kleine Byzantinische Päonienrosen.

III

Pæonia pumilis. Folia brevioribus, oblongis licet & tenuioribus sectionibus divisa habebat, atrovirentia, venosa; caulis unico flore purpurascente, cæteris minore, superbiebat.

Germ. Päonia, so die kleinste ist, derhalben das Zwerglein genannt.

IV

Borrago flore albo. Planta, algoris impatiens, foliis prædita Buglosso vulgari brevioribus & latioribus, hispiditate asperis, venosis, viridibus, in caule succulento, ramoso, hispido, diverso ortu sitis: flores fastigiatim locantur, Buglosso ampliores, & foliis mucronatis, albis, particulatim ab unâ basi cohærentibus, placent, quorum umbilicus pyramidali specie acuminatur, coronis fusca est: radicibus nititur oblongis singularibus; semina Buglossum æmulantur.

Germ. Weisse Burretsch oder Borragenblumen.

V

Borrago flore cœruleo, quo colore nusquàm non in acetaria & officinarum usum venit.

Dodon. 616. fol.
Cæsalp. lib. 11. cap. 3. fol. 433.
Lobel. 309. Obs. Adv. 246. fol.
Lugdunens. 578. fol.
Epit. Matth. Cam. 914.
Hort. Med. Cam. 29.
Matth. C. Bauh. 825. fol.
Phytopin. Bauh. 495.

Germ. Weisse Burretsch oder Borragenblumen.

Trag. 78. lib. 1.
Fuchs. 51. cap.
Tabern. 126. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. 340. fol.
Durant. 149. fol.



I.
Pœonia rubra flore simplici.

II.
Genista flore albo et Crocia

III.
Acetosa Vesicaria peregrina.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

RÆonia rubra flore simplici. Vulgatissima est omnium Pæoniarum, etiam infimæ plebi cognita. Stolones novelli erumpentes saturatè rubent, successu temporis in caules singulares, cubitum altos, abeuntes, quorum pediculi crassi foliacea oblonga, supernè viridia, inferiùs subcæsia segmenta quasi ramosa sustinent: flos unicus cacumen obsidet, Malvâ Roseâ amplior, eleganter rubens, octo plerunq; foliorum, quæ decidua tres siliquæ excipiunt, condentes semina, initiò hilarè rubentia, & per maturitatem nigricantia, Ochri magnitudine: radices crassæ in oblonga tubera, Asphodeli more, desinunt.

Dodon. 193. & 194.
Cœsalp. lib. 15. c. 36. fol. 588.
Lobel. Obs. 390. Adv. 350.
Lugdunens. 855. 856. &c. fol.
Epit. Matth. Cam. 656. fol.
Hort. Med. 114. fol.
C. Bauh. Matth. 655. fol.
Phytopin. 646. fol.
Germ. Rothe einfache Päonienrosen.
Trag. cap. 200. lib. 1.
Fuchs. 75. cap.
Tabern. 461. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 313. fol.
Durant. 687. fol.

II

Gratiola, sive Gratia Dei, flore albo. Gratiola Centauroides C. Bauh.

Radices geniculatæ plurimùm diffunduntur; caules crebri, dodrantem alti, æquali positu folia sustinent, Lysimachiæ galericulatæ non absimilia, oblonga, ac ambitu crenata, mucronibúsq; finientia, è quorum sinubus pediculi tenues emittunt flores, eandem Lysimachiam specie affectantes, albidos: capitula rotunda, parva, acuminata, minuto semine scatent.

Dodon. 358. fol.
Cœsalp. lib. 6. c. 65. fol. 265.
Gratia Dei alteri us titulo, ex plac. C. Bauh.
Lobel. 238. Obs. Adv. 185. fol.
Lugdunens. 1085. fol.
Epit. Matth. Cam. 464. fol.
Hort. Med. 69. fol.
C. Bauh. Matth. 517. fol.
Phytopin. 547. fol.
Germ. Wild Aurin.
Tabern. 83. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 426.
Durant. 451.

III

Acetosa vesicaria peregrina. Acetosa Americana annua quorundam.

Radix annua est, caulis dodrantem æquat, plus minúsve altior, variè brachiatus, & quandoq; supernè rubescens, cui inhærent, longis crassis subvecta pediculis, folia Acetosæ vulgaris propemodùm æmula, crassa, mollia, & gustus acidioris; atq; in surrectis quasi ramulis longo ordine flosculi, Acetosis majores, è pallore herbaceo tantillùm rubentes: succedunt vesicæ tenues, seu mavis thecæ foliaceæ angulares, deorsùm dependentes, subindè rubentes, obvolventes semen unum atq; alterum, triangulare, fuscum, Acetosarum more.

Germ. Fremd Ampffer mit auffgeblasenen Schötelein.

SEPTIMVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.



I.
Onobrÿchis Belgarum.

II.
Phalangium ramosum.

III.
Trifolium Palustre.

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I



NObrychis altera Belgarum Lobel. Campanula arvensis minima Dodon. Radix exigua est, inutilis, annua, gracilescens; caules palmo altiores, circa quos folia multa, Ciceris foliorū magnitudine, leviter crenata: flores in summis ramulis exeunt in puniceo purpurei, quinq; partitim plicati, qui aperti in latiora quina folia expanduntur, quibus deinde oblongæ angulares siliculæ succedunt, in summo angustis longis quinis foliaceis alis coronatæ, intrinsecus semine minuto, copioso, fusco, splendente, refertæ.

Dodon. 168.
Lobel. Obs. 228.
Lugdunens. 490.
Phytopin. C. Bauh. 407.
Germ. Vnser Frauen Spiegel.
Tabernæ. sub Violæ arvensis, fol. 18. lib. secundo:
& Violæ Pentagoniæ titulo, Icon. 316. fol.

II

Phalangium ramosum. Radices tenacibus, albescentibus, longis fibris, frequenter demissis, se firmant, promentes folia multa pallida, angusta, graminea, atq; caulem teretem, cubitalem, ramosum, compluribus floribus, sex foliis oblongiusculis candidis constantibus, ornatum, quibus sequuntur capitula rotunda, Asphodeli modo, seminibus nigricantibus inæqualibus gravida.

Dodon. 106. fol.
Lobel. Obs. 27. fol.
Lugdunens. 852. fol.
Epit. Cam. 580. fol.
Hort. Med. 125. fol.
Matth. C. Bauh. 607. fol.
Phytopin. C. Bauh. 58 fol.
German. Weiß Widerthon / oder Erdspinnen kraut / (Grasgilgen.
Tabern. 685. lib. 1.
Matth. Germ. Cam. 195.

III

Trifolium palustre. Menianthes Theophrast. Dalechamp. Radix longa variè sub cespitibus spargitur, geniculis multis intercepta, & fibris longis lateralibus firmata; egrediuntur inde pediculi crassi, porosi, subindè subrubentes, qui sustinent folia oblonga, lata, viridia, tripartitâ serie disterminata: caulis similiter è latere, aut è medio foliorum exurgit, crassus, porosus, pedalis, fastigiatus quasi in thyrsum brevem, floribus subtùs rubescentibus, intùs albis & villosis elegantibus prægnantem: semina in oblongis mucronatis folliculis subnascuntur.

Dodon. 570.
Lobel. Obs. 496.
Lugdunens. 1020.
German. Wasser auch Biberklee.
Tabern. 220. lib. secundo.



III. *Sparganium.* I. Orobanche. II. *Cicuta maxima.*

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

Orobanche Limodoron. Orobanche minùs ramosa. Cauliculus singularis, crassus, carnosus, fistulosus, foliorum rudimentis obscurè subrubentibus, concoloribus septus, in summitate Orchidum aut Lamiorum specie ejusdem coloris albicantes, aut pallescentes emittit flosculos: radices carnosarum squamarum compactili serie fuscam quasi turbinatam effigiem referunt.

Vid. de Orobanch. Dodon. 543. fol.
Clus. 271. fol.
Lobel. Icon. 269. fol.
Lugdunens. 485.
Matth. Epit. Cam. 311. fol. (80. f.
Thal. Hercyn. Saxono Thuring.
Matth. C. Bauh. 409. fol.
Germ. Erbenwürger.
Tabern. 358. lib. secundo.
Matth. Camer. Germ. 166.
Durant. 685.

II

Cicuta maxima quorundam. Caule constat viridi, lævi, sesquicubitali, inani, odorato, foliis, in multa tenuia, angusta, & ambitu serrata segmenta digestis, viridibus, vestito: flores tenues, è virore albescentes, umbellam speciosam constituunt: radix multis densatis fibris in limosis aquis hæret, hortis illata nonnunquàm in turbinatam formam extuberare fertur.

Dodon. pro Sio altero habet, fol. 579.
Vt & Lobel. Observat. fol. 105.
Lugdunens. 1094.
Phytopin. C. Bauh. 270. fol.
Germ. Groß Wütscherling oder Wassermerck.

III

Sparganium ramosum dictum. Platanaria Dodon. Phleos fœmina Lugdunens. Folia profert, Cyperi modo longiuscula, angusta, & dorso elatiore, quasi triangula; caulem cubitalem, rotundum, lævem, juxta foliorum sinus ramulos obliquatos emittentem, quibus sine ordine insident rotundæ quasi pilulæ, inter quas majores, amplitudinem nucis Avellanæ acquirentes, staminibus tenuibus, albopallidiusculis, circumcircà vallantur: radices, crassè fibratæ, aliis capillamentis, plumarum speciem affectantibus, subindè obsidentur.

Dodon. 591. fol.
Lobel. 41. Obs.
Lugdunens. 1017.
Epit. Matth. Cam. 732.
Matth. C. Bauh. 702.
Phytopin. C. Bauh. 38.
Germ. Igels Knoßpen.
Trag. cap. 37. lib. secundo.
Tabern. 687. lib. 1.
Camerar. Matth. Germ. 339.
Durant. 966.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

NYmphæa alba major. Nenufar, Lotus Ægyptia Prosp. Alpini. Foliis constat amplis, glabris, crassis, tantùm non orbiculatis, virescentibus, & ad exortum pediculi sinuatis, rotundi scilicet, & intus porosâ medullâ farcti, longissimi, altitudinem paludis seu stagni natalis excedentis, quali etiam singuli florum nituntur, numerosâ foliorum candidorum, acuminatorum congerie stamina meditullii stipantes: radix crassitudine brachium superat, scabra, nodosa, longa, clavæ similis (unde etiam planta Clavæ Herculeæ nomine indigitata fuit) intùs fungosa, foris nigricans, crebris acetabulis, seu foliorum vestigiis insignita, oblongis fibris se in fundo limoso firmans.

Dodon. 575.
Cœsalp. lib. 15. cap. 7. fol. 569.
Clus. LXXVII.
Lobel. Obs. 324. Adv. 257. fol.
Lugdunens. 1008.
Matth. Epit. Cam. 634.
C. Bauh. Matth. 643. & 644.
Phytopin. 361.

Germ. Grosse weisse Seeblumen/Haarwurtz.

Trag. cap. 48. lib. secundo.
Fuchs. 205. cap.
Tabern. 413. fol. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 305. fol.
Durant. 659.

II

Nymphæa alba minor. Nullatenus priori dissimilis, nisi quòd omnia duntaxat minora habeat.

Germ. Kleine weisse Seeblumen.

III

Nymphæa lutea, cujus flos Dioscoridi βράσιον dicitur. Foliorum paulò oblongiorum florúmq; (præter angulos) pediculis Nymphææ majoris albæ æmulatrix est: flores nonnihil minores, quinis rotundis, crassis, luteis foliis singulatim capitula herbacei coloris, quodammodò Papaveris in morem turbinata, frequentibus concoloribus staminulis coronant: radices priorum æmulatione foris intúsq; candicant.

Autores priores, locis designatis consulendi.

Germ. Gelbe Seeblumen/Wassermohn.



IV.
Primula Veris Angustifolia rubra.

V.
Primula Veris Angustifolia alba

I.
Bellis prolifera variegata.

II.
Bellis minor flore multiplici rubra.

III.
Bellis minor multiplici flore alba.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

BEllis prolifera variegata. Lætiori & habitiore vulgarium Bellidum facie prodit, radiculis tenuibus, & densè fibratis, foliis virentibus, & in rotunditate oblongis, ac leviter circumcrenatis: flosculi numerosissimo densissimorum foliorum contextu orbiculos Chamæmeli multiplicis constituunt, singulis pediculorum graciliorum summitatibus impacti, eleganti striarum rubore virgatim & maculatim variegati, laterali septenâ vel octonâ sobole, à centro caliculorum pediculis tenuibus porrectâ, & circa matrem dispositâ, gravidi. Germ. Gesprenge gefüllte Maßlieben/mit vilen nebenblümlein.

II

Bellis minor flore multiplici rubro. Totâ prædictâ minor est, ut & foliis virentibus, obscurè crenatis: florum globuli rubore perfunduntur, aliàs se ab illius cognatione excludi non patitur.

Germ. Gefüllte rothe Maßlieben.

III

Bellis minor flore multiplici albo. Repræsentatione alterius congenerem se omninò, præter unicum floris candorem, prodit.

Vid. Dodon. 264. in textu.
Cœsalp. lib. 12. cap. 26. fol. 495.
Lobel. Obs. 253. Adv. 199.
Lugdunens. 854.
Epit. Cam. 656.
Hort. Med. Cam. 27. fol.
Matth. C. Bauh. 654. fol.
Phytopin. 506. fol.

Germ. Gefüllte weisse Maßlieben.
Trag. lib. 1. cap. 52.
Fuchs. 55. cap.
Tabern. 42. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 315.
Durant. 135. fol.

IV

Primula Veris angustifolia, flore rubro. Radicula, multùm & tenuiter fibrata, è capite suo quasi orbiculatim per humum digesta, promit folia crassiuscula, mollia, subtùs incana, & tenui farinâ obsita, supernè è virore pallentia, & ambitu leviter crenata, Bellidem minorem quadantenus, sed multò oblongiore & glabrâ lævïq; facie affectantia. Attollitur è medio illorum unus atq; alter nudus cauliculus, dodrantem rarò superans, qui quasi fasciculo, ex uno centro umbellatim in orbẽ sparsos profert flosculos, Primulæ Veris æmulos, & ab unâ basi in quinque veluti cordatæ formæ extremis oris sinuata folia divisos, diluto rubori purpurâ intermistâ suffusos: his deinde semina exilia in oblongis vasculis succedunt.

Clus. 300. lib. 30. (ris ntulo.
Lobel. Obs. 307. Saniculæ alpinæ mino-
Lugdunens. 887.
Phytopin. C. Bauh. 462.
Germ. Klein schmalbläterichte rothe Schlüsselblümlein.
Tabern. 38.

V

Primula Veris angustifolia, flore albo: cujus colori unicè discrimen imputandum. Germ. Weiß schmalbläterichee kleine Schlüsselblümlein.



III.
Gentianella minima verna flore cœruleo.

I
Caltha palustris flore multiplici.

II.
Viola Martia Canina.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CAltha palustris flore multiplici luteo. Caules aliquot, nondum cubitales, ac in diversa tendentes, glabri, læves, geniculati, foliis donantur; longis crassis pediculis subnixis, venosis, lævibus, pinguibus, virore nitentibus propè circinatis Chelidonio minori præter æmulationem multò ampliori bus, ac modicè circumrosis: flores adnatorum ramosorum summitates ferunt, auri splendore nitentes, & multiplicem numerosissimorum lutescentium congeriem quinis aliis foliis latioribus concoloribus orbiculatim ambientes, Ranunculum plenum majorem amplitudine & venustate superant: radices crebris & crassis fibris, ex uno capite densè prodeuntibus, deorsum descendunt.

Clus. cxiv. fol.
Cam. Hort. Med. 33. fol.
Matth. Casp. Bauh. 616.
Phytopin. Bauh. 540.
Germ. Gefüllte Dotterblumen.
Tabern. 423. lib. secundo.

II

Viola Martia canina. Radicula rugosa, oblonga, albida, & sensim graciliscens, è capite suo mittit folia, vulgari Violæ Martiæ æmula, minora tamen, & magis in longitudinem producta, cui pallidiorum quoq; florum conformitate congruit, odore licet prorsus destituatur.

Dodon. 156. fol.
Lobel. Icon ibus 609.
Lugdunens. in textu, 798.
Thal. fol. 130. Hercyn Saxono-Thuring.
Phytopin. C. Bauh. 374.
Germ. Wilde Hundsveil.
Trag. lib. 1. cap. 190.
Tabern. 18. fol.

III

Gentionella minima verna, flore cœruleo. Oblonga fulvescens radicula furculosa, & tenuiter fibrata, abit in caulículos complures, pollice duplo altiores, subtus densè stipatos foliolis, è rotunditate oblongis, Centauriũ luteum, affectantibus, viridibus, aliquot nervis virgatis, quæ alia minora & rariora, mediam ex intervallis partem vestientia, geminatim æquali situ sequuntur: flosculi oblongis caliculis emittuntur, vivido colore cœruleum ipsum lacescentes, è tubulis concavis in folia quina lata & propè triangula, ambitu minutim crenata, dilatati, & ad umbilicum apophysibus exilibus mucronatis à se in vicem distincti: semina sub nascente acuminato vasculo latent.

Congruit cum Clusian. 314. descript. & fol. 315. depicta.

Lobel. Obs. 167. fol.
Phytopin. C. Bauh. 346. fol.
Germ. Klein blaw Gentian, so im Früling blühet.
Tabern. 400. lib. secundo.


I.
Testiculus Vulpinus.
III.
Chamepitys Austriaca.
II
Cyanus Main.
IIII.
Pentaphillum flor. albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

TEsticulus Vulpinus. Orchis Sphecodes diphylla Lobel. Folia erant Lilii albi specie, pallidè virentia, lata, Orchidis bifoliæ vulgaris foliis ampliora, bina tantùm, & per longitudinem nervata: caulis quoq; vegetior, geminabatur, nec flores dissentiebant, cereo colore pallescentes: radix sub appendicibus longiusculis, crassè fibratis, napiformia oblonga tubercula, seu mavis bulbos, vel binos, vel rariùs unum, ut in nostrâ illâ, emittere solet.

Lobel. Obs. pag. 93. | Phytopin. Bauh. 120. | Germ. Grosse Fuchshödlein oder Fliegenblumen.

II

Cyanus major. Verbasculum Cyanoides C. Bauh. Radices nigricantes, fibratæ, sub terrâ divagantes, germinant caulibus pluribus, dodrante altioribus, foliis oblongis, laceæ seu Lychnidis, incano tomento nonnihil obsitis, arctè septis; capitula summitatum turbinatam propè effigiem referunt, squamatim conserta, flores vulgari Cyano ampliores, floccosos, è cœruleo in purpureum colorem inclinantes, ac umbilicum brevem stamineum purpurascentem ambientes, expandentia.

Dodon. 251. & 250. | Cam. Epit. Matth. 288. | Germ. Groß blaw Waldkornblumen.
Lobel. Obs. pag. 296. | Matth. C. Bauh. 389. fol. | Trag. lib. 1. cap. 72.
Lugdunens. 457. fol. | Phytopin. C. Bauh. 535. fol. | Tabern. 536. lib.

III

Chamæpitys Austriaca, Clusii. Radix, nigricantibus duriusculis fibris multùm capillata, plurimos largitur cauliculos, quadrangulos, lignosos, pedales, crebrò geniculatos, brachiatos, quibus inferiùs Ajugæ vulgaris modo folia, ex unâ basi in laciniasaliquot tenues dirempta, insident; his alia singularia, angusta, mucronata, & in virore splendentia, ac Rosmarinum quadantenus æmulantia, succedunt: foliis intermiscentur rigidi, parvi caliculi, vertices supremos ramulorum cingentes, quibus effunduntur flores vulg. Ajugæ, præter magnitudinem Antirr: rub. floribus similes, coloris saturatè purpurei, vel rubri dilutioris quandoq;, &, ut Clus. habet, inferiore propendente labro, nonnihil candicante, ac sanguineis guttis respersо: semina nigra, parva, splendentia, angulosa, Hyssopo majora sunt.

Clus. CLXXXV. fol. | Phytopin. C. Bauh. 477. | Germ. Oestereichisch Erdkiffer / oder Schlagkräutlein / oder Je lenger je lieber.

IV

Pentaphyllum majus flore albo. Radix, superiùs nonnihil squamosa, è fusco nigricans, diffunditur in caules dodrantales, seu potius oblongos tenues pediculos, exerentes folia Pentaphylli subviridia, & adversâ parte incana, in quinq; cohærentias, oris extremis serratas, divisa: flores similibus pediculis obsequiosis sustinentur, candidi, quinis foliis subrotundis, ac latiore ambitu sinuatis, nitentes.

Clus. CV. | Phytopin. 650. | Tabern. 436. lib. primo.
Epit. Cam. 671. | Germ. Fünffingerkraut mit weissen blumen. | Matth. Cam. Germ. 353. fol.
Matth. C. Bauh. 711. & 722. | Fuchs. cap. 238. | Durant. 823. fol.



I.
Cyanus aruensis flore cœ-
ruleo.

II.
Cyanus arvensis flore incarnato.

III.
Cyanus arvensis flꝛe albo.

IV.
Cyanus flꝛe purpureo arvensis.

V.
Cyanus arvensis flꝛe rubro.

VI.
Cyanus arvensis flꝛe variato.

VII.
Cyanus arvensis flꝛe albo fundo
purpureo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CYanus arvensis flore cœruleo. Baptisecula Tragi. Papaver Heracleum Dioscorid. & Theoph. Fabii Columnæ. Radix lignosa, annua, oblonga, gracilis, lateralibus tenuibus fibris conspicua est; caulis cubitum æquat, pariter lignosus, angulosus, & tenui araneosâ lanugine obsitus, brachiatus, septus foliis plurimis oblongis, quorum inferiora aliquot segmentis utrinq; Scabiosarum vice laciniantur, superiora integra & angustiora sunt: capitula in ramulorũ summitatibus cernenda, squamulis compacta, atq; è rotunditate fastigiata, emittentia flore, senis, octonis, aut pluribus foliis concavis, & marginum oris incisis, cœruleis, umbilicum concolorem, ex incurvatis tenuibus staminulis conflatum, circumdantes: semina, superiùs rigidis brevibus barbulis obsessa, albicantia, pilis obducta, in capitulis servantur.

Dodon. 250.
Cœsalp. lib. 13. c. 52. fol. 539.
Lobel. Obs. 295. Adv. 236.
Lugdunens. 457. fol.
Cam. Epit. Matth. 289.
Hort. Med. 51. fol.
Matth. C. Bauh. 389. & 391. in textu.
Phytopin. 534. fol.
Germ. Blawe Kornblumen.
Trag. 193. cap. lib. primo.
Fuchs. 162. cap.
Tabern. 532. 533. 534. fol. lib. 1.
Cam. Matth. Germ. 153.
Durant. 305.

II

Cyanus arvensis flore incarnato. Absq; florum colore prorsus cum priori convenit. Germ. Fleischfarb Kornblumen.

III

Cyanus arvensis flore albo. Et hujus differentia tantùm floris colore constat. Germ. Weiß Ackerkornblumen.

IV

Cyanus flore purpureo arvensis. Germ. Purpurfarb Ackerkornblumen.

V

Cyanus flore rubro arvensis. Germ. Roth Ackerkornblumen.

VI

Cyanus arvensis flore variegato, seu fl. albo, apice è cœruleo rubescente.
Germ. Weisse Kornblumen/mit rothen vnd blawen vermischten putzen.

VII

Cyanus arvensis flore albo, fundo purpureo.
Germ. Weisse Ackerkornblumen/mit purpurbraunen putzen.
Singulorum tantùm coloribus discrimina imputanda.


I.
Fraga fructu magno.
III.
Fraga fructu rubro.
II.
Fraga fructu albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

FRaga fructu magno. Radix, numerosis tenuibus fibris firmata, & gracilem viticularum sobolem huc & illuc diffundens, folia profert, longis subhirsutis pediculis innixa, singulatim terna, ambitu serrata, & obliquis nervis lirata, nonnihil villosa: inter hæc obsequiosi assurgunt cauliculi, flosculos aliquot, simul in pediculis junctos, in summo emittentes, quinis rotundis albis foliis, Pentaphylli sylvatici seu Rubi æmulos: defluentibus his subnascuntur fructus aliquot pulposi, maturitate rubentes, cum plerisq; prunis magnitudine certantes, odore, gustu & sapore gratissimi.

Germ. Grosse roche Erdbeer.

II

Fraga fructu albo. Tantopere superioribus affinia sunt facie, ut tantùm foliorum viridium & fructuum albescentium parvitate unicè illis seponenda.

Germ. Weisse Erdbeer.

III

Fraga fructu rubro. Strigosiore tantùm, haud secus ac priora, variant habitu, & vulgatiori notitiâ; fructus, aspectu & rubore eleganti oculorum spectaculum, sapore delicatiorum palatorum blandimentum, mirificis viribus usum medicinalem provocant.

Vid. Dodon. 661.
Cœsalp. lib. 14. cap. 18. fol. 554.
Lobel. Obs. 396. Adv. 309.
Lugdunens. 614.
Epit. Cam. 765.
Hort. Med. 61.
Matth. Bauh. 721.
Phytopin. Bauh. 653.

Germ. Roche Erdbeer.
Trag. cap. 170. lib. 1.
Fuchs. 329. cap.
Tabern. 429. lib. 1.
Matth. Germ. Cam. 355.
Durant. 394.

OCTAVVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.



IIII.
Chamæiris latifolia biflora.



III.
Chamæiris latifolia minima.



I.
Chamæiris latifolia
VIIII Clusii.



II.
Chamæiris latifolia
X Clusij.

CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CHamæiris latifolia purpureoflavescens. Crassis suis radicum propaginibus obliquè serpebat, folia gerens in uno cespite plurima, dilutè viridia, Iridibus prædictis breviora; caulis è medio exibat dodrantalis, attollens flores singulares, foliis contra se curvatis, surrectis, è flavedine pallescentibus, reflexis verò, saturatè purpureo colore ad nigredinem vergentibus, insignes.

Germ. Breitblätericht klein Schwertel/ auß purpurfarben vnd bleichgelben blumen.

II

Chamæiris latifolia altera purpurea. Radix nodosa variè protuberabat, foliaq; sibi invicem implexa ex uno capite emittebat, pauciora quàm in priori & superiùs paulò discreta, mucronata: caulis tantùm non pedalis erat, è fastigio vaginarum unum atq; alterum florem promens, violæ nigræ penè colorem dilutum æmulantem, caducum & inodorum.

Germ. Breitblätericht klein Schwertel/ mit purpurfarb oder veilfarb blumen.

III

Chamæiris latifolia minima. Radix pariter nodosa est, & folia inferiùs se invicem amplectentia, flores minores in caule pallescunt, quartæ Chamæiridi Clusianæ æmuli.

Germ. Der kleinst breitblätericht Schwertel/ mit bleichen blumen.

IV

Chamæiris latifolia biflora. Radicibus crassis, transversis, aliorum modo se propagat, folia cæteris latiora habet, flores quoq; majores, saturatè purpureos, ad nigro-violaceum colorem accedentes. Bis floret singulis annis.

Germ. Kleine Schwertelwurtz/ mit sacten violbraunen blumen.



III.

Chamæiris flore candido



II.

Chamæiris cærulea & vio-
lacea colore.



IV.

Chamæiris flavo & purpu-
rascente flore.



I.

Chamæiris flore argenteo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CHamæiris latifolia flore argenteo. Radix crassa erat, transversa, & multis tuberculis obsita, folia cognatis Chamæiridibus similia, brevia, mucronata, conferta, caulis dodrantem excedebat: flores ex albido aut potius argenteo colore placebant.

Germ. Breitblätterichter kleiner Schwertel/ mit silberfarben blumen.

II

Chamæiris latifolia cœruleis & violaceis florum foliis. Foliorum & radicum specie à prædictâ non multum aliena est, flores in caule dodrante altiore, elevatâ parte violacei coloris, repandâ verò cœrulei blandimento constabant.

Germ. Breitblätterichter kleiner Schwertel / mit braunen vnd blawen blätern.

III

Chamæiris latifolia flore candido. Radicum crassis & divaricatis transversis propaginibus multiplicabatur, & ejusdem formæ flores edebat, sed omninò candicantes.

Germ. Kleiner breitblätterichter Schwertel/ mit gantz weissen blumen.

IV

Chamæiris latifolia purpureoflavescens multiflora. Vegetioribus paulò floribus erat, quàm Chamæiris prima nostra, & longè pluribus: foliorum quoq; cespites densiores & se magis propaginibus transversis diffundentes.

Germ. Kleiner breitblätterichter purpur vnd bleichgelbfarber Schwertel.

Miræ & mirificæ propè omnium in floribus varietates exactissimè à clariss. & sagaciss. Clusio Plantar. hist. lib. 2. cap. 47. fol. 224. 225. 226. 227. exprimuntur, post quem illis denuò examinatis actum agere non operæ precium esse duxi; atq; hinc ad ejus trutinam benevolentem lectorem remissum volui.



I.
Iris pratensis maior.

III.
Viola matronalis flu: purpurea.

II.
Viola matronalis flu: alba.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

IRis pratensis major. Radices transversim serpentes, nigrescentes, densum cespitem constituunt, è quo numerosas fibras subtùs demittunt, capitibus suis edunt folia rigida, viridia, dura, longa, angusta, acuta, atq; inter illa caulem cubito altiorem, teretem, in summo successivè unum atq; alterum aut plures flores ferentem, Iridibus quidem cæteris strigosiorem, sed non minùs elegantem, hilaris cœrulei coloris, cui venulæ versicolores quædam, in repandis foliis intermixtæ, varietatem inducunt. Multùm accedit ad Iridem angustifoliam Clus. 11. fol. 229.

Germ. Himmelblaw Wisenschwertel.

II

Viola Matronalis flore albo. Radices vivaces, densæ, crassæ, multúmq; fibratæ, folia submittunt viridia, atq; ab angustâ basi è latitudine in mucronem ducta, subhirsuta, circumserrata, plurima, inordinata, & graciliore serie caules virides sesquicubitales ambientia: flores passim in summis ramulorum brachiis longo conferto ordine emergunt, quatuor foliis subrotundis albescentibus præditi, odorem cinnamomi (vesperi maximè) referentes: sequuntur angustæ corniculatæ siliquæ, oblongum atq; è rufo nigricans semen condentes, Alliariæ ritu.

Germ. Winterviolen mit weissen blumen.

III

Viola Matronalis flore purpureo. Florum colore purpurascente tantùm variat, & subinde ad rubedinem tendit, cæteroquin prædictæ germana est.

Dodon. 161.
Lobel. Obs. 175. Adv. 137.
Clus. qui tantùm ejus meminit fol. 297.
Lugdunens. 804.
Phytopin. C. Bauh. 379. fol.

Germ. Winterviolen mit braunen blumen.

Trag. lib. 1. cap. 194.
Fuchs. 174. cap.
Tabern. 26. lib. secundo.



III.
Iris Florentina.

I.
Iris Calcedonica
latifolia.

III.
Iris Illyrica.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

IRris Chalcedonica latifolia. Iris Chalcedonica maxima variata Lobel. Susiana 1. Clusii. Delitias nostras Botanicas etiam Cæsareorum Legatorum, è Turciâ redeuntium, munificentia per hanc elegantissimam & plus quàm amœnam plantam auctas voluit. Radicem nodosam, gibbosam, propaginum sobole & geniculatis processibus distinctam, ac crassis fibris subtùs firmatam obtinet, cujus caput excrescit in folia surrecta, vulgatiori Iride breviora, angustiora, inferiùs se mutuò complectentia, superiùs magis dispersa, acuminata, virescentia: caulis, inter illa emissus, cubitalis est, vaginatim usq; ad floris initium involutus, qui novenis foliis congeneribus Iridibus respondet; sed repanda, & his incumbentia, magis nigricantis coloris venulis & maculis subinde purpurascentibus & candicantibus intermistis, superiora surrecta minùs, virgatim tamen ac undulatim quasi mirum in modum variata sunt, ut, etiam absq; ullo odore, primam laudem & varietatis & raritatis, præter florum luculentam amplitudinem, cognatæ familiæ meritò sustulerit.

Vid. Lobel. Obs. 34.
Clus. lib. 2. fol. 21.
Lugdunens. 1616.

Germ. Veilwurtz von Constantinopel/mit schwartzgeschecketen blumen.
Tabern. 334

II

Iris Florentina latifolia major, colore candidissimo. Vt prior venustatis, sic illa odoris gratiâ, & niveo, seu mavis, lacteo colore commendabilis est. Radice æquè gibbosâ constat, albescente, foliis latioribus, pallidè virescentibus: flores, è vaginulis albidis membranaceis emergentes, terni, aut rariùs quatuor, in uno caule plusquàm cubitali singulatim porriguntur.

Germ. Weisse wolriechende Veilwurtz.

III

Iris latifolia major Illyrica. Crassiore aliquantùm priori radice est, sed pariter nodosâ, & crassè subtùs fibratâ: folia quoq; latiora & longiora sunt, pallido virore prædita, & gladii specie mucronata: flores diluto cœruleo colore ad cyaneum pallescentem accedunt, ac odorem remissiorem effundunt: semina angulosa, rugosa, caput triangulare submittit.

Hort. Med. 79.

Germ. Himmelblawe wolriechende Veilwurtz.



III
Iris latifolia maior va-
riegata.

I
Iris latifolia violaceo co-
lore maior.

II
Iris latifolia vulgaris
cærulea.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

IRis latifolia, violaceo colore, major. Radix nodosa erat, crassa & fibrata, foliis longis latis ac mucronatis ad Dalmaticam accedebat: flores ampli, è membranaceis teneris albescentibus vaginis, se explicabant in folia aliarum Iridium specie novena, quorum repanda, præter fimbriam, ad colorem saturatè violaceum tendebant, sursùm elevata hilariore purpurâ nitebant, & propè Iridem major: latifol. v. sive Asiaticam purpur. Clus. referebant.

Vid. Clus. 219.

Germ. Grosser blätericheer brauner Schwercel oder Veilwurtz.

II

Iris latifolia vulgaris cœrulea. Foliis & radicum crassitudine non multùm recedebat à prædictâ; florum magnitudine inferior erat; color in elevatis seu surrectis foliis dilutè cœruleus, & propè cyaneus, seu aqueus erat; in repandis verò saturatiore ad violaceum vergebat.

De hac, uti etiam aliis Iridibus plerisq;,

vid. Dodon. 231.
Cœsalpin. lib. 10. cap. 36. fol. 421.
Clus. 218. &c.
Lugdunens. 1610.
Cam. Epit. Matth. 1.
Hort. Med. 79. fol.
Matth. C. Bauh. 17. fol.
Phytopin. Bauh. 61.

Germ. Breitbläterichc himmelblaw Schwercel.
Trag. 51. cap. lib. secundo.
Fuchs. 119. cap.
Tabern. 331. 332. &c.
Matth. Cam. Germ. 1. fol.
Durant. 474. fol.



I.
Calceolus Mariæ.

III.
Iris Pannonica variegata.

II.
Iris Portugalica.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CAlceolus Mariæ. Helleborine recentiorum 1. Cluſii. Helleborine ferruginea Dalechampij. Radices nigricantes, plurimùm fibratæ, longè ac latè transverſis proceſsibus ſub tellure diffunduntur, emittentes caules aliquot ſingulares, ſesquidodrantales, alternatim arctè ſeptos foliis Plantaginis mediæ, ſeu Helleborialbi, per longitudinem nervatis; verticetenus longi nutantes pediculi, ſinu folii ſuperioris ſuſtinent florem unum ac alterum, quaternis oblongis mucronatis foliis, dilutè rubentibus (aut in quibusdam obſcurâ purpurâ nigricantibus) conſtantem, qui è centro ſui oblongum ovalem concavum utriculum, exteriùs flaveſcentem, interiùs purpuraſcentibus venulis & punctis quaſi ſtriatum, affixum habet, ſupernè calceoli ritu patentem, atq; verſus pediculum duplici anſulâ nonnihil obtectum: prout fuſius & elegantius à clariſs. & rariſs. Cluſio deſcribitur.

Dodon. 180.
Cluſ. 272. lib. ſecundo.
Lobel. Obſ. 162. Adv. 127.
Lugdunenſ. 1146.
C. Bauh. Phytopin. 343. fol.
Germ. Vnſer Frauen Schuch.

II

Iris Portugalica. Radix ſuperioribus Iridibus minor eſt, æquè tamen nodoſa, è lateribus ſobolem emittens, atq; è capite caulem, ſenſim è mediis foliorum quaternorum, anguſtorum, pallidè virentium, ſinubus procedentem in florem unum atq; alterum candicantem, ac ſecundum labra obſoletè purpuraſcentibus venulis eleganter undiq; diſtinctum, Irid. majoris latifol. Cluſ. xxvi. propemodum in morem.

Vid. Cluſ. 221. fol.

Germ. Weiſſe/ Portugaliſche/ mit braunen ſtreifflein geſprengte/ Schwertlilien.

III

Iris Pannonica variegata. Radices, aliorum Iridium modo, craſsæ, nodoſæ, albeſcentes, caulem cubitalem erigunt, è foliis paulò latioribus quaternis emerſum, ac in aliquot alas dilatatum, qui vaginatim expandit flores, priori formâ non diſſimiles, ſed tamen diverſi coloris: repanda enim folia latioribus partibus ſaturatâ purpurâ tinguntur; ubi verò anguſtiora fiunt, obſoletè flaveſcunt, variiſq; purpuraſcentibus lineis, circa ſtamineas fimbrias obliquè ſparſis, inſigniuntur: ſurſum verò erecta illa, & mutuò contra ſe poſita, obſoletum cupri ſeu æris colorem imitari videntur.

De Iridum floribus, mirè colorem variantibus, videndus
Cluſ. fol. 220. 221. 222. &c.

Germ. Veilbraun geſprengte Schwertlilien.



II. Iris lutea variegata Lobelij. I. Iris latifolia decima Clusii. III. Pseudo Iris palustris.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

IRis latifolia decima. Radix transversis crassis processibus subinde protuberabat, folia surrecta erant, quaterna, & per longitudinem lirata, pallidè virentia, inter quæ caulis cubitalis, superiùs vaginulis suis effundens flores, cæteris Iridibus non absimiles, nisi terna inclinata folia obsoletâ flavedine inficerentur: terna surrecta tristem colorem, è flavedine & purpurâ mixtum, obtinebant: reliquis notis non secus ac odore Sambuci decimam Clusii referebat.

Vid. Clus. 220. fol.

Germ. Dunckelbraun gescheckte Veilwurtz/ so reuche wie Holderblůt.

II

Iris lutea variegata Lobel. Foliis non multùm à prædictâ discrepabat, radice paulò graciliore erat, florum foliis ansatis seu reflexis, obsoletè violaceis, ac eleganter striatis, surrectis verò flavescentibus constabat.

Vid. Lobel. Observ. fol. 54.

Gesprengte gelbe Veilwurtz.

III

Pseudoiris palustris. Acorus nostras palustris Lobelii. Radix duriuscula, obliquis, geniculatis, ac undiq; cirrosis processibus in multas propagines abit, ac Bistortæ modo intùs subrubescit, folia surrigit Iridibus longiora, viridia, dorsi utrinq; per longitudinem eminentis: flores fert in caule sesquicubitali, lævi, particulatim è vaginis herbaceis juxta sinus foliorum gracilium erumpentes, specie Iridum strigosiore, luteo pallido colore blandientes: his succedunt crassa semina, in angularibus siliquis condita.

Dodon. 248. fol.
Cœsalpin. lib. 10. cap. 39. fol. 422.
Lobel. 31. Obs. Adv. 29.
Lugdunens. 1619.
Matth. Epit. Cam. 6.
Matth. C. Bauh. fol. 21. & f. 24. in textu Bauh.
Phytopin. 59.

Germ. Gelb Wasserschwertel/ oder Drachenwurtz.

Trag. 49. lib. secundo.
Fuchs. cap. 4.
Tabern. 330. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 3. fol.
Durant. 17. fol.



IIII Cruciata. I Spatula fœtida. II Caucalis Dodonæi.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

SPatula fœtida Xyris. Iris sylvestris Galeni. Radix Iridum modo transversâ, solida, geniculata, folia erigit dura, striata, atroviridia, longa, acuminata, &, quando conteruntur, odoris ingrati; atq; inter illa caulem cubitalem teretem, cujus summo insident flores, Iridis floribus graciliores, ut plurimùm tristi purpurâ conspicui, nisi quòd media angustiora folia, quæ in summo bifida sunt, obsoletè pallescant, ac intima reflexa saturatiora quadantenus sint, & in medio venulis luteophœniceis notentur: subnascuntur siliquæ triangulares, semine rubente rotundo prægnantes.

Dodon. 247.
Cœsalpin. lib. 10. c. 38. f. 422.
Lobel. Obs. 37. Adv. 32.
Lugdunens. 1621.
Epit. Matth. Cam. 735. fol.
Hort. Med. 183.
Matth. Casp. Bauh. 702.
Phytopin. C. Bauh. 66.
Germ. Wandleuß kraut.
Tabern. 336. fol. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 339. fol.
Durant. 1076.

II

Caucalis vulgaris. Foliorum variis multifidis dissectionibus Carottam sylvestrem æmulatur, caulis infra cubitalem altitudinem, in cacuminibus suis flosculis albis umbellatim decoratur, quorum exteriora, majora & latiora, minora circumambiunt: semen asperum, oblongum est: radix inutilis, annua, gracilescens.

Dodon. 687. (Adv.
Lobel. Obs. 420. 324. & 325.
Lugdunens. 715.
Phytopin. C. Bauh. 266.
German. Ackerkletten / Klettenkorffel.
Trag. lib. 2. cap. 104.
Tabern. 360. lib. 1.

III

Cruciata, sive Gentiana minor. Radix albida est, oblonga, superiùs fissuris cruciatim ductis perfossa, cui caules aliquot innituntur, inferiore parte sui terram leniter radentes, surrecti, pedales, teretes, geniculis intercepti; circa quos folia singulatim bina, unitâ sede affiguntur, frequenti ordine per longitudinem tribus nervis lirata, & subinde reflexa, Saponariæ facie, in mucronem abeuntia: flores plures in summis caulibus orbiculatim congeruntur, è tubulis suis oblongis in quatuor folia angularia exigua cœrulea explicati, quibus marcidis, calicum deindè angusta, oblonga conceptacula, semina copiosa intra se condunt, subrufa & nitentia. (ne, fol. 344.

Dodon. sub 1. Gentian. titulo 341.
Cœsalp. Vincetoxici nomine, l. 6. c. 79. f. 273.
Lobel. Obs. 166. Adv. 130.
Lugdunens. 1259. fol.
Epit. Matth. Cam. 417.
Hort. Med. 65. fol.
Matth. C. Bauh. 481. & 482.
Phytop. C. Bauh. Gentianæ Cruciatæ nomine, fol. 344.
Germ. Peters oder Creutzwurtz / Modelgeer / Specrenstich.
Trag. lib. 1. cap. 84.
Fuchs. cap. 159.
Tabern. 399. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 216. fol.
Durant. 414.



III. Chamædrys. I. Acorus cum suo iulo. II. Scordium.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ACorus legitimus cum suo julo. Crebris, geniculatis, inæqualibus, transversis, albicantibus odoratarum radicum processibus, latè in obliquas laterum propagines actis, ac infimâ sede fibratis, telluris superficiem pervagatur, foliaq; erigit Iridis palustris foliorum modo, prominente costâ distincta, sed longiora, angustiora, dilutè magis virentia, ac trita suavem aromatum odorem emittentia: flores muscosi, pallescentes, à latere folii cujusdam, pari cum aliis latitudine, & triangularem quasi speciem affectantis, paulò supra mediam partem exeunt, in iulo seu amento nucamentis luglandium, noviter dependentium, non absimili, quod virgulis obliquis & transversis liratum conspicitur, ac in digitalem quandoq; crassitudinem & longitudinem excrescere solet.

Dodon. 249. fol.
Clus. 231. fol.
Lobel. Obs. 30. Adv. 29.
Lugdunens. 1618.
Epit. Matth. Cam. 5. fol.
Hort. Med. Cam. 5. fol.
Matth. C. Bauh. 23.
Phytopin. 59. fol.
Germ. Kalmus mit der blühe.
Tabern. 327. fol.
Matth. Cam. Germ. 3. fol.
Durant. 16.

II

Scordium Trixago seu Trissago palustris. Folia Chamædryn referunt, subhirsuta tamen, oblonga, & in caulibus multipliciter se spargentibus, imbecillibus, quadrangulis, pubescentibus, hærentia, Lupulini odoris: superiores foliorum sinus flosculi rubentes occupant, eandem Chamædryn æmulantes: radix restibilis, fibris capillaribus subtùs se firmat, graminis modo germinibus obliquis uligines perreptans.

Dodon. 126. fol.
Cœsalp. lib. 11. c. 42.
Lobel. Obs. 261. Adv. 210.
Lugdunens. 910.
Epit. Matth. Cam. 588.
Hort. Med. 156.
Matth. C. Bauh. 615.
Phytopin. 472. fol.
Germ. Lachenknoblauch oder Wasserbachengel.
Trag. lib. 2. c. 125.
Fuchs. 299. cap.
Tabern. 437. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 283.
Durant. 909.

III

Chamædrys minor. Radiculis vagatur variè serpentibus, tenuibus, lignosis, & mirè inter se implicatis, fibratis; cauliculis multis languidis, dodrantalibus, duriusculis, in quibus folia viridia, incisuris marginum Quernis similia: flores in summis virgis inter folia exeunt, rubicundi, Scordii æmuli, quasi in spicâ digesti, utriculis singulatim erumpentes, in quibus postmodò semina fusca, rotunda, exigua latent.

Dodon. 43. fol.
Clus. 351. (209. in textu.
Lobel. Icon. 491. Obs. 260. Adv.
Epit. Matth. Cam. 567.
Hort. Med. 39.
Phytopin. 473.
Germ. Camanderlein/ auch klein Bachengel.
Trag. cap. 67. lib. 1.
Fuchs. cap. 333.
Tabern. 94.

NONVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
VERNALIVM.



I. Mandragora fœmina.

II. Chelidonium minus.

CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

MAndragora fœmina Pythagoricâ alluſione, qui, quòd hominis truncum artúsq; utcunq; repræſentaret, radicibus quandoq; duo crura & clunes referentibus, Anthropomorphon dixit; nomen ſuum traxiſſe videtur à Germanicâ denominatione, Man & tragen / quaſi hominis effigiem gereret. Cætera anilia circulatorum commenta, ſculpendo inde formam hominis ad ſuas ſuperſtitiones efformantia, potius ridenda, quàm rimanda & admiranda cenſeo. Radices promiſſæ, craſſæ, capillaribus fibris hirſutæ, foris fuſcæ, intus albæ, trifidis vel bifidis proceſſibus demiſſis, crurum modo inter ſe convolutis, diſterminantur: folia prope terram gerunt, quaſi orbiculatim digeſta, longa, venoſa, rugoſa, criſpa, Hippolapathi ferè formâ, virore nigricantia, ac in acutum coacta: flores inter hæc plurimi ſingulatim longis pediculis efferuntur, è quinis ſubcœruleopurpuraſcentibus ac aliquantùm albidis foliis, & tenuibus aliquot ſtaminulis, in medio conflati, quibus ſuccedunt mala ſubrotunda, per maturitatem luteopalleſcentia, odore ſuaveolenti ſaporem inducentia.

De Mandrag. vid. Dodon. 454.
Cœſalp. lib. 5. c. 24. f. 215. & 216.
Cluſ. LXXXVII. f. à quo noſtra deſcripta videtur.
Lobel. Obſ. 138. Adv. 106.
Lugdunenſ. 1726.
Cam. Epit. Matth. 818. fol.
Hort. Med. 95. fol.
Matth. C. Bauh. 759. fol.
C. Bauh. Phytopin. 305.
Germ. Alraun das Weiblein.
Cam. Matth. Germ. 379. fol.
Durant. 575. fol.

II

Chelidonium minus. Teſticulus ſacerdotis Sylvatici Favagello Cœſalpini. Ejusdem radiculæ caput calloſum, in oblongas plurimas, tritici magnitudine, ſtrumoſas, carnoſas appendices coacervatas deſinit: caulis, palmum altior, longis pediculis ſubvehit folia hederacea, virore ſplendentia, lævia, rotunda, Aſari modo, obtuſa, & ſubindè obſoletè purpurante maculâ in medio notata: flores radiati, luteo foliorum nitore ſtaminula tenuia, concoloria, obſident.

Dodon. 49. fol.
Cœſalp. lib. 14. cap. 7. fol. 546.
Lobel. Obſ. 525. Adv. 256.
Lugdunenſ. 1048. fol.
Epit. Cam. Matth. 405. fol.
Matth. C. Bauh. 468. & 469.
Phytopin. C. Bauh. 610.
German. Feigwartz / Blatterkraut / Wapenkraut.
Trag. 35. lib. 1.
Fuchſ. 333. cap.
Tabern. 427. lib. ſecundo.
Cam. Matth. Germ. 208. fol.
Durant. 236. fol.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

BIstorta major. Colubrina minor Tragi. Ab eadem radice, spiris intortâ & rubescente, ac fibris inferiùs firmatâ, prodeunt folia longa, Lapathi instar, lata, acuminata, venosa, surrecta, pronâ parte plumbei, supinâ virescentis coloris: caules aliquot simplices inter illa attolluntur, rarioribus & gracilescentibus foliis arctè cincti, tandem in spicas fastigiati, flosculis minutis Persicariæ coacervatas, quibus succedunt semina triangula, nigricantia, Acetosæ ritu.

Dodon. 331.
Cœsalpin. lib. 4. c. 33. fol. 167.
Lobel. Obs. 156. Adv. 121.
Lugdunens. 1285.
Clus. LXXVIII. lib. quarto.
Epit. Matth. Cam. 683.
Matth. C. Bauh. 674.
Phytop. C. Bauh. 357. fol.
Germ. Natterwurtz.
Trag. lib. 1. cap. 105.
Fuchs. 298. cap.
Tabern. 143. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 322. fol.
Durant. 144.

II

Salvia agrestis flore purpureo. Horminum sylvestre Lobel. Virgæ cubitales, quadrangulares, subhirsutæ, foliis ordinatim vestiuntur scabris, obscurè virentibus, ab inferiore latitudine sensim in mucronem finientibus, & per ambitum serratis, aut subindè rariter laciniatis: flores supernè, verticillato situ, in oblongam & deorsùm nutantem spicam congeruntur, falcatis galeis saturatè purpureis placentes: semina rotunda, nigra, in caliculis florum subnascuntur: radix plurimùm fibrata, vivax, nigricat.

Dodon. Orvalæ sylvest. 4. titulo
Lobel. Obs. 300. Adv. 240. (291.
Lugdunens. 964.
Clus. XXIX. lib. 4.
Epit. Matth. Cam. 629. fol.
Bauh. Phytopin. 453. fol.
Germ. Wilde Salbey/oder wilder Scharlach/mit sacke-
Trag. lib. 1. cap. 16. (braunen blumen.
Fuchs. cap. 215.
Tabern. 91. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 304.
Durant. 457.

III

Salvia agrestis flore albo. Florum colore, qui candore juvat, tantùm differt: caulibus & foliorum, dilutè virentium, laciniatis sinubus parùm à prædicto abest.

Germ. Wilde Salbey/oder Scharlach/mit weissen blumen.



II. Primula Veris Anglicana flor: pleno.

Hippoglossum.

III. Sanicula montana altera.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

HIppoglossum seu Hypoglossum. Bislingua, Bonifacia, Radix Idæa Dioscoridis. Fab. Columnæ, Ruscо affinis prima Cœsalpin. Caules sortitur dodrantales, rotundos, fractu contumaces, multos à diversis, radicis albicantis, ac oblongis ramosis fibris se dispergentis, nodosis capitibus, prodeuntes; quos conscendunt folia, è latitudine subrotundâ in mucronem producta, dura, rigidiuscula, atrovirentia, per longitudinem crebris nervis virgata: singulorum foliorum medio glossarium seu ligula foliosa parva insidet, sub quâ in tenui pediculo, nervo à sinu folii latioris exeunte, lirato, post florem parvum pallescentem elapsum, pendent baccæ rubentes, Asparago majores, seminis osiculum obvelantes.

Dodon. 735. fol.
Cœsalpin. lib. 5. fol. 222. cap. 29.
Clus. sub Lauri Alexand. titulo, f. 278.
Lobel. Obs. 362. Adv. 284.
Lugdu. Lauri Taxæ nomine, fol. 205.
Epit. Matth. Cam. 919.
Hort. Med. 75.
Matth. Casp. Bauh. 829.
Phytopin. 605. fol.
Germ. Zäpfleinkraut/Zungenblatter.
Trag. lib. 1. cap. 131.
Fuchs. cap. 87.
Tabern. 138. fol. lib. 2. sub Vvulariâ mare.
Cam. Matth. Germ. 415. fol.
Durant. 451.

II

Primula Veris Anglicana, flore pleno. Foliis est vulgatiori Primulæ non dissimilibus, sed longioribus, pallidè virentibus, & secundum margines erosas crispatim nonnihil sinuosis, ex unius radicis capite, subtùs in densos fibrarum fasciculos dispersо, orientibus: caulis è medio illorum attollitur mediocri crassitudine, pallidè virescens, pedem aut sesquipedem æquans, verticetenus in umbellam densiusculam, multis inæqualibus petiolis alabastra angularia sub fulcientibus, constantem, quibus flores speciosi, vulgari Primulâ ampliores, luteoli, multiplici texturâ ac proventu foliorum placentes, insertos vides.

Dodon. 147. fol.
Lobel. Obs. 305. Adv. 244.
Lugdunens. 834.
Epit. Matth. Cam. 883. fol.
Hort. Med. 22.
Matth. C. Bauh. 801.
Phytopin. 461.
Germ. Gefüllte Englische Schlüsselblumen.
Tabern. 34. fol.
Cam. Matth. Germ. 404.
Durant. 800.

III

Sanicula montana altera Clusii. Sanicula alpina sive guttata Camer. Caryophyllata seu Geum alpinum recentiorum fol. hederaceo Lobel. Radix nonnihil squamata, crassiuscula, in crebras demissas fibras desinit, emittens folia propemodùm circinatæ rotunditatis, hirsuta, Saxifragæ albæ, aut aureæ dictæ, æmula, altius circumserrata, & aversâ parte subalbida: caulis sesquipedem æquat, pariter hirsutus, in alis supernè ostendens flores, quinis foliis Hyperico similes, sed albos, intùs sanguineis minutis punctulis distinctos, his bifida vascula submittunt semina nigra minutissima.

Clusius 307 fol. lib. 3.
Lobel. 267. Adv.
Lugdunens. 687.
Cam. Epit. Matth. 764. fol.
Hort. Med. 153. fol.
Matth. C. Bauh. 723. fol.
Phytopin. 464.
Germ. Wild Schellkraut/oder weiß Sanickel.
Cam. Matth. Germ. 353. fol.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

CLematis Daphnoides major. Foliis ferè est Laurinis, & secundum pediculum sinuatim formatis, carnosis, perpetuo virore nitentibus, caulibus tenuibus, obsequiosis, sarmentosis, procumbentibus: flores singulatim ad exortum foliorum prodeunt in pediculis tenuibus, & lentis, foliis eleganter cœruleis, ab angustâ basi in latiorem tendentibus, ac summis oris leniter crenatis, constantes: radices albescentes tenuiter fibrantur.

Dodon. 401. | Hort. Med. Cam. 45.
Clus. 121. fol. | Phytopin. C. Bauh. 598. fol.
Lobel. Obs. 360. Adv. 282. | Germ. Groß blaw Jungrûn oder
Lugdunens. 835. fol. | Singrûn.

II

Periclymenum perfoliatum. Sarmenta prolixa, lignosa, subalbicantia, & quandoq; rubescentia, brachiata emittit, mirè & variè se pergulis aptantia, foliis vestita latis, oblongis, mollibus, crassis, dilutè virescentibus, ac subinde sibi invicem connexis, ita ut etiam superiore parte caulis, concavitatem quasi acetabulorum affectent: flores albescunt, suaviter odorati, summis ramulis fasciculatim prodeunt, ex oblongâ, concavâ, fistulosâ specie, in duas particulas divisi, quarum altera latior est reflexa, & veluti oretenus parùm secta, altera oblongam, angustam, prominentem ligulam æmulatur: è medio labrorum exeruntur tenuia staminula aliquot: subnascuntur his marcescentibus baccæ, succiplenæ, ovalis figuræ, rubentes, semina intra pericarpia servantes: radix longis & multis fibris demissis fulcitur.

Dodon. 406. fol. | Epit. Cam. 713. fol. | Germ. Welsch Geißblatt / Speckluljen / Jeunling
Cæsalpin. cap. 11. lib. 5. fol. 207. | Hort. Med. 121. fol. | Tab. 589. f. l. 1. (Waldgilgen / Waldwinden.
Lobel. 357. Obs. Adv. 280. | Matth. Casp. Bauh. 691. | Cam. Matth. Germ. 332.
Lugdunens. 1427. | Phytopin. 600. | Durant. 722.

III

Periclymenum non perfoliatum, Germanicum. Superiori simile est, nisi quòd foliis, sibi invicem oppositis, magis in longitudinem abeuntibus, nec ita arctè ramulos ambientibus, constet.

Lobel. 358. Obs. Adv. 280. | Germ. Teutsch gemein Speckligen / Jelenger je lieber. | Fuchs. 350. cap.
Lugdunens. 1428. fol. | Trag. lib. 2. cap. 96. | Vide etiam autores superiùs citatos.
Phytopin. C. Bauh. 601.

IV

Iuncus Cyperoides paludosus, Iuncus floridus. Gladiolus palustris Cordi. Radix densè fibratur, folia ab uno cespite multa sursùm spectant, Sparganii vel Cyperi ritu angusta, longa, lævia, uti & caules intùs fungosi, sesquicubitales, fastigiatim in umbellam quasi flosculorum, ex albo dilutè purpurascentium, qui tenuibus oblongis pediculis sustinentur, abeuntes.

Dodon. 590. (tomi fol. 553. | Epit. Cam. 781. fol. | Trag. 37. lib. 2.
Cæsalpin. lib. 14. c. 17. nomine Bu- | Matth. C. Bauh. 731. fol. | Tabern. 696. lib. 1.
Lobel. 44. Obs. 44. Adv. | Phytopin. 29. fol. | Matth. Germ. Cam. 361.
Lugdunens. 989. fol. | Germ. Groß blühende Binsen / Cyperschwertel. | Durant. 483. fol.



II.
Epipactis angustifolijs.

III.
Asphodelus Liliaceus.

I.
Fraxinella.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

FRaxinella. Dictamnum album. Radix ex unâ basi, crassis albicantibus fibris demissis, variè divaricatur, & hircinum quid redolet; caules ex eâ prodeuntes firmi sunt, rotundi, decorati foliis Fraxini modo & specie, ex uno nervo conjugatim hærentibus, atroviridibus, duris, ambitu minutè crenatis: superior pars caulis floribus vestitur elegantibus, in albo leviter subrubentibus, è nutantibus quinis foliis oblongis, & liratim venulis dispersis insignitis, & media tenuium staminum reflexorum serie conflatis: semina triquetræ scabræ siliquæ nigra, splendida, rotunda, ac parùm in mucronem vergentia, condunt.

Dodon. 345.
Cœsalpin. 15. lib. 27. fol. 589.
Lobel. 537. Obs. Adv. 410.
Lugdunens. 872. fol.
Clus. 99. fol.
Epit. Cam. 473.
Hort. Med. 55. fol.
Matth. Casp. Bauh. 525. fol. (&c. fol.
Paul. Renealm. specim. hist. plant. 121. & 122.
Germ. Gemeiner Dictam/auch Aschwurtz.
Trag. 7. cap. lib. 1.
Tabern. 450. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 242. fol.
Durant. 324. fol.

II

Epipactis angustifolia. Radices densâ crassarum albescentium fibrarum congerie constant, caulémq; subministrant pedalem, atq; in eo folia Veratri albi specie, sed longè minora, per longitudinem nervata, ab exortu suo, quasi illum circumvolventia: flores in oblongâ quasi spicâ pendebant, è quinis foliis conflati, albidi, & in medio sublutei.

An Helleborin. secunda Clus. fol. 273.
German. Wild weiß Nießkraut.
Et Helleborine flore albo. Tabern. fol. 396.

III

Liliasphodelus, seu Asphodelus Liliaceus, luteo odorato flore. Radix crebris glandulis oblongis, Asphodelinis, cui se aliæ crassæ longiusculæ intermiscent fibræ, prædita est, statim è capite emittens cespitem foliorum longorum, & carinatorum, inter quæ caulis cubito altior, teres, firmus, in summitate flores, Lilii albi æmulos, flavos, odoratos exhibet, successivè se explicantes.

Dodon. sub titulo Lilii non bulbosi, 204.
Lobel. 47. Obs. Adv. 45.
Clus. fol. 137.
Lugdunens. 1590. fol.
Hort. Med. Cam. 89. sub Lilii non bulbosi nomine.
Phytopin. C. Bauh. 113. fol.
Germ. Gelb wolriechend Asphodill Lilien.
Tabern. 348. lib. secundo.



II. Lilium Convallium flore albo

I. Phalangium Alobrogi, cum maius.

III. Lilium Convallium flore incarnato

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

PHalangium Allobrogicum. Folia longa, aliis Phalangiis paulò latiora, ſurrecta, viridia, carinata, ſe invicem inferiùs amplectuntur, atq; ſimul è medio ſui erumpentem caulem rotundum, viridem, cujus ſummitates floribus albicantibus aliquot, Lilium bulboſum flavum quadantenus affectantibus, ex intervallis decorabantur, ſed minoribus, odoratis, & ſtaminibus quibusdam tenuibus reflexis (quorum apices flavi) gracilem ſtylum medium prominentem circumdantibus: radix ab unâ baſi in complures craſſas, oblongas, albeſcentes fibras diffundebatur.

Cluſ. Append. alterâ depingitur.
An Lugd. Phalang. Dalechamp. affine. fol. 852.
Germ. Fremd Spinnenkraut/ oder weiſſer Widerthon.

II

Lilium Convallium majus, flore albo odorato. Radicum tenuium & tenacium, albeſcentium, miris reflexibus, graminis modo, ſe reſtibili fœcunditate propagat, caules emittens dodrantales, binis longis foliis, Polygonatum quodammodò referentibus, præditos, atq; ex inferiore caulium tenui involucro pediculum, ſeu ſtylum longũ, qui ſuperiùs longâ ſerie floſculos multos rotundos, concavos, nutantes, vulgaris Lilii Convallii floribus ferè duplò ampliores profert, quorum labra leviter denticulata & reflexa cernuntur: & poſt flores deinde baccas rubeſcentes, ſemina dura occultantes.

Meminit illius Cam. Hort. Med. fol. 89.
Phytopin. C. Bauh. 1134. fol.
Germ. Groß wolriechend Aapenblumen/ oder Zanecken.
Matth. Germ. Cam. fol. 286. in textu, ubi illi montes Tyrolenſes natales aſſignat.

III

Lilium Convallium floribus rubris. E rubro ad purpureum colorem vergunt flores, & odore minùs valent, cæteris notis ſuperioris familiam refert, & à vulgari tantùm his indiciis differt.

De quo vide Dodon. 205.
Cœſalpin. lib. 5. cap. 34. fol. 225.
Lobel. Obſ. 87. Adv. 61. Icon. 175. ubi noſtrate apponit.
Lugdunenſ. 858. fol.
Epit. Cam. Matth. 618.
Hort. Med. Cam. 89.
C. Bauh. Matth. 632.
Phytopin. 115. fol.
Germ. Rothe Aapenblumen.
Trag. cap. 197. lib. 1.
Fuchſ. cap. 88. (ruit lib. 2.
Tabern. 429. qui etiam hujus iconem inſe-
Matth. Cam. Germ. ubi & noſtratis in ſpecie meminit, fol. 286.
Durant. 524.



II.
Cinnorchis flore purpureo.

I.
Asphodelus maior albus.

III.
Fumaria rubra tenuifolia

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ASphodelus major albus. Haſtula regia, Albucum ſive Albucus Dodon. Radices à baſi in oblongos, plurimos, teretes, glanduloſos, ſucculentos proceſſus diſperguntur, ac erigunt folia multa oblonga, Porro æmula, parùm carinata, viridia, atq; acuminibus finientia: è medio illorum caulis tantùm non ſesquicubitalis, rotundus, procedit, in brachia terna ſuperiùs divulſus, quæ undiq; ſtipant flores, Phalangio ſimiles, candicantibus foliis ſtaminula flaveſcentia ſtellatim obſidentes, quibus capitula orbiculata, ſeminum feracia, ſubnaſcuntur.

Dodon. fol. 206.
Cœſalp. lib. 10. cap. 26. fol. 415.
Lobel. Obſ. 46. Adv. 45. fol.
Lugdunenſ. 1588. fol.
Cam. Epit. Matth. 571. fol.
Hort. Med. 23. fol.
C. Bauh. Matth. 451. fol.
Phytopin. Bauh. 56.
Germ. Weiß groß Aſphodillwurtz.
Tabern. 339. lib. ſecundo.
Cam. Matth. Germ. 194. fol.
Durant. 108. fol.

II

Cynoſorchis flore purpuraſcente. Radices geminas, quarum una marcida, altera ſucculentior, Olivaris formæ, & nauſeoſi odoris, oblongæ, craſſæ fibrarum appendiculæ ſuperiùs nonnihil obtegunt, progreſſæ ex caule palmari, aut nonnunquam altiore, quem inferiùs folia Liliaceis minora & anguſtiora, lævia, dilutè virentia, & ſenſim gracileſcentia involvunt; ſuperiùs ſpica excipit denſiuſcula, oblonga, conſtituta è floribus puſillis, ſupernè galeatis & purpuraſcentibus, cæterâ parte labrorum in quatuor barbulas albicantes, & purpureis punctis diſcretas, divulſis.

Cluſ. 268. fol.
Phytopin. C. Bauh. 118.
Germ. Purpurbraun Knabenkraut.

III

Fumaria rubra tenuifolia. Capnos tenuifolia Hiſpanica. Radix tenuis, annua eſt, caulis angularis, pellucidus, tener, dodrantalis, multiplex, in quo folia multivariis & penè capillaceis ſegmentis, vulgari multò tenuioribus, & pallidioribus, diſciſſa: flores cacumina ramulorum occupant, vulgaris quidem ſpecie, ſed minores, nutantes, maximâ ex parte rubentes, pauco albo, viridi & luteo colore variegati, confertas ſpicas conſtituentes: his ſuccedunt ſemina, è rotunditate oblongiuſcula, exigua, compreſſa, fuſca.

Lobel. Obſ. 438. Adv. 338.
Cluſ. ccviii.
Cam. Hort. Med. 62. fol.
Germ. Roth fremder geſchecketer Erdrauch.
Tabern. 103. fol. lib. 1.



II.
Dorea Narbonensium.

I.
Lilium fatuum.

Unable to display this page



I. Asparagus domesticus. II. Turfus Asparagi.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Vernalium.

I

ASparagus domeſticus. Radices, crebras, longas, craſsas fibras, hinc inde diſperſas, altè demittunt, è multis capitibus, ſibi in vicem cohærentibus, & craſſè ſquamatis, ortas, quæ deindè in turiones ſeu aſparagos luxuriant ſucculentos, teneros, læves, molles, unde demùm, ætatis ſucceſſu, caules ſenſim gracileſcentes, ſesquicubitales, aut altiores, in ramulos tenues multipliciter diffunduntur, quos folia frequentia, brevia, tenuia, & capillacea, longâ ſerie veſtiunt, atq; inter illa flores, tenuibus pediculis affixi, oblongiuſculi, concavi, minuti, ex herbaceo palleſcentes, quibus Ochri magnitudine baccæ rubentes ſubnaſcuntur, intus ſubrotundis inæqualibus ſeminibus nigris turgentes.

Dodon. 691. fol.
Cœſalpin. lib. 5. cap. 26. fol. 217.
Lobel. Obſ. 458. Adv. 353. fol.
Lugdunenſ. 610. fol.
Cam. Epit. Matth. 259. fol.
Hort. Med. 23. fol.
C. Bauh. Matth. 375. fol.

Germ. Zame Spargen.

Trag. 74. cap. lib. 1.
Fuchſ. 17. cap.
Tabern. 515. lib. 1.
Cam. Matth. Germ. 145.
Durant. 104.

II

Thyrſus Aſparagi. Ponuntur hîc ob oculos thyrſi, ſeu novelli turiones Aſparagi, molles, teneri, & quaſi foliorum rudimentis obſiti, ſub quibus maximus pollicarem craſſitudinem duplo æquabat, & aliquantùm compreſſùs videbatur, & ſuperiore parte nutans.

Germ. Spargenkolben.

INDEX

Vernalium plantarum omnium, in quo numerus anterior Ordines, posterior verò folia designat.

A.

Aburnium Plinii Anguillaræ, Ord. arb. & fruticum. fol. 7.

Acetosa Vesicaria peregrina, seu Americana annua quorundam, Ord. 6. fol. 15.

Ord.		Fol.
1	Aconitum Pardalianches Theophrasti.	5
8	Acorus legitimus cum suo julo,	9
8	Acorus palustris Lobel.	7
1	Acus Moschata,	10
9	Albucum, seu Alliucus Dodon.	7
6	Alchimilla,	10
6	Alleluja.	1
4	Allium alpinum serpentinum,	12
1	Ursinum.	10
6	Alsinanthemon Thalii,	12
	Amirberis Arabum, Arbor & frut.	9
	Amygdala cum flore. Arbor & frut.	6
	Anagyris angustifolia, latifolia, } Arbor & frut.	7
1	Anblatum cordi.	1
1	Anemone sylvestris flore albo,	12
1	tenuifolia, flore purpureo violaceo,	
Mala Medica, seu Citria, vulgò sic dicta, cum potius Limonia mala dicenda forent, omnibúsq; doctioribus Herbariis hoc titulo insigniantur. Ramis multis, firmis aculeis armatis, foliis Lauro latifolio proximis, & parùm circumserratis, benè suavitérq; odoratis, ac crebris foraminibus scatentibus, viridibus, constat: flores Arantii mali florum speciem affectant, foris purpurascentes, intùs albidi; quibus subnascuntur poma oblonga, Citriis malis minora, sed inæquali corticis tuberosi specie & colore subflavescente non multùm absimilia, illisq; tenuiore odoratâ albidâ carne distinctam pulpam pellucidam, acidissimam, in qua aliquot semina Malis Arantiis conformia latent, ambientia.

Dodon. 779. | Lugdunens. 301. fol. | Tabern. 660. lib. tertio.
Cœsalp. lib. 3. cap. 59. f. 140. | Cam. Epit. Matth. 149. | Matth. Cam. Germ. 180. fol.
Clus. 6. fol. | C. Bauh. Matth. 206. | Durant. 563. fol.
Lobel. 573. | Germ. Gemeine Citronen/oder bil meh: Limonien.

III

Poma Arantia, ab Arantio Achaiæ oppido, vel ab Araniâ gente Persicâ, sed Aurantia, quæ Virgilio aurea mala dicuntur: Galeno Cestiana mala & Sueton. Martiana mala recentioribus habita &c. Arbor Laurum latifoliam altitudine æquat, aut quandoq; superat, cujus etiam folia æmula fert, sed ampliora, & appendice secundum pediculi initium notata, perpetuò virentia, ut prioris Limoniæ mali folia, firma, & foraminibus undiquaq; pertusa, aromatici odoris: rami virore virentia subalbicant, frequentes, obsequiosi, aculeis aliquot robustis armati, quod potissimùm in sylvestri genere observandum. Summitates occupant flores odoratissimi, quinis carnosis candicantibus perforatis foliis stamina exigua plurima, firmum medium pistillum exertum cingentia, obsidentes: fructus, floribus subnascentes, rotundi, mali mediocris magnitudinem obtinet, rugoso crasso cortice, per maturitatem aurei intensi coloris, intus pulpâ luteâ succum in quibusdam dulcem, modò acidam, vel vinosi saporis, tunicis albis continentes, foventésq; semina anguloſa, albescentia, Limoniis malis conformia.

Dodon. 780. | Lugdunens. 302. | Germ. Pomerantzen.
Cœsalpin. lib. 3. c. 59. f. 140. | Cam. Epit. Matth. 150. | Tabern. 662.
Clus. 7. fol. | Hort. Med. Matth. 24. | Cam. Matth. Germ. 80.
Lobel. 573. Obs. | C. Bauh. Matth. 206. | Durant. 787.



II.
Plantago Rosea

I.
Malus punica flore simplici.

III.
Plantago Rosea spicata

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Æstivalium continens.

I

MAlum Punicum vel Granatum fructiferum. Arbor ad trium ulnarū assurgens altitudinem, foliis saturatæ viriditatis cum nitore, ramusculis rubentibus spinosis, floribus phœnicei coloris, qui, ubi dilatati fuerint, ad coccineum inclinant, cum capillamentis in medio existentibus flavioribus. Mense Iulio florebat, fructus Septembri ferebat, qui in hisce regionibus rarò ad maturitatem veniunt, aliàs ferè trivialis noticiæ, à Cœsalpino benè descriptus.

Dodon. 781. fol.
Cœsalpin. lib. 3. cap. 60. fol. 141.
Lobel. Obs. fol. 565.
Adv. 419.
Lugdunens. fol. 303.
Epit. Matth. Cam. 130. fol.
Hort. Med. Cam. 95.
Matth. C. Bauh. 193.
Germ. Einfache Granatblumen.
Tabern. 737. lib. 3.
Matth. Cam. Germ. 77.
Durant. 565.

II

Plantago rosea latifolia. Vulgatioris Plantaginis (quæ maxima sinuata C. Bauh. dicitur) folia carnosiora obtinet, & nulli non cognita, nusquàm non gentium obvia est, quam etiam seminibus, in singulis conceptaculis multipliciter congestis, pusillis, & radice albicante, multùm fibrosâ, æmulatur: floris eminentem locum folia herbacea innumera, Rosarum ritu in densum orbem stipata, & conglomerata, exornant, miro oculorum spectaculo.

Lobel. Adv. 128.
Lugdunens. 1256.
Epit. Cam. Matth. secundum iconem appositam 261.
Hort. Med. Cam. 128.
Matth. C. Bauh. 375.
Germ. Rosen Wegrich.
Tabern. Plantaginis multiplicis nomine, fol. 403. lib. 2.
Matth. Cam. Germ. fol. 145.
Durant. 767. quoad iconem.

III

Plantago rosea, spicata dicta, ob spicam ex flore, Rosam æmulante, turritim enatam, cum superiore Plantagine ejusdem coloris, à qua nec specie, sed hac tantùm formâ, etiam simul in unâ eadémq; plantâ observandâ, differt.

Germ. Gespitzter Rosenwegrich.



I. Balaustia.

II. Prunus Myrobalanus rotundus.

III. Mala Armeniaca.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Æstivalium continens.

I

BAlaustium. Figurâ & appellatione illâ, sylvestris Mali Punicæ flores exhibemus, nihil nobis obstante Plinio, qui Cytinos sativæ flores denotantes cum sylvestribus confundit. Ramis multis purpurascentibus constat, foliis Chamæcerasi seu Myrti latifoliæ foliis majoribus, & nitidi viroris, sativam æmulantibus, tantùm quòd flores ex calice oblongo, carnoso, ac anteriore parte latiore ac dissecto, erumpentes, multiplici foliorum cinnabarini coccinei, aut verè punicei coloris, serie etiam Rosas centifolias pulchritudine speciosâ antecellant. Plantæ, ab Italicis ramis depactis enatæ, pulchritudine, altitudine matrem superare videntur.

Dodon. 787.
Lobel. Obs. 563. Adv. 319.
Lugdunens. 304.
Matth. Epit. Cam. 130.
Matth. C. Bauh. 193.

Germ. Wild Granatbaum/mit Vollenblumen.
Tabern. 737. lib. tertio.
Matth. Camer. 77.
Durant. 565.

II

Pruna Myrobalana dicta. Arborem, quæ Biturigibus Gallorum Myrobalanorum Chepulorum nomine ostensa fuit, huic nostræ admodùm similem fuisse, Cl. Clusius annotatum reliquit. In satis amplam attollitur magnitudinem, ramis aliis subinde in alios divisis, caudex ille lævis, & quo rami tenuiores, eò tenuiore cortice obteguntur: foliorum figura ferè media inter Prunum & Cerasum, tenera, & circumcrenata: flores candidi & vulgari tenuiores sunt: fructus globosi, in promissis pediculis penduli, initiò virentes, pòst maturitati proximi rubore perfusi, & postmodùm ad saturatè purpureum colorem inclinantes: caro pulposa est, succulenta, gustui blandiens, nucleum mediocrem obvolvens.

Vid. Clus. rarior. plantar. histor. fol. 47.

Germ. Runde Myrobalanen. | Tabern. 698. lib. 3.

III

Mala Armeniaca majora, quæ & mole fructuum & suavitate minora Armeniaca superant, præcocia vulgò indigitata. Veniunt ex arbore per ætatem satis altâ, foliísq; virente, Persicæ Mali æmulis, latioribus & rotundioribus, serratis ambitu, & in summo mucronatis, quaternis & quinis sæpè ab uno exortu emergentibus: flores eandem Persicam malum imitantur, coloris incarnati, è quibus fructus, sine ullo pediculo conspicuo, simul cohærentes, rotundi, & uno latere Amygdalini fructus instar fissurâ notati, ex aureo colore purpurascentes, palato grati, nucleum intus rotundum & aliquantùm compressum condentes.

Dodon. 785.
Lobel. Obs. 596. Adv. 436.
Lugdunens. 297.
Matth. Epit. Cam. 146.
Hort. Med. Cam. 21. fol.
Matth. C. Bauh. 204.

Germ. Groß Marillen/oder Johannspfirschen.
Tabern. 702. f. lib. 3.
Cam. Matth. Germ. 85.
Durant. 555.



II.
Balaustium flore minori
Romanum.

I.
Cistus flore albo.

III.
Cotinus.

Unable to display this page



III. Viola Marina repens.

I. Alcea Syriaca.

II. Cotula Fœtida.

Unable to display this page

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Æstivalium continens.

I

ALcea Syriaca, flore candido. Radiato meditullii umbilico, rubore perfuso saltem prædita est, foliaq; in flore paulò tenuiora candida obtinet, cæteris partibus nullatenùs ab Alceâ Syriacâ vulgatiore discrepat.

A nemine Herbariorum hoc colore florum attingitur.

Germ. Spriſch Baumpappel/mit weiſſen blumen.



II.
Myrtus Tarentina.

I.
Myrtus latifolijs.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS

horti, Icones arborum & fruticum Æstivalium continens.

I

MYrtus latifolia. Myrtus Italorum communis. Myrtus Bætica sylvestris Clusii. Latifoliam dictam voluimus respectu Myrti alterius Tarentini, cum tamen non verè latifolia ratione Myrti Bæticæ domesticæ 1. Clusii existimanda sit. Tricubitatem altitudinem attingebat nostra, cortice ramorum subrufo, illisq; obsequiosis, ac convestitis foliis perpetuis, frequentibus, oblongis, Rusco & Buxo latioribus, mucronatis, crassis, odoratis, in æquali situ locatis, & saturato virore splendentibus, ac, si versus Solem elevẽtur, foraminibus exilibus undiquaq; quasi pertusis: flores pediculi subrubentes à foliorum exortu submittunt, Cerasi floribus formâ minore, candidos, & quinq; foliorum villosa in medio staminula odorata cingentes: his succedunt baccæ oblongæ, in summo apicibus coronatæ, demùm nigricantes, quæ intus copiosis seminibus, triplici septo distinctis, seu parvis osseis granulis incurvatis, albidis, refertæ sunt.

Vid. Dodon. 760. fol.
Cœsalpin. lib. 3. cap. 49. fol. 127.
Clus. 66.
Lobel. Obs. 559.
Lugdunens. 237.
Cam. Epit. Matth. 132.
Hort. Med. Cam. 104.
C. Bauh. Matth. 195. fol.
Germ. Breitblätterichter Welscher Myrtenbaum.
Tabern. 760. lib. tertio.
Cam. Matth. Germ. 71.
Durant. 625.

II

Myrtus Tarentina. Minoribus, & Buxo magis angustis foliis est, æquè tamen crassis, rigidis, & saturatè virentibus, sed crebris quasi foraminibus pertusis, confertim magis ramulos suos amicientibus: flores paulò inferiores præcedente sunt, formâ non dispares, uti & fructus, pluribus apicibus coronati. Familiarior magis hortis Germaniæ est aliis Myrtorum speciebus, utpote quæ, ramulis terræ impactis, faciliùs radices agat.

Clus. fol. 67. sine icone.
Lugdunes. 237.
Cam. Epit. Matth. 133.
Hort. Med. Cam. 104.
C. Bauh. Matth. 195.
Germ. Tarentinischer Myrtenbaum.
Cam. Matth. Germ. 72.
Durant. 627.


I
Gelsiminum Cataloni cum.
II
Mairana latifolia.
III
Euphrasia ramosa pratensis flore albo
IV.
Euphrasia minus ramosa flore ex cæruleo purpurascente

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Æstivalium continens.

I

GElsiminum Catalonicum, vel Chamægelsiminum grandiflorum peramœnum, Cam. E surculosis ramosis dispersis radicibus emittebat caudicem lignosum, variè rimosum, è fusco nigricantem, & brachia ramosa versus pollice crassiorem, cujus caput à se diffundebat virides plurimos læves ramos, in quibus folia, ex adverso sibi opposita, costæ longæ conjugatim cohærentia, Iasmino seu Gelsimino luteo rotundiora, & minus crassa, viridia; præter ea quæ, in summo eminentia, in acutum quandoq; mucronem fastigiantur: flores ramorum vertices promunt, tenuiter laciniatis angustis caliculis suffultos, Iasmino dicto quidem similes, sed multò grandiores, quina folia lata, supinâ parte candida, pronâ subrubentia, producentes, odoris suavissimi: semina non observata prætereunda duxi. Insitione in Vulgare propagandum scribunt.

Lugd. Iasmini Punicei Dalechamp. nomine, fol. 1431. | Hort. Med. 64. | Cam. Epit. Matth. 37. | (mit grossen blumen.
Germ. Fremd Veilreben/oder Catalonischer Jasmin

II

Majorana latifolia. Tantùm in latitudine foliorum, & ramis vegetioribus, capitulis florum rotundioribus, discrimen repositum esse videtur.

Germ. Breitblätterichter Majoran.

III

Euphrasia seu Euphragia ramosa, pratensis, fl. albo. Caule multiplicatur ab unâ radice, ramoso, & foliorum Veronicâ fœminâ minorum, rotundorum, crenatorum magis quàm cristatorum, viridium, minùs densè sitorum; floribusq;, luteo umbilico albicantibus, à sequenti discrepat, & pratis lætioribus multùm familiaris est.

De Euphrag. vulgari Dodon. 54. | C. Bauh. Matth. 721.
Cœsalp. lib. 8. cap. 34. f. 339. | Phytopin. Bauh. 445.
Lobel. 261. Obs. Adv. 210. | Germ. Staudechter Augentrost mit weissen blumen.
Lugdunens. 1167. | Trag. 108. cap. lib. 1.
Cam. Epit. Matth. 767. | Fuchs. 91.
Thal. Harcyn. Saxono-Thuring. f. 40. qui ad nostram alludere videtur. | Tabern. 535. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 356.
Durant. 367.

IV

Euphrasia, minus ramosa, flore è cœruleo purpurascente. Radice suffulciebatur singulari, tenui, caulem erigens spithamæ altitudinis, stipatum frequentissimis cristatis, subrotundis, è virore nigricantibus foliis, inter quos flores eminebant, Ocimi penè effigie, sed labris dissectis, præter umbilici maculam nigricantem, è cœruleo purpurascentes; semina in parvis subsequentibus capitulis, minuta, albescentia, occultantur.

Germ. Augentrost/mit purpurblawlechten blumen.



I. Strichnodendron. II. Linaria Styriaca.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones arborum & fruticum Æstivalium continens.

I

STrychnodendron Pseudocapsicum Dodonæi. Amomum Plinii Italorum, & Solanum arborescens Belgarum Lobel. Frutex est bicubitalis, radicis lignosæ, oblongæ, albescentis, ramos frequentes, saturato virore liventes, surrigens, circa quæ crebra folia Piperis Indici minoris, angusta, & in ambitu quorundam leviter quasi circumrosa, mucronata: flores inter folia tenuibus singularibus hærent pediculis, candicantes, Solani floribus aut Piperis Indici æmuli, quibus subnascuntur baccæ Corallii modo, per maturitatem rubentes, Cerasi parvi magnitudine, in succulentâ pulpâ foventes semina plana, alba Solanorum.

Dodon. 706.
Lobel. Obs. 136. Adv. 103. & 104.
Lugd. Solani Americani Dalechampii nomine, 599.

Germ. Baummichter Nachtschatten/ auch Corallenbaum.

Tabern. 281.

II

Linaria Styriaca repens. Radiculæ tenues, annuæ, exiguæ, albescentes, plures cauliculos infirmos effundunt, sesquipalmares, vestitos foliis carnosis, angustis, oblongis, Linariâ vulgari minoribus, brevioribus, è cæsio virentibus, frequentibus: flosculi summitates virgularum occupant, vulgaris floribus conformes, purpureocœrulei, elegantes, ad violaceum colorem accedentes, post quos capitula oriuntur rotunda, membranacea, firma, semina compressa, parva, nigra Linariarum continentia.

Clus. 322. fol.
Et Osyris purpureocœrulea repens.
Lobel. Adv. 176.

Germ. Vngerisch Leinkraut/ mit Violbraunen blumen.

Tabern. 496. Linariæ Pannonicæ secundo nomine.

PRIMVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



III. Digitalis flore luteo.

II. Digitalis flore incarnato.

CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

HErba Paris seu Solanum tetraphyllum,& Vva lupina Lobelio, Vva versa,& Solanū monococcon Gesnero dicta.E radice transversâ,& summo cespite variè sparsâ,fibrisque capillatâ,caulis exurgit unicus,duos palmos altus:in cujus plus quàm mediâ parte quatuor folia, decussatim sibi mutuò respondentia, panduntur, (nonnunquam terna,rarò quina, rarissimè sena observari possunt) lata,nigricantia, aliàs Virgæ sanguineæ penè congrua: flos summitatem caulis obsidet stellatus,pallidè herbaceus,cujus marcescentis apex acinum purpureonigrantem promit,Solani lethalis baccis non absimilem: sustentum quatuor substratis angustis foliolis; semina verò alba,parva,Halicacabi, intra se cōdentem.

Videndus Lobel. in Adver. 105. pag.
Observ. 137.
Icon. pag. 267.
Dodonæ. in primâ edit: quæ est in octa. de herb.
Deleter. fol. 327. cap. 15.
Mat. C. Bauhini, fol. 772 & 767.
Casp. Bauhin. Phytopin. fol. 798.
Lugd. pag. 1315.
Camer. in hort. 118. pag.
Thal. in Sylv. Saxonothuring. fol. 57.
Germanicè, Wolffsbeer/ Sternkraut Einbeer.
Matth. Camer. 382. fol.
Tabern. lib. secundo, cap. 6. fol. 391.
Trag. lib. primo. cap. 102.
Fuchs. cap. 30.
Durant. fol. 448.

II

Digitalis flore incarnato seu dilutè purpureo. Radice firmatur non profundè dimissâ,crassis fibris multifidâ: caulem folia Verbasci,sed minora,nec tam lanuginosa,alternatim vestiunt: suaviter virentia & crenata: ab ejus verò medio usque ad summum uno è latere eleganti serie conspiciuntur flores deorsum nutantes, ex purpureo candidi, seu incarnati,oblongi,& dactyliothecis non dispares: intus cavi & leviter hirsuti,ac punctati. His succedit in rotundis pericarpiis semen pusillum,obscurè rubescens.

Describ. Dod. in primâ edition. inter Coronar. plant. fol. 42. cap. 11.
Lobel. Obser. pag. 308. Adverſ. 245.
Camer. in hort. 55.
Germanicè, Leibfarbe Fingerhütt.

III

Digitalis flore luteo, radice est magis perenni, magisque fibrosâ, caule cubitali, foliis angustioribus,per longitudinem venosis, glabris, nigricantibus,& in margine nōnihil serratis,ac subtus albicantibus: flores obsoletè lutei, citra ullas puncturas, deorsum penduli: semina subsequentia parva sunt, & pallidè rubentia, superioribus paulò majora, cæteróquin formâ æquali.

Videatur Dodon. Coronar. stirp. fol. 42.
Lobel. Adver. 245.
Lugdunenſ. pag. 831.
Camer. in horto, 55.
Thal. in Sylv. Saxonothuring. 38.
Casp. Bauhini in phytopin. 465.
Germanicè, Gelbe Fingerhütt.
Trago lib. secundo, cap. 125.
Fuchs. cap. 345.

III.

Hieracium peregrinum.



II.

Digitalis flore rubro.

I.

Digitalis flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

DIgitalis, foliis suaviter virescentibus, lanuginosis, ut & caule: floribus nive candidis, ab interiore parte hirsutis, nigris punctis intercursantibus, constans.

Germanicè, Weiſe Fingerhůte.

II

Digitalis, folia obscurè virentia & lanuginosa habet, flores autem purpureos, interius iisdem nigris punctis insignitos & pictos.

Hæ plantæ mense Iunio Anno 1611. conspiciebantur bicubitales.

Descriptiones harum sunt apud

Dodon. fol. 169.
Lobel. Adversar. fol. 245.
Dalechamp. fol. 831.
Camer. in horto Medico, fol. 55.

Germanicè, Rothe Fingerhůte.

Leonh. Fuchs. cap. 344.
Tabernæmont. fol. 270. lib. secundo.

III

Hieracium latifolium, peregrinum, Phlomoydes, caule oblongo, & foliis lanuginosis, subviridis coloris, flore pleno, obscurè croceo: vulgus herbariorum vocat Piloſellam majorem, repentem, flammeam.

Germanicè, Wůllen Habichkraut.



III. Medium flore cœruleo.

I Valeriana Rubra.

II. Medium flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

VAleriana rubra, quæ aliis Narcissus Virgilii & Columellę, aliis Been rubrum censetur, ex radice beneolenti, & mediocriter crassâ longáque, caulem emittit rotundum, & longa post intervalla brachiatum, ad exortus foliorum geniculatum: folia utrinq; bina pari situ huic affiguntur, supernè virescentia, subtus verò pallidiora, ex lato in acutum tendentia: fastigiis ramulorum flores, denso stipatu in muscario digest, iprodeunt creberrimi, hilari rubore micantes & caudati, Valerianæ vulgaris figurâ: quibus succedunt semina, floccis plumosis in summo notata.

Dodon. lib. tertio, cap. 22.
Lobel. Obser. 184. Adverſ. 144.
Lugdunenſ. lib. decimo, fol. 1187.
Camer. horto, fol. 176.
Matth. Epitome, fol. 24.
Matth. Casp. Bauhini, fol. 41.
Casp. Bauhin. Phytopin. fol. 386.
Cœsalpin. lib. quarto, cap. 5.
Germanicè, Frembder rocher Baldrian/ gespölerter Baldrian.
Tabernæmon. lib. primo, fol. 571. Icon. 168.

II

Medium seu Viola mariana, foliis virentibus, & caule hirsutis flore albo, stamina candidiora habet.

Germanicè, Weiſe Marienglocken.

III

Medium Dodonæ: Viola mariana, foliis iisdem uti prædicta, floribus ex cœruleo purpureis, cum staminibus item ex cœruleo albicantibus: Flores ejus sunt capacitatis, ut unus capiat liquoris uncias duas.

De his scribunt Dodon. fol. 165.
Lobel. Adver. fol. 157.
Cluſ. lib. quinto, fol. 25.
Dalechamp. fol. 825.
In Epitome Camer. fol. 729.
Camer. in horto Medico, fol. 98.
Matth. Casp. Bauhini, fol. 699.

Germanicè, Blawe Marienglocken.
Im Teutſchen Matthiol. Camer. fol. 414.
Castor. Durant. fol. 1044.
Tabernæmont. fol. 33. lib. secundo.



I
Medium flore purpureo.

II
Pseudomelanthium flore rubescente.

III
Pseudomelanthium flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MEdium flore purpureo, seu magis è cœruleo purpurascente, quod Herbariorũ plęrisq; cum Medio vero Dioscorideo, cui folia Seridis ex versione Oribasii tribuuntur, convenire visum: sed magis ad descriptionem Dioscoridis accedit Ravvolffianum illud, ab eo in monte Libano inventum; nisi foliis Cichorii Spontanei instar dissèctis, non admodùm dispar nostro; cui folia Intubo minori sativo similia sunt, aut Cichorio luteo Tabernæm. hirsuta tamen & per ambitum tenuiter crenata, in bicubitalibus ab radice lignosâ & candidâ caulibus, & pluribus ad latera brachiatis emissis virgis; quarum summitates campanulæ oblongę in cœruleo lætè purpurascentis coloris, & in extremis oris senis aut quinis incisuris expansæ, occupant. Styli in medio quinquangulares, in duo aut tria post stamina desinentes: sub quibus cauliculi angulares membranacei, asperi, quinque loculis distincti, semina condunt parva, spadicea, quæ facilè se sparsa propagant.

Dod. stirp. Coron. Ed. in oct. c. 7. f. 29.
Lobel. Obser. 175. Adverſ. fol. 138.
Lugdunenſ. lib. septimo, ca. 16. fol. 825.
Cœsalpin. lib. nono, cap. 28. fol. 385.
Cluſ. lib. quinto, fol. CLXXIII. depictum, non descriptum.
Matth. Casp. Bauhini, 699. fol.
Epitome Matth. fol. 729.
Horto Camer. fol. 98.
Phytopin. Casp. Bauhin. 143.
Germ. Tabern. secundo lib. 12. cap. fol. 52.
Matth. German. Camer. 414.
Durant. 1044.
Germanicè, Purpurbraun Glockenblumen.

II

Pseudomelanthium, Nigellastrum Dodon. Lolium perperàm Fuchsio, flore rubescente. Caulis est ultra cubitum altus, ex radice tenui, singulari, annuâ, prodiens, rectus, rotundus, pilosus, æque ac folia ejus, æquali situ ex adverso bina semper affixa, Pśyllii figurâ, sed acuminata & latiora: calix florũ oblongus & striatus in quatuor barbulas solvitur, quibus flos incumbit è purpureo rubescens: semina succedunt pulla Lychnidum.

Dod. Coronar. plant. cap. 14. fol. 49.
Lobel. Observ. 25. Adverſ. Icon. 38.
Lugdun. libro quarto, cap. 33. fol. 438.
Cœsalpin. libro sexto, cap. 43. fol. 253.
Matth. Epitome Camer. fol. 554.
Matth. Casp. Bauhini, fol. 582.
Phytopin. Casp. Bauhini, fol. 585.
Thal. 86.
Germ. Trag. lib. septimo, cap. 40. pag. 127.
Fuchſ. cap. 44.
Taber. libro secundo, cap. 2. fol. 10 & 13.
Matthi. Germ. Camer. libro tertio, cap. 67. fol. 277.
Durant. fol. 586.
Germanicè, Baden mit rothen blumen.

III

Pseudomelanthium flore albo.

Tantùm floris colore à superiore variat.
Germanicè, Baden mit weisen blumen.



I.
Medium flore argenteo.

II.
Lychnis Sylvestris.

III.
Lychnis Sylvestris flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MEdium flore argenteo, variat tantum colore florum subalbido, & quasi argenteo, cætera nihil à reliquis speciebus differt.

Germanicè, Marienglocken mit Silberfarben blumen.

II

Lychnis sylvestris flore albo, nona Clusii, Lychnidum familiam, quæ 33. plantarum Cl. C. Bauhino ferax putatur, & hæc planta auget; cujus à radice obliquâ, fibrosâ & perenni, crebra eriguntur folia, paulatim in latitudinẽ vergentia, & summitatibus acuminata, viridia, aliquantum villosa: inter quæ caulis pedalis, aut procerior, foliis aliis binis, sensim brevioribus, ex adverso in latiore pediculo sitis, cingitur: summæ virgæ in oblongis ramulis ostẽdunt striatos florum cauliculos, sustinentes quina bifida usque ad umbilicum mucronata alba foliola, quorum apex pariter quinis staminulis eminentibus insignitur, folia verò facilè præ marcore se contrahunt & convolvunt, & tabescentes locum faciunt oblongis striatis vasculis, quæ referta sunt seminibus parvis nigrocinereis, aliarum Lychnidum vice.

Clus. rar. plantar. hist. lib. tertio. C. 3. fol. 291.

Germanicè, Wild Margenrôslein oder wild Himelrôslein.

Tabernæmont. libro secundo, cap. 2. fol. 10.

III

Lychnis sylvestris flore albo, quæ Behen album, & Polemonium, ac papaver spumeum dicitur, plerisq; suis partibus superiori non dispar, præter lævorem, & pallidum foliorum virorem, & florum tumentes albidos utriculos, ac lineás inæquales quasi vermiculatás. Flos albus est, & foliis pluribus: radix æquè alba. Semina nigrocinerea.

Lobel. Observ. 184.
Icon. 340.
Adversar. 143.
Lugdun. lib. decimo. C. 58. fol. 1186.
Camer. in Horto Med. fol. 117.

Germanicè, Weis Behen/Splyspettel.

Trago pag. 130. lib. primo, cap. 40.
Tabernæmon. lib. secundo, C. 2. fol. 11.



II. Cervicaria hortensis flore cæruleo.

I. Cervicaria maior sylvestris.

III. Cervicaria hortensis flore alb

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CErvicaria major sylvestris, quarta species Dodonæo, quam Cervicariam marinam vocare maluit. Foliis Cervicariam sequentem æmulatur, nisi quòd angustiora sint, & nervis magis per longitudinem excurrentibus insignita: ambitu quoq; leniter crenata, sine petiolis in caule aliquot adnatis virgis ramoso hærentia: circa tamen ejus medium subindè minora fiunt, & postmodum strictissima. Sub iisdem tam in alis, quàm in caule, quasi oblongo thyrso, racematim longâ & continuâ inæquali serie exhibentur flores purpureocœrulei, calathi figurâ, plantâ sequente minores, sed illi non dissimiles. Seminum forma cum illa convenit. Radix verò candida & oblonga, obliquas fibras hinc & inde spargens, aliquantum discrepat.

Dodon. de rap. sylvest. fol. 33. fol. verò pag. 164.
Lobel. Adverſ. 139.
Lugdun. fol. 829.
Casp. Bauhin. in Phytopin. fol. 142.

Germanicè, Wild Purpurblaw Halßkraut oder Glöcklein.

II

Cervicaria hortensis fl. cœruleo, in hortos plurimos recepta fuit, licet æquè ac superior spontanea sit. Folia Vrticam referunt, ex viridi nigricantia, aspera, serrata & in acumẽ desinentia prodeunt è caule sesquicubitali, anguloso, aspero, hirsuto, in cujus alis flores exeunt deorsum nutantes, coloris dilutè cœrulei, paulò priore majores, in ambitu quinis incisuris divisi. Semina illi sunt minuta, plana rubescentia Violæ Marianæ. Radix alba, firma & lignosa, satis profundè demittitur, vivax, sed non instar superioris serpit.

Dodon. de plant. Coron. fol. 31.
Lobel. Observ. 176. Icon. 326. Adverſ. 139.
Cœsalp. lib. 9. cap. 29. (sub nomine Archangelicæ) fol. 386.
Phytopin. Casp. Bauh. 142.

Germanicè, Blawe wilde Glockenblumen.

Trago lib. secundo, cap. 147.
Fuchs. cap. 146.
Tabernæmont. lib. primo, fol. 121. Cervicariæ majoris secundæ nominis.

III

Cervicaria hortensis flo. albo, florum tantum colore candido à superiore descripta discrepat.

Germanicè, Weisse wilde Glockenblumen oder Halßkraut.



III. Muscipula flor' rubro. I. Pyramidalis Lutetiana. II. Muscipula flor' albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

PYramidalis Lutetiana, seu Campanula major lacteſcens Lobelii. Caulis, ternos cubitos altus, ſurrectus, plurimo lacteſcente ſucco (veluti tota planta) refertus, foliis, impari & continuo ordine in longis pediculis a' ſe exeuntibus, ſuperbit, lævibus, glabris, atrovirentibus, & ab acuto angulo, per mediam partem latiorem, in mucronem deſinentibus, atque per ambitum modicè ſerratis: quæ tamen à medio caulis usq; ad ſummum anguſtiora ſubindè redduntur, & juxta exortus ſuos crebros poſt ſe habent in oblongis pediculis ſurrectis, breves foliaceos caliculos, ſuſtinentes flores cymbalares cœruleos, Campanulæ Perſicifoliæ æmulos. Sed tota planta, è latitudine in acutum paulatim faſtigiata, pyramidalem figuram, unde etiam illi nomen, obtinere videtur. Radice conſtat craſsâ, fibrosâ, & facilè etiam fragmentis propagandâ. Semina obſoletè atrorubentia ſunt, Medii ſemina referentia, ſed valdè minuta.

Lobel. in Obſer. fol. 177. Icon. 327.
Cluſ. qui Iconem tantùm poſuit, rar. plant. hiſtor. lib. 5. cap. LV. fol. CLXXII.
Lugdun. lib. octavo, fol. 827.
Hort. Med. Camer. fol. 33.
Phytopin. Caſp. Bauhin. 139.
Germanicè, Blawe Wilchglöcklein.
Tabernæmon. lib. ſecundo, cap. 13. fol. 33.

II

Muſcipula flore albo, Viſcaria ſativa Tabernæ: Radix annua, lignoſa, ſingularis, fibroſa, caulem apud nos emittit cubitalem, & quandoq; minorem, teretem, glabrum, per intervalla geniculis interceptum, è quibus ſingulis, hunc folia oblonga, ſatis ampla, acuminata, & in diluto virore, quaſi leviter candicantia, bina ordine æquali diſpoſita, arctè cingunt: ſuperiùs in aliquot tenues alas dirimitur (mediâ parte tam glutinoſo liquore oblitas, ut plerunq; muſcæ & alia minuta inſecta illic adhæreant) quarum faſtigia quaſi in umbellam faſciculatim coguntur, è floſculis pulchris, ex oblongis & anguſtis cauliculis prodeuntibus, & quinis foliolis albis conſtantibus, congeſta. Semen in oblongis membranaceis vaſculis ſuccedit parvum, ſubrotundum, cinerei coloris.

Autores vide paulò inferiùs.
Germanicè, Weiß zam Leimkraut.

III

Muſcipula flore rubro, coloris tantùm varietate à ſuperiore diſcrepat, vulgatioris tamen notitiæ ſola tantùm ab autoribus proditur.

Dodon. de ſtirp. coron. in octav. edit. cap. 20. fol. 75.
Lobel. in Obſerv. pag. 242.
Cluſ. lib. tertio, cap. 3. fol. 289.
Lugdun. lib. ſeptimo, cap. 8. fol. 809.
Hort. Medic. Cam. 105.
Phytopin. Caſp. Bauhin. fol. 387.
Germanicè, Roth zam Leimkraut.
Tabernæm. lib. 2. fol. 16. Icon. fol. 500.



III.
Campanula alba persicifolia.

I
Chamænerion.

II.
Campanula cærulea persicifolia.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CHamænerion & Epilobium Gesnero, cui & Antoniana, sive Sancti Antonii herba maxima dicitur (Aliis filius ante patrem, à siliquis præcocibus, quæ incremento suo florum eruptiones antevertunt, quasi soboles parente prior) Duplex plerunque obvia est: Angustifolia & latifolia, quæ nostra est, & sæpè bicubitali aut tricubitali altitudine frutescere videtur. Foliis constat prorsus integris, salignis, alternatim inhærentibus cauli, cujus summitates paulatim in thyrsum abeunt; & pediculis suis tenuibus exhibent siliquulas longiusculas, teretes, obsessas quatuor foliolis angustissimis, quæ sustinent vicissim flosculos rubescentes quaternorum foliorum, multis in medio staminibus insignes. Decidentibus his siliculæ in quatuor particulas dehiscunt, semen minutissimum rubescens tenui pappo affixum effundentes. Radix perennis est, & germinibus se latè multiplicat.

Videatur Dodon. fol. 85.
Lobel. Obser. 186. Adverss. 145. qui tamen, ut alii pleriq;, angustifolium depinxit.
Lugdun. lib. nono, c. 42. fol. 1060. & sub nomine Onagræ lib. septimo, cap. 37. fol. 865.
Hort. Camer. fol. 93.
Clus. lib. quarto, fol. LV.
Casp. Bauh. in Matth. sub titulo Chamædaph. fol. 842. falsò ejus iconem posuit.
Phytop. Casp. Bauhin. fol. 468.
Germanicè, Rothe Weiderich Röslein.
Tabernæmon. 525. lib. quarto.

II

Campanula Persicifolia & Phytevma Matthioli fl. cœruleo. Radicibus exurgit non profundis, at germinatim se spargentibus, albis, fibrosis, è quarum capitibus proveniunt folia angusta, oblonga, Nerii, leviter serrata, & obscurè virētia: inter ea caulis attollitur bicubitalis, parùm striatus, raro intervallo vicissim folia sensim minora, & post illa flores in singulorum pediculorum summitatibus foliaceis exhibens, cymbalares, Medio seu Violæ marinæ, præter calathum breviorem, non impares, orificii ambitu dissectos, & candidis intus staminibus conspicuos, & saturatè cœruleos. Semina sequuntur in parvis perforatis Rapunculi capitulis, nitentia, perexigua.

Dodo. 166. Lobel. Observ. 177.
Adversar. 139.
Cœsalp. lib. nono, cap. 30. fol. 586.
Lugdun. fol. 827
Clus. lib. quinto, fol. CLXXI.
Matthiol. Casp. Bauhin. 827.
Thal. sub nomine Rapunculi campanulati Nerii fol. pag. 95.
Phytopin. Caspar. Bauhin. fol. 139.
Germanicè, Blawe Feldglöcklein.
Tabernæm. lib. secundo, fol. 33.

III

Campanula Persicifolia Lobel. flore albo, quo floris colore unicè à superiore differt.

Germanicè, Weiß Feldglöcklein.



III. Antirrhinum Sylvestre.

I. Antirrhinum flore albo.

II. Antirrhinum flore rubro

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ANtirrhinum majus flore albo, radicem obtinet lignosam, biennalem,caules cubito altiores,ramosos; in quibus usq; ad fastigium,continuato provētu, sed inordinato situ,emicant folia atrovirentia seu Linariæ, seu Leucoii potiùs; quamvis paulò latiora; ipsi verò,pariter ac eorum virgæ laterales, superbiunt floribus albescentibus, quasi spicatim locatis,utriculatis, prope pediculos foliaceos angustioribus, superiori verò parte capacioribus, & totâ figurâ leonini vel canini rictus concluſi speciem referentibus. His marcidis substituuntur capitula oblonga, tenui stamine primitùs in summo notata, initiò virescentia, & postmodùm ex obscuro nigrore pallescentia, foraminosa, & canini capitis sceleto similia,referta semine nigro exiguo,unde facilè suum genus propagat.

Germanicè, Löwenmeuler mit weissen blumen.

II

Antirrhinum flore rubro, vulgatioris notitiæ est, & tantùm floris colore rubro discrepat.

Germanicè, Löwenmeuler mit rothen blumen.

III

Antirrhinum sylvestre Phytevma Dodon:& Orontium: multùm similitudinis cum superioribus habet,sed multo brevius est,& modicè hirsutum: cauliculo,qui æquè ac radicula tenuis est,affiguntur utrinq; bina foliola,Linarię oblonga,angusta,subhirsuta: ex horum se subinde multiplicantium sinubus oriuntur flosculi, antirrhinis prioribus pares, licet exiliores, coloris pallidè rubescentis. Capitula quasi in apice, caduco & tenuissimo stamine insignita, non sunt disparia, breviora tamen,& superius perforata,calvariam simiæ referentia,intus plena copioso semine,exiguo,nigro.

Dodon. fol. 282. Edit. octav.
Lobel. Obser. 221 & 222. Adverſ. 175.
Cœsalp. cap. 52. lib. octavo, fol. 550.
Lugdun. 1259 usque 1541.
Hort. Camer. 18.
Epitom. Camer. 920 usque 925.
Matthiol. Casp. Bauhin. fol. 829.

Germanicè, Grant Geerckkraut.
Matthiol. Camer. 416.
Tabernæmon. 522 & 523.
Durant. 71 & 72.



III.
Anthirinum flor' albo oris rubentibus.

I.
Anthirrinum flore albo oris rubris.

II.
Anthirrinum flor' albo oris luteis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ANtirrhinum flore albo, oris rubris, hac tantùm coloris notâ à prædictis Antirrhini majoris speciebus differens.

Germanicè, Weiß Löwenmeuler mit rothen Rachen.

II

Antirrhinum flore albo, oris luteis, æquè ac superior oris luteis tantùm variat.

Germanicè, Weiß Löwenmeuler mit gelben Rachen.

III

Antirrhinum flore albo, oris rubentibus. Variat & hoc oris saltem rubentibus, cæteroquin priorum familiam nullis notis abnegat.

Germanicè, Weisse Löwenmeuler mit röchlicheen Rachen.



I.
Aconitum Lycocto
num flore Delphinij.

II.
Aconitum Lycoctonum
flore luteo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AConitum Lycoctonum flore luteo, aut potius è luteo pallescente, quam Cl. D. Bauhinus in monte Muteto flore albo observavit. Folia profert ampla, atrovirentia, viticea, Geranii Batrachoidis modo altè laciniata, sed incisuris latioribus præditа. Inordinatè autem ambiunt caulem cubito altiorem, superiori parte ferè nudum, & adnatis ramorum in thyrsos divisum. Flores his adfiguntur luteopallidi, Anthoræ floribus minores, formâ non impares. Floribus succedunt cornicula trigona, in uno pediculo simul cohærentia, Aquilegiæ corniculis æqualia, quæ semina nigra, angulosa & rugosa complectuntur. Plantam sustinent radices numerosæ, variè sparsæ, nigricantes, multis fibris convolutæ, perennes.

Lob. Obs. 386. Adver. 301. Icon. pag. 627.
Cœsalp. cui Napelli secundū genus floribus pallidis est. lib. 13. c. 32. f. 585.
Lugdun. 1739. f. lib. 17.
Clus. lib. 5. c. IX. f. XCIV. Icone tantū positâ.
Hort. Cam. fol. 4.
Epit. Cam. fol. 827.
Matth. Cas. Bauh. lib. 4. 763. fol.
Thal. Sylv. Hercyn. Saxonothuring. fol. 7.
Phytopin. C. Bauh. fol. 332.
German. Wolffswurtz mit gelben blumen.
Trag. sub nomine Lupariæ, lib. 1. c. 82. fol. 247.
Taber. lib. 2. c. 8. fol. 284.
Fuchs. c. 30.
Camera. in Mathio. German. 76. f. 380.

II

Aconitum Lycoctonum flore Delphinii latifolium, à Clusio & depictum & descriptum, sub Aconiti Lycoctoni Delphinii facie Silesiaci I. nomine. Superioris propemodùm formam æquat. Folia subhirsuta sunt, Platani divisurâ caulis glaber, æque altus ac prior, sed quasi tenui polline, & attactu facilè detergendo, conspersus, qui spicatim flores caudatos, sursùm versos, & aliquātùm recurvos, interiùs cœruleos, exteriùs purpureos ostendit, Consolidæ regali, nondum penitùs apertæ, æmulos. Flores excipiunt siliquosa superioris Aconiti trigona capitula, referta seminibus rugosis & inæqualibus, fuscis. Radix est crassa, tuberosa, graveolens, fibrosa, è suo latere nova germina emittens.

Clus. histo. plan. lib. 5. c. 9. f. XCV.
Phytopin. C. Bauhin. f. 332.
German. Blawe Schlesische Wolffswurtz.



III. Napellus flore variegato. I. Antora. II. Napellus Arborescens

Unable to display this page



II.
Tragopogon flore luteo.

I.
Linum sylvestre flore cœruleo

III.
Tragopogon purpureum

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LInum Sylvestre flore cœruleo, ê radicis lignosæ candicantis, parúmq; fibrosæ, capite, folia lino angustiora & numerosa cauliculos, pedem altiores, crebros, graciles, teretes, inæqualiter cingunt, usq; ad summa fastigia ramulis divisos, quorum pediculis tenuibus, oblongis, insident flores caduci, sativo lino pares, saturatè cœrulei, foliis quinis totidémq; staminulis apicibúsq; mediis constantes. Semina conduntur in rotundis capitulis, oblonga, parva, fusca, nitentia, sativi lini seminibus respondentia.

Lobel. Obs. pag. 226. Icon. p. 413.
Lugd. lib. 4. f. 495.
Clus. plant. hist. lib. 3. c. 16. fol. 319.
C. Bauh. in Matth. Lat. f. 335.
Cam. in Ep. Matth. f. 202.
Cam. in Hort. f. 90.
Phytop. C. Bauh. fol. 403.
Germ. Klein blaw wild Leinkraut.
Trag. pag. 337. lib. 1. c. 117.
Taber. lib. 2. f. 494.
Matth. Germ. Cam. lib. 2. c. 17. f. 117.

II

Tragopogon seu Barba hirci, flore luteo. Radix singularis, unica, &, ceu tota planta, lacteo succo turgida, folia depromit viridia, graminea, Phalangii instar, sed longiora; quæ caulem inordinatè sinubus suis amplectuntur; superiùs in adnatá divisum, quorum extremitates ex oblongis caliculis, & in summo foliaceis, flores emittunt aureos, frequenti foliorum serie constantes. Sereno cœlo (Scorzoneræ & aliorum Cichoraceorum vice) Solem versus panduntur: nubiloso, calicibus contractis sè occludunt. Florum marcidorum caput postmodùm circumdat papposa cæsaries, semina sub se continens oblonga, striata, è fusco pallescentia.

Dodon. Pempt. 2. lib. 3. c. 13.
Lobel. Obs. 297. Icon. 550.
Lugd. l. 9. c. 61. f. 108 & 1079.
Cœsalp. lib. 13. c. 23. f. 517.
C. Bauh. in Matth. Lat. 410.
Cam. in Epit. Matth. f. 312.
Cam. in hort. f. 27.
Phytop. C. Bauh. 536.
Germ. Gelb Bockebart/Josephsblum.
Trag. pag. 288. lib. 1. c. 94.
Tabern. l. 2. c. 17. f. 297.
Fuchs. 318. cap.
Matth. Germ. lib. 2. c. 72. f. 166.
Cast. Durant. f. 131. & 132.

III

Tragopogon purpureum, robustius paulò priori est, & foliis frequentioribus ac latioribus, nec radice ut in superiore dulci, sed astringente, reliquis partibus, absq; floris intensè purpureo cœrulei colore, omninò conveniunt.

Iidem Autores, qui superiùs citati, & huc quadrant.



II.
Linaria flꝛ albicante.

I.
Linaria aurea.

III.
Linaria vulgaris.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LInaria aurea Tragi, Osyris Viennensium, & Osyris Austriaca Clusii. Radix dura, lignosa, & aliquantùm fibrosa, perennis, desinit in cauliculos cubitales, lentos, frequentibus longis & angustis foliolis Lini instar cinctos, usq; ad fastigium, quod in tenues virgarum alas dividitur, abeuntes in foliacea capitula, quæ in umbellâ quasi rariore ostendunt flores minoris Conyzæ luteos, quinis foliolis & stylo medio prominenti constantes. Succrescit semen fuscum, superiùs villosum, Hieraciis vulgaribus non absimile, Septembri maturum. Major & minor est illa Linaria; nostra minori respondere videtur.

Quæ apud Lobel. pag. 225. & Icon. 409.
Lugd. 1152. Clus. 325. lib. 3. minoris nomine.
Phytop. C. Bauh. fol. 405.
Germ. Gülden Leinkraut.
Trag. pag. 358. lib. 1. c. 117.
Tabern. 496.

II

Linaria flore albicante, proceritate vulgarem non excedit, foliis paulò latioribus, & lætè virescentibus, floribus albicantibus, rictu purpurascente decoris, à nemine nisi à Camerario descripta.

Weiß Leinkraut mit Purpurfarben Rachen.
Camer. Hort. Med. fol. 90.

III

Linaria vulgaris lutea: cauliculi sesquipedales simplices, recti, graciles, frequentes, surgunt è radice repentè albicante, alternatim denso crebriorum foliorum angustiorum proventu usq; ad extremitates suas ornati; in summo spicam oblongam exerunt, refertam floribus pallidoluteis, cavis, rictu croceo conspicuis, & superiùs Antirrhini instar labris dissectis, inferiùs in tenuem caudam abeuntibus. Semina concluduntur in oblongis & intùs bifidis membranaceis capitulis, subrotunda, paleacea, compressa, minuta, nigra.

Dodon. 184. Lobel. Obs. 222. Adv. 175.
Cœsalp. lib. 8. c. 51. fol. 550.
Lugd. 1552. Hort. Camer. 930.
Matth. Cam. 857. Phytop. C. Bauh. f. 400.
Germ. Geernkraut. Vnser Frauen Flachß.
Trag. fol. 135. Tabern. 497. lib. 2.
Fuchs. 207. Matth. Camer. 418.
Durante 526.


III.
Pulegium Cervinum.
I.
Pseudo Struthium.
II.
Pulegium Regium.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

PSeudostruthium Matthioli, luteola & herba lutum Dod. Lutea Plinii, caulem rectum profert, ex unâ radice crassâ & singulari, secundo post sationem anno, bicubitalem, & sæpè multiplici germinatione conspicuum, torosum, frequenti foliorum oblongorum proventu stipatum; qui demùm in spicam oblongiusculam excrescit, flosculis undiq; pallidoluteis densè farctam. Huic postmodùm adnectitur semen in folliculis asperiusculis, & sursùm decussàtim hiantibus, minutum, nigrum, rotundum, Blito nigro non absimile.

Dodon. 81. Lobel. Obs. 190. Adv. 149.
Lugd. 822. Epitom. Camer. 356.
Matth. C. Bauh. 442. C. Bauh. Phytop. 571.
Germ. Seerckkraut/Sereichkraut.
Trag. pag. 362. lib. 2. c. 118.
Tabern. lib. 1. c. 11. fol. 595.
Matth. Camer. 209. Durant. 990.

II

Pulegium Regium officinis, à multiplici flexu radicularum, transuersim & summo cespite variè fibras agentiũ, ramulis supinis se leviter extollit, foliis Ocymo aut Amaraco æmulis, sed aliquantulùm serratis; cauliculos totos, juxta foliorum exortus, verticillatim digesti flosculi, è purpureo languentes, ambiunt. Semen minutissimum, obsoletè spadiceum. Sapor herbulæ acris est, odor suaveolens.

Dodon. 280. Lobel. Obs. 266. Adv. 214.
Lugd. 89. & 892. Epit. Cam. 471.
Cœsalp. lib. 11. c. 60. Hort. Cam. 133.
Matth. Casp. Bauh. 52. Phytop. f. 419.
Germ. Poley.
Tragus 9. Fuchs. 73. cap.
Matth. Cam. fol. 240. Durant. 810.

III

Pulegium angustifolium, seu Cervinum & Monspelienſe, benè describitur à Lugdunensi Herbario. Crebris surculis dodrantalibus, æquè ac superius, se summâ tellure spargit, odore vehementiore, foliis pariter numerosis, angustis, Satureiæ aut Hyssopi, parvis interdum juxta exortum laciniis notatis, quibus per intervalla verticillati flosculorum languidè purpurascentium globuli interponuntur: semina superiori paria, & facilè terræ commissa prodeuntia.

Ab autoribus prædictis superiori adjungitur
Casp. Bauh. in Phytop. 420.
Lugdun. 892.
Germ. Hirsch Poley/oder Poley von Mompelier.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

REseda Plinii Neotericorum, Eruca peregrina Italica seu Cantabrica, radix longa, levis, albescens, extollit caulem bicubitalem, aut altiorem quandoq;, quem conjugatim in uno pediculo, alternato situ usq; ad summas virgas ambiunt folia, Ruculæ vel Erucæ sylvestri æmula, viridia, glabra. Fastigio verò in alas dividitur, prægnantes flosculis plurimis, in oblongam spicã congestis, muscosis, albescentibus, quibus stamina minuta crocea in medio: his substituuntur vascula albida, pallescentia, angularia, membranacea, turgidula, & in summo hiantia, referta seminibus exiguis, nigris, Pseudostruthio non disparibus.

Lobel. Obs. 410. Adv. 76.
Lugd. lib. 10. c. 57. f. 1199.
Hort. Camer. 138.
Germ. Frembd Rauken mit weissen blumen.
Tabern. 398. lib. 1.

II

Dracuncellus seu Dracunculus esculentus, Draco & Tarchon hortense.

Adscribunt huic plantæ miram originem, videlicet è lini semine, Squillæ germinanti inserto, aut cæpæ, aut Raphani radicibus impacto: atq; id etiam post alios Lobelius è Ligurum & Hetruscorum hortulanorum affirmationibus nobis persuadere conatur: multis tamen, qui familiam inter Botanicos ducunt, reclamantibus, atq; illi locum natalem spontaneum in Burgundiâ assignantibus. Nos, irrito Scaligeriano successu moniti, nihil tale tentare ausi sumus. E radice restibili & latè summâ tellure germina innumera, graminis aut Pulegii instar spargente, suffruticis ad modum sese attollit in caulem sesqui cubitalem, rotundum, ramosum, qui impari ordine ab imo usq; ad summas alas decoratur foliis Lini, seu Ptarmicæ, minùs serratis, viridibus, carnosis, sapore gratam acredinem referentibus (cujus commendatione etiam in acetaria recepta fuit) quorum tamen prima & novella plerunq; in trifidas lacinias dividuntur. Flosculi, in fastigiis ramulorum sparsi, luteoli sunt, & abrotano campestri vel artemisiæ non impares. Semen minutissimum, nigrum, infœcundum, ita ut totius plantæ propagatio tenellis germinibus, in varios partes divulsis, nitatur.

Dodon. 697. Lobel. Obs. 243. Adv. 190.
Lugd. lib. 5. c. 53. f. 685.
Cœsalp. lib. 14. c. 36. f. 563.
Matth. Casp. Bauh. 445.
Epitom. Matth. Cam. 363. Hort. Med. 56.
Phytop. C. Bauh. f. 155.
Germ. Dragoncella oder Dragonkraut.
Matth. Cam. 191. (ckonfraue.
Tabernæm. 176. lib. secundo.
Durant. 328.

III

Abrotanum mas radicem obtinet lignosam, admodum fibrosam, caulem vix cubitum altum, æquè lignosum, gracilem, quem folia, in oblongam tenuitatem capillaceam discissâ, circumdãt, albido virore prædita, odoris medicati: flosculi luteoli, tenues, in racemis absinthii vice dispositi. Semen aliorum congenerum plantarum specie minutum, è quo minus quàm è surculis decerptis multiplicatur.

Dodon. 21. f. Lob. Obs. 444. Adv. 342.
Lugd. 937. f. Cœsalp. lib. 12. c. 6. 478.
Matth. Casp. Bauh. 512.
Hort. Camer. f. 1.
Phytop. Casp. Bauh. 230.
Germ. Stabwurtz.
Trag. 129.
Fuchs. c. 2.
Matth. Camer. 235.
Tabern. f. 61. lib. 1.
Durante f. 5.

SECVNDVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.


II.
Leucoium album rubis variegatum maculis.
I.
Leucoium rubro flore pleno
III.
Leucoium purpureis variegatum maculis.

Unable to display this page



III.
Leucoium pleno flor. album sanguineis maculis signatum.

I.
Leucoium purpureum variegatum flore pleno.

II.
Leucoium pleno flor. album purpureis maculis signatum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LEucoium purpureum variegatum flore pleno: versicoloribus tantùm florum maculis à Leucoio rubro pleno, superiùs memorato, pariter ac sequentes plantæ, diversum videtur.

German. Volle Purpurfarb gescheckte Negele Violen.

II

Leucoium pleno flore album, purpureis maculis signatum. Versicolore hac notâ saltem superiori impar.

Germ. Volle weisse/ mit Purpurfarb gesprenget/ Negele Veil.

III

Leucoium pleno flore album, sanguineis maculis signatum, quibus tantùm variat.

Germ. Volle weisse/ mit Blutfarb gesprenget/ Negele Veil.



Leucoium flore albo simplici. II

Leucoium flore purpureo pleno.

Leucoium flore rubro simplici. III.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LEucoium flore purpureo plenum. Et hoc, citra florum colorem, nullâ ulteriore notâ separandum à superioribus videtur.

Vid. Lobel. in Icon. 332. pag.
C. Bauh. in Phytop. f. 378.
Germ. Voll Purpurfarb Negel Veil.

II

Leucoium flore albo simplici, ob florum albedinem, & quia magis vulgare, seminúmq; fœturâ abundat (quæ plana, compressâ, orbiculata, in siliquis oblongis, crassis, & intùs tenui membranulâ per longitudinem divisis, atq; in summo quasi trifidis latent) Autorúmq; adnotatione huic classi inserendum.

Dodon. fol. lib. 1. pag. 159.
Lobel. Icon. p. 329. Obs. 178. Adv. 141.
Cœsalp. lib. 8. fol. 369.
Lugdun. fol. 802.
Camer. in Epit. Matth. pag. 619.
In Hort. Medico, fol. 87.
Matth. C. Bauh. pag. 633.
Phytop. C. Bauh. fol. 377.
Germ. Weiß Negel Veil.
Trag. qui tantùm minoris meminisse videtur, cap. 191. fol. 213.
Tabern. lib. 2. fol. 27.
Matth. Camer. lib. 3. c. 98. fol. 301.
Durant. fol. 515.

III

Leucoium flore rubro simplici, absq; coloris rubri notâ, & specie & Autorum adnotatione ad superius referendum.

Germ. Roth Negel Veil.



Leucoium flore albo pleno.

II.
Leucoium flore luteo pleno maius.

III.
Leucoium flore luteo plenо minus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LEucoium flore albo pleno. Neq; hoc è superiorum Leucoiorum classe exterminandum, color tantum floris candidus observandus.

Germ. Weiß voll Scauden Veil.

II

Leucoium flore luteo pleno majus. Rarius quidem est simpliciore, sed speciei ratione, citra multiplicem in floribus foliorum glomerationem, à superiorum tribu non removendum, alioquin facie sibi respondent, caulibus nempè pariter ramosis, foliis plurimis circumseptis, æquè tamen, atq; illa ipsa, aliquantùm incanis (cum in illo, quod simplici flore constat, unà cum caule magis ad viriditatem accedant) integris, Antirrhino majori vel Ligustro vix absimilibus. Flores denso foliorum multiplicium stipatu in orbem disponuntur, & magnitudine Lychnidi coronariæ vix cedere videntur; per quos tamen vis plantæ nimis exhausta illam sterilem facit, ita ut surculorum tantùm propagatione conservanda. Tenera tamen & algosa cum sit herba, præ frigore sub hypogea inferenda est.

Nec illa Autoribus admodum cognita:
videatur tamen Lugdun. fol. 803.

Germ. Grosse vollgelbe Garten negelein oder Garten Veil.

III

Leucoium seu Keyri luteum plenum minus. Magnitudine plurimùm prædicto cedit, & omnia minora, non tamen minus venusta habet, æquè quoq; sterilis in seminum fœtu.

Vide Dodon. Pemptad. 2. lib. 1. c. 3. fol. 159.
Lobel. Icon. pag. 331.
Matth. Epit. Camer. fol. 620.
Hort. Medic. Camer. fol. 87.
Matth. C. Bauh. fol. 633.
C. Bauh. in Phytop. fol. 372.

Germ. Klein vollgelb Negelein.

Tabern. Icon fol. 306.
Matth. Camer. lib. 3. c. 98. fol. 301.

Unable to display this page

Unable to display this page


III
Aquileia Stellata
Rubes cens
II
I
Aquileia flore rubro.
Aquileia Variegata.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AQuilegia, flore pleno, è cœruleo & albo variegata, radicibus firmatur crassis, & fibrosis, durabilibus, supra quas, ex inferiorum, & juxta exortum sibi incumbentium pediculorum congerie, gracilia dependent folia, quibus paulò pòst ampliora succedunt, Chelidonio majori, aut Thalictro latifolio, figurâ & incisuris conformia, è virore cæsio: atq; inter illa caulis sesquicubitalis in multos attollitur ramulos, subinde secundum trifidas foliorum particulas divisos in alias tenuiores alas, quarum summitatibus exhibentur flosculi deorsum nutantes, è quàm plurimis concavis tenuibus infundibulis seu tubulis, litui antiquorum formam referentibus, quasi corniculatis, multi variàm aliis aliisq; sibi invicem infarctis, compositi; modò cœruleis in albo, modò albis in cœruleo striis & lituris notati, quandoq; etiam dimidiâ parte albi, dimidiâ alterâ cœrulei coloris, mirifico naturæ lusu & luxu inter se permixti. Medium horum in conglomerata staminula excrescit, quæ, florum tubulis decidentibus, in senos aut septenos loculos membranaceos, vel calcaria, ex uno pediculo surgentia, abeunt, scatentia semine Ranunculi glomerati, vel Fumariæ bulbosæ, licet paulò majori, & in nigrore nitescente.

Non describitur ab ullo Autorum hac facie, sed sub aliis congeneribus speciebus, mirè florum colore variantibus, recensetur.

A Dodon. Pempt. 2. lib. 1. c. 23. fol. 181.
Lobel. Icon. pag. 262.
Lugdun. fol. 821.
Camer. Epit. Matth. 405.
Hort. Medic. fol. 19.
Matth. Casp. Bauh. fol. 468.
Phytop. C. Bauh. fol. 249.
Germ. Volle in weiß vnd blaw gescheckte Agelen.
Camer. in Matth. Cam. l. 2. c. 114. f. 270.

II

Aquilegia flore pleno rubro, multiplici florum facturâ, ut & colore unicè diversa ab illâ quæ describitur.

Dod. fol. 181.
Lobell. Obs. 140.
Adv. 339.
Lugdun. 821.
Clus. 204.
Matth. Epit. Camer. 405.
Germ. Volle rothe Agelen.
Matth. Camer. 207.
Durant. fol. 81.

III

Aquilegia stellata, flore pleno rubescente. Rarior hæc prioribus, sed saltem florum specie, quæ è nullis constant tubulis, sed magis foliis, densè rosarum instar conglomeratis, unde etiam plærisq; Aquilegia rosea vocatur.

Autoribus omnino indicta & intacta videtur.

Clus. fol. 204. plant. hist. lib. 6. cap. 26. ubi pulchrè describit.

Germ. Rothe Stern Agelen.



II.
Aquilegia flore pleno purpureo.

Aquilegia stellata flore vio-
lacco.

III
Aquilegia flore pleno incarnato.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AQuilegia stellata, flore violaceo. Non adeò densâ serie flores, ut superiores stellatæ, constant, elegantiâ verò & raritate, uti & specie, non discrepat.

Germ. Volle Violnfarbe Stern Agelen.

II

Aquilegia flore pleno purpureo, extra colorem ab Aquilegiâ flore pleno rubro non differt.

Germ. Volle Agelen mit Purpurfarbn blumen.

III

Aquilegia flore pleno incarnato. Atq; illa, præter colorem, è superiorum familiâ est.

Germ. Volle röchlichte oder Leibfarbe Agelen.



III. Aquilegia flor: cœruleo plens.

Aquilegia stellata flore purpureo.

II. Aquilegia flore albo plens

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AQuilegia stellata, flore purpureo. Color tantum alius, alioquin è stellatarum generibus non excludenda.

Germ. Purpurfarbe Stern Agelen.

II

Aquilegia flore albo pleno. Dilutiore etiam foliorum herbaceorum, quàm florum albedine differt, aliàs superiorum plenorum ordini addicenda.

Germ. Volle weisse Agelen.

III

Aquilegia flore cœruleo pleno. Prioribus associanda.

Germ. Volle blawe Agelen.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AQuilegia stellata, flore albo, minutis punctulis nigris notata, quo unico tantum discrimine ab aliis stellatis discernenda venit.

Germ. Volle weisse Stern Ageley mit kleinen schwartzen pünctelein.

II

Aquilegia cœrulea, inverso flore. Degenerantis potius à reliquis naturæ, non aliâ unquam notâ diversa est.

Vide Lobel. Icon. 763.
Clus. lib. 6. c. 26. fol. ccv.
Lugdun. fol. 821.
Hort. Medic. Cam. 19.
Phytop. C. Bauh. fol. 250.

Germ. Blawe volle Ageley mit vmbgekehrten blumen.

III

Aquilegia simplici flore. Florum tubuli, inferiori parte sursum, ut in aliis speciebus, reflexi, plerunq; quini tantum numerantur, ut & seminum cornicula, folia quoq; herbæ dilutiore virore variant, aliàs satis vulgaris est.

Germ. Weisse schlechte Ageley.

Eorundem, quâ superiores, Autorum fide nititur.



III. Melanthium Damascenum flore pleno.

I. Melanthium Hispanicum maius.

II. Melanthium Sativum flore simplici.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MElanthium Hispanicum majus. Plerisq; Herbariorum, quibus modò per raritatem innotescere potuit, hoc nomine indigitatur, quamvis multùm accedat ad Melanthium Creticũ, flore simplici, à Clusio exactè descriptum. Surgit è radice tenui, annuâ, inutili, flavescente, ac parùm fibrosâ, in caulem quinquangularem bipedalem, viridem, glabrum, tenuem, in plures alas diremtum, quibus, æquè ac cauli, apponuntur folia ferulacea Nigellæ vulgatioris, vel Consolidæ regalis, partim latiora, partim angustiora, & cacumina ramulorum versus rariora. Cacumina sustinent florem quinis foliis, & rarò pluribus constantem, Nigellæ vulgari congruum, & nihilominùs quandoq; naturæ luxu omnes suas congeneres species superantem, primò ex pallido herbaceum, postmodùm dilutè, deniq; suaviter cœruleum colorem obtinentem. Ejus in medio videtur scabrum, & obsoletè pallescentis herbacei coloris caput, è denis, vel paucis, vel pluribus (nam quandoq; tricenos numeravi) angulis constitutum, quod in tot cornicula, extremis mucronibus suis paulatim contorta, desinit. Iuxta exortum verò illius cingitur multis staminulis tenuissimis, purpurascentibus, & sursùm quodammodò reflexis, quibus fasciculatim, paris distantiæ ordine, aliæ angulares turgentes bifidæ interponuntur ligulæ, raris pilis obsitæ, dilutè cœruleæ, quas per medium rubra venula transversa, & paulò supra exortum tenue & rubicundo circulo septum filamentum decorat. Capitulis verò angularibus illis, intus membranaceis alveolis distinctis, triangularia, parva, obsoletè fusca, continentur semina, quæ, commodo loco & probè subactâ terrâ excepta, facilè comprehendunt. A nemine prodita aliquantũ tamen cum Melanthio Cretico Clusiano lib. 6. c. 29. f. CCVIII. convenit.

Et Nigella Cretica C. Bauh. Phytop. fol. 251.

Germ. Blawe frembde Spanische Hornkümmel oder Katharinenblumen.

II

Melanthium flore majore simplici, apud nos sativum est, quamvis segetibus Narbonensium, teste Lobelio, spontè exiliat. A superiore dissidet foliorum longioribus & tenuioribus incisuris, & capitulis amplioribus, tumẽtibus, pentagonis, eorúmq; mucronibus tenuioribus. Adde quòd floribus sativo majoribus & elegantioribus circumcircà substernantur folia herbida tenuissima, multifida. Semina succedunt acuminata, nigra, & aliquantùm odorata, nec vulgari disparia, quæ tamen, ut probè Lobelius ait, præ meliorum copiâ vilescunt.

Vide Dodon. fol. 301. Lobel. Obs. pag. 428. & Icon. p. 781. Lugd. 813. Clus. lib. 6. fol. CCVIII. Camer. Epit. fol. 552. Hort. Cam. fol. 98. Matth. Casp. Bauh. 780. Phytop. C. Bauh. fol. 251.

Germ. Trag. pag. 118. lib. 1. c. 37. Tabern. lib. 1. pag. 223. Fuchs. p. 191. Matth. Camer. 276. Durant. 784.

Germ. Wilder Hornkümel/ oder schwartzer Kümel/ mit einfachẽ blumen.

III

Melanthium Damascenum, flore pleno, solis floribus à superiore discrepat, qui, ubi primùm panduntur, ex albo paulatim in dilutè cœruleum colorem inclinant, in quo postmodùm usq; ad marcorem persistunt, amplitudine priorem æquantes, circinatam verò rotunditatem obtinentes, extremis foliorum oris tenuissimè laciniati, qua facie collaria illa tenuiter excisa referre, & magnam gratiam plantæ conciliare solent.

Clus. probè describit lib. 6. c. 29. fol. CCVIII. | Casp. Bauh. mem. Phytop. fol. 251.



II.
Consolida regalis multiplica to incarnato flore.

I.
Consolida regalis Arvensis flore simplici violaceo.

III.
Consolida regalis multiplica to violaceo flore.

Unable to display this page

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

COnsolida regalis flore simplici rubro, arvensis, solo floris colore à superiore arvensi distinguenda.

Germ. Wilde rothe Acker Ritterspor n.

II

Consolida regalis flore pleno rubro. Delphinium elatius pleno flore Clusio. Radix lignosa & parùm fibrata, annua, emittit caulem, humanæ staturæ proceritatem æquantem, & quandoq; excedentem, quem indiscriminatim ad mediam usq; partem folia serulacea, aut fœniculacea, & multifidis scissùris prædita, obsepiunt. Hic verò in quàm plures ramulos surrectos dividitur, qui longo ordine spicatim sustinent flores speciosos orbiculatos, multiplicium foliorum eleganter rubescentium serie refertos. Succedunt semina inæqualia, parva, nigricantia, in corniculis crassioribus (quorum rudimenta etiam medium floris, staminum loco occupant) subinde vacuis, & brevioribus quàm in vulgari.

Vide Clus. plant. histor. lib. 6. c. 28. fol. ccvi.

Camer. Hort. Med. pag. 46.

Germ. Volle rothe Ritterspor n.

III

Consolida regalis flore pleno albo. Ejusdem familiæ est, absq; albidi coloris raritate, quâ etiam simplex in deliciis hortulanorum est.

Germ. Weisse volle Ritterspor n.



I.
Consolida regalis Aruen,
sis flore variegato.

II.
Consolida regalis multiplici
flore argenteo.

III.
Consolida regalis flore multipli
ci cinericeo.

CELEBERRIMI EYSTETTENSIS horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CONsolida regalis, Arvensis, flore variegato. Mirè in colore variat, ut si unquam alia; modò enim flores dimidiati cœrulei & alterâ parte rubri, modò rubri & albicantes, modò vel purpurei vel cœrulei omninò, modò maculis quasi rubris & cœruleis variegati reperiuntur. Alioquin à communi Arvensi nihil discrepat.

Germ. Gescheckte Acker oder wilde Ritterſporn.

II

Consolida regalis flore multiplici argenteo. Nec illa è superiorum hortensium cœtu exterminanda, absq; multiplici florum serie & argenteo quasi colore non diversa.

Germ. Volle Silberfarbe Ritterſporn.

III

Consolida regalis multiplici flore saturatè cinereo. Nullâ aliâ notâ à reliquis hortensibus discernenda.

Germ. Saccaſchenfarbe volle Ritterſporn.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

COnsolida regalis Arvensis, flore pleno suaverubente. Diversa tantùm ab Arvensi simplice florum colore rubro, sed si cum cæteris multiplicatis majoribus speciebus comparabis, vix semiplena videbitur. Clusius Delphinium vulgare flore pleno nuncupat.

Clus. lib. 6. c. 28. f. 206.

Germ. Wilde volle rothe Ackerritterspor n.

II

Consolida regalis flore pleno cœruleo. In superioris elatioris hortensis tribum adsciscenda, colore tantùm floris cœruleo excepto.

Germ. Volle blawe Ritterspor n.

III

Consolida regalis flore pleno purpureo. Vnico colore purpureo à priore variat.

Germ. Volle Purpurfarbe Ritterspor n.



Leucoium fruticosum folio viri,
di flore albo odorato Camerarij.

II.
Leucoium Sylvestre inodorum
flore parvo pallidiore.

III.
Leucoium Melancholico color

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LEucoium fruticosum, foliis viridibus, flore albo odorato, Camer. Toto habitu plantæ, florum, æquè ac foliis crassis longis, Leucoiũ fruticosum, superiùs dictum, exprimit, nisi quòd illa planè viridia sint, niteant, atq; flores odore suaveolenti placeant: à nemine attingitur nisi à Camer. Hort. Med. 87.

Germ. Staudenveil mit grünen blätern/ vnd weissen wolriechenden blumen.

II

Leucoium sylvestre, flore parvo flavo, pallido, inodoro. Radices oblongiusculas albescentes infra terram demittit, è quarum capite numerosa expanduntur folia, subincana, oblonga, & instar Leucoii marini lutei majoris IV. Tabernæmont. variè inæqualitérq; ambitu circumrosa, aut quasi sinuata. Caulis inde unus atq; alter exurgit, nonnunquam cubitum æquans, aut pedalis, in summitate fasciculatim gerens flosculos, Leucoii lutei vulgaris æmulos, sed flavo pallidos, quibus in longis angustis surrectis siliquis succedunt semina fulvescentia, plana, minuta.

An Leucoium lut. sylv. Thal. fol. 69.

Germ. Klein wild bleichgelb Waldveil.

III

Leucoium lividè rubente melancholico colore. Facie & florum formâ à Leucoiis fruticosis, superiùs deliniatis, parùm differt, nisi lividè obscuro purpurascente colore, Melancholicis quibusdam solenni, unde etiam autor denominatum voluit.

Germ. Bleichbraun melancholischer farbe Staudenveil.



II. Dulcis amara flore albo.

I. Nigella peregrina flore multiplici

III. Dulcis amara flore cæruleo vulgaris

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

NIgella peregrina, flore multiplici. Radix singularis, annua, pallescit, caulis cubitalis est, circa quem folia multifida, ferulaceis crassiora, Nigellam vulgarem æmulantia: flores in ramorum cacuminibus prodeunt, numerosis foliis albescentibus densè farcti, quorum è medio umbilicus crassus, angulosus, in summo corniculatim aliquot fastigia reflexa sustinens, exeritur, qui deniq; caput Avellanæ majoris amplitudine effigurans, intus semina copiosa Citrini pallescentis coloris servat.

Clus. ccvii. fol.
Lobel. in ultimâ paginâ Adversar.
Phytopin. C. Bauh. 250.
Germ. Fremd schwartzer Kümel/mit voller blumen.
Tabern. 224. lib. 1.

II

Dulcis amara flore albo. Solanum lignosum, Melothron Theophr. Lugdunens. Radix albicat, profundè demissa, unde sarmenta aliquot, cubitorum altitudine rotunda per vetustatem, emeracei coloris cortice vestita, in ramos multos dividuntur; his oblongi pediculi affigunt folia Solani, seu Smilacis, saturatè virentia, mucronata, & secundum pediculos binis aut raro pluribus appendicibus lateralibus, Salviæ pinnatæ aut Acetosellæ ritu, utrinq; donata (quibus tamen quædam omninò carent:) flosculi adnata racemosa porrigunt, Solani majoris formâ, angustioribus albidis reflexis foliis apices exertos conjunctos ambientes, quibus baccæ subrotundæ, Pipere non multùm ampliores, maturitate rubentes, succedunt, succosæ, & multis intùs parvis planis depressis granulis refertæ.

Dodon. 398. (fol. 207.
Cœsalp. Salicastri Plin. titulo, lib. 5. c. 10.
Lobel. Circææ nomine Adv. 104.
Lugd. 1413. fol. (gnatione, 986. fol.
Cam. Epit. Matth. vitis sylvest. desi-
C. Bauh. Matth. 881.
Phytopin. C. Bauh. 298.
Germ. Bitterſüß Hinschkraut/mit weissen blumen.
Trag. cap. 93. lib. secundo.
Tabern. 1580.
Matth. Cam. Germ. 437. fol.
Durant. 1055.

III

Dulcis amara flore cœruleo. Vulgatior tantùm est hoc floris colore, magis ad violaceum tendente, & passim terrarum ad aquas stagnantes & fluvias obvia.

Germ. Bitterſüß Hinschkraut/mit blawlichten blumen.

Unable to display this page


II
Caryophyllus minor sylve,
suis flore simplici.
I
Martagon Imperiale
Moschatum
III
Caryophillus minor sylve,
suis flore pleno.



CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MArtagon Imperiale Moschatum, Hemerocallis Moschata Polyanthos. Inter exoticæ raritatis & miræ elegantiæ stirpes, quæ in cultissimo & instructissimo isto horto luxuriant, nec ulli aliarum cedere, sed quàm plurimas potius superare videtur, Martagon illud Imperiale dictum. Radix, ochro veluti infecta, turbinata, & è carnosis crassisq; squamis compacta, duorum ferè pugnorum amplitudinem æquans, subtùs ex unâ basi fibris quàm plurimis in latera sparsis firmatur: superiùs verò in quatuor acutiora dividitur capita, è quibus caules rotundi, & bicubitalem magnitudinem excedentes, emergunt; mox paulò supra suum exortum paulò tenuioribus & longioribus fibris orbiculatim circumsepti. Post aliquod intervallum cinguntur radiatim latis & in summo acuminatis foliis, æquali ordine & situ, Martagi in morem, pariter per longitudinem venosis, multò tamen amplioribus. His, alio intervallo interposito, pari situ alia succedunt, usq; ad tertium orbem, plerunq; pluribus foliis caulem ambientem, qui tandem, post aliud spacium, quatuor aut quinis valdè angustis foliis confuso ordine exceptus, è purpureo fuscum colorem ostendit, & diffunditur in spicam oblongam pyramidalem, sensim fastigium versus gracilescentem, quæ abundat floribus Martagi Montani deorsùm pendulis, & antequàm plenè aperiantur pyramidalibus; ubi verò omninò aperti sunt, foliis eiusdem Martagi vice sursùm reflexis, coloris dilutioris rubicundi, & crebris fuscopurpureis maculis distincti, rosæ Moschatæ fragrantiam referentes. Anno 1612. florum 210. ferax in horto Episcopali celeberr. conspectum fuit. Semen mihi non visum, fertur Martagi semina propemodùm æmulari.

A nullo adhuc descriptum, nisi à Lobel. Adv. alt. parte, seu Append. rarior. simpl. f. 540.

Germ. Wolriechende frembde Keyser Lilien oder Türckischer Bund.

II

Caryophyllus sylvestris, minor, simplex. Radix tenuis, lignosa, flexilis, cauliculos fulcit junceos, tenues, teretes, rectos, geniculatos, palmarem paulò altitudinem excedentes. Secundum geniculos utrinq; bina æqualiter emittit folia viridia, stricta, graminea, & subinde incurvata. Flos in fastigiis caulium emineti in oblongo levi membranaceo calice, strictissimorum quatuor foliorum hypocalycio sustentato, unus atq; alter è coccineo rubens, & extremis oris tenuiter laciniatus. Huic evanescenti, intra caliculum succedunt semina conferta, subrotunda, compressa, minuta, nigricantia.

Dod. Pempt. 2. lib. 1. f. 177.
Lobel. Icon. 443.
Lugd. fol. 807.
Cœsalp. lib. 6. c. 45. fol. 255.
Camer. Epit. fol. 351.
Hort. M. Cam. f. 36.
Thal. fol. 57.
C. Bauh. Matth. fol. 438. & 436.
Germ. Wilde Feldnegelein / oder rothe Doñerne-gelein.
Trag. lib. 1. cap. 98.
Tabern. lib. 2. fol. 4.
Fuchs. c. 133.
Matth. Camer. lib. 2. c. 91. fol. 186.
Durant. fol. 199.

III

Caryophyllus minor, flore pleno, hortorum tantũ est, & lætius germinat, floribus multiplicatis, radiceq; magis flexuosâ, & ad sui propagationem congruâ, luxurians: cæteris partibus non admodùm à superiore differt.

Superiùs citati Autores & hîc accommodandi.

Germ. Doppelte rothe Feldnegelein.


Lilium Montanum ma.
ximum polyanthos album
rubris maculis aspersis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LIlium Montanum maximum, polyanthos, album, rubris maculis aspersum. Formâ radicis, caulis & foliorum, Martago Imperiali aliquantùm respondet, licet amplitudine inferior sit. Flores verò in scapo, superiùs sensim in rarissima stricta folia desinente, ostendit pari facie deorsùm pendulos, albos, rubris maculis frequentibus insignitos, staminulis pariter aliquot, circum clavatum eminentem medium stylum, tenuibus & in summo luteis & pulverulentis vermiculis turgentes. Nostra planta 46. floribus onusta videbatur anno 1612. in horto Eystettensi Episcopali florida.

A nemine, quod sciam, annotata, certum tamen est, ad Martagi speciem esse referendam, uti & sequentes.

Germ. Grosse Vilteragende weisse Golcwurtz/mit rochen gesprengeen dûpfeln.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LIlium Montanum maximum, polyanthos, variegatum. Ejusdem cum priore farinæ est, quam etiam radicis formâ & colore lutescente refert. Caulis nihilominus ferè bicubitalis erat, obscurâ purpurâ nigrescens, flores copiosi 51. numerum æquabant, exteriùs lætè rubentes, intùs verò albidi, & rubris maculis aspersi, quibus neq; caulis superior pars carebat. Videtur Clusius parem, si non eandem, observasse Francofurtanis ad Mœnum sylvis, ut suo florem varium tribuit, &, antequam explicetur, carneum quodammodò foris, intus album, & notis quibusdam purpureis insignitum.

Vide Clus. lib. plant. hist. 2. c. 4. fol. 134.

Germ. Grosse bilcragende Golcwurtz/ aussen roch/ inwendig weiß mit rochen düpfeln.



II. Iris Bulbosa pallida colw.

I. Lilium Montanum rubrum præcox.

III. Iris folijs angustis prima Clusij.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LIlium Montanum rubrum, præcox. Et elegantiâ & raritate cum cæteris & hoc Lilium certat; cujus à radice, ochri colore infectâ, & turbinatâ, atq; è crassis, squamosis, nucleiformibus bulbulis compactâ, caulis attollitur cubito procerior, qui confuso ordine stipatur foliis oblongis, angustis, saturatè viridibus, plurimis, confertis, acuminatis, & in. extremitatibus subindè circumvolutis, ac sursùm tendentibus. In fastigio suo, sub angustissimis strictis foliolis, flores, è pediculis crassis dependentes, sustinet, planè Lilio miniato Byzantino similes, sed è phœniceo colore suaviter rubescentes elegantissimos. Semen prædicto Lilio quoq; respondere videtur.

An. Clus. illud Lilium rubrum præcox III. angustifol. lib. 2. c. 4. fol. 133. descriptum.

Germ. Frůe roche Türckische Bundt Lilien mit schmalen blåtern.

II

Iris bulbosa luteopallida. Bulbus oblongus, & subtùs fibrosus, effundit caulem cubitalem, foliis surrectis, raris, viridibus, rigidis, carinatis, & sursùm vergentibus, alternatim complexum. Ejus fastigium ex oblongo membranaceo involucro, & quasi vaginulâ, erumpētem florem speciosum, planè Iridi bulbosæ violaceæ similem, pandit, Ochranthemum ferè, seu luteopallescentem. Sequitur hunc, in trigono oblongo pericarpio, semen rugosum fulvescens, aliis congeneribus speciebus non impar.

Videtur pertinere ad Iridem bulbos. IV. Clus. varietat. lib. rar. plant. 2. c. 44. fol. 212.

Germ. Bleichgelbe Violwurtz mit Zwibelwurtzeln.

III

Iris Angustifolia Clusii. Radices repentes oblongæ, crassæ, & secundum caput comosæ, emittunt folia, atro virore prædita, longa, rigida, & vulgari Iride multò angustiora, quæ ex se promunt caulem cubitalem, sensim in vaginam oblongam desinentem, è quâ unus atq; alter flos emergit, Iridi bulbosæ versicolori non dispar, colore pulchrè cœruleo. Semen flori evanido succedit subrubescens, in capitulis trigonis, aliorum Iridum modo.

Ad Irid. angust. Clus. secundum genus pertinet, lib. 2. c. 49. fol. 228.

Germ. Schön blaw schmalbletterichte Veilwurtz deß Clusii.



II.
Scapus cum bulbo.

I.
Hemerocallis Calcedonica polyanthos.

III.
Hyacinthus stellatus autumnalis angustifolijs maior.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LIlium rubrum, sive miniatum, Byzantinum, Clusii, venustate ac raritate complurimas alias stirpes superat. Folia confuso ordine caulem sesquicubitalem stipant, nonnihil contorta, & in ambitu subhirsuta, maximè quo floribus propiora; pronâ parte ab exortu suo tribus aut quatuor exiguis nervulis subhirsutis, supinâ verò costâ eminentiori notata. Flores elegantissimi, phœnicei, aut ceræ rubræ recentis colorem (ut cum Clusio loquamur) referentes, è summo caulis incurvati, fastigio deorsùm propendent, constantes senis foliis convolutis, & floccis paucis prope apicem conspicuis: à quorum exortu stamina sex pallida appendiculis croceis stylum medium, elevatum, crassiorem, triangularem, prominentem circumdant. Meritò polyanthos vocatur, cum ex uno bulbo triginta sex plantas habuimus, quarum singulæ quadragenis floribus onustæ fuerint.

Describitur à Dodon. 202.
Lobel. Obs. 85.
Lugd. 1500.
Clus. 131. lib. 2.
Hort. Cam. 74.

Germ. Zinoberroth Vilragende Heydnische Lilien oder Türckischer Bund.
Tabern. 227. lib. 2.

II

Hyacinthus stellatus autumnalis, angustifolius, major. Radix turbinata, candicans, subtùs fibrosa, secundum caput foliis donatur flexuosis, carinatis, inter quæ erumpunt bini cauliculi teretes, exornati frequentibus stellatis flosculis, purpurascentibus, qui marcescentes postmodùm in tenuia trigona capitula, semine nigro referta, desinunt.

Desc. à Clus. 185. lib. 2.
Dodon. 218.
Lobel. Obs. 53. Adv. 84.
Lugd. 1513.

Germ. Grosser Herbst Stern Hyacinth / oder Hyacinth so im Herbst blühet.



Lilium montanum flore purpu„ rascente punctatum.

Lilium montanum flore purpurascente non pun„ ctatum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LIlium Montanum flore purpurascente, non punctatum. Lilii sylvestris genus esse non diffiteri potest, prioribus proceritate, ut & elegantiâ ac raritate, paulatim cedens; hortis tamen & suam gratiam afflare solet. Omnia saltem minora habet, & caulem superiùs magis obsoletè purpurascentem: folia paulò nigriora, radiatim hunc æqualiter cingentia; flores intensè purpurei coloris, qui nondum explicati lanugine aliquantùm circumvolvuntur, quod etiam Cl. Clusius observavit, qui videndus loco paulò superiùs citato.

Germ. Purpurfarb Goltwurtz mit vngedüpfelten blumen.

II

Lilium Montanum flore purpurascente, punctatum. Absq; punctorum notis, quarum maculas nigricantes folia florum simul ac stamina ostendunt, ejusdem cum priori familiæ est, cæteris partibus omninò congruentibus. Clusius in floribus nondum explicatis nullam hirsutiem in suo deprehendisse videtur: nostra marcescens hic nihil certi nobis judicare permisit.

Vid. Dod. Pempt. secundæ lib. 2. c. 3. fol. 210.
Lobel. Adv. 61.
Clus. plant. rarior. hist. lib. 2. c. 4. f. 134.
Cœsalp. lib. 10. c. 53. fol. 419.
Lugd. fol. 1495.
Camer. Epit. fol. 571.
Hort. Medic. fol. 89.
C. Bauh. Matth. fol. 600.
Phytopin. fol. 112.
Germ. Purpurfarb Goltwurtz mit gedüpfelten blumen.
Tabern. lib. 2. c. 18. f. 327.
Camer. Matth. lib. 3. c. 79. f. 285. ubi tamen vulgatiùs depinxisse videtur, æquè ac multi herbariorum.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CIrcæa, Lutetiana Lobel. Lappa sylvestris Trago, Solanifolia Circæa dicta C. Bauhin. Radices geniculatis latè propaginibus summâ tellure sparguntur, & subinde novam sobolem protrudunt; caulis pariter geniculatus est, lævis, bipalmaris, tenui lanugine pubescens, viridis, & singulis geniculis bina utrinq; appensa habet folia Solani, modicis serraturis ambitu conspicua, mucronata, superiùs viridia, inferiùs obscurè albida. Flosculos in alis tenuioribus ramulorum pediculi tenues fulciunt, è candido leniter subrubentes, filamentis in medio tenuissimis notatos, facilè deciduos. Succeduntillis capitula minuta, subrotunda, hispida, seminibus nigris, nitentibus, minutis, referta.

Vid. Lob. Obs. 137. p. Icon. p. 266.
Cœsalp. lib. 8. c. 33. fol. 339.
Lugd. lib. xv. fol. 1495.
Hort. Medic. Cam. fol. 42.
Thal. 57.
Phytop. C. Bauh. fol. 299.
Germ. S. Stephans Kraut.
Tabern. Icon. fol. 730.

II

Lilium Montanum album, punctatum, à superiùs descriptis tantùm colore florum discrepat, aliàs omninò ejusdem familiæ.

Germ. Goldwurtz mit weissen gesprengten blumen.

III

Lilium Montanum album, non punctatum, à superiore nullâ aliâ notâ disjungendum.

Clusius loco, superiùs citato, & hujus & prioris meminisse videtur.

Germ. Weisse Goldwurtz ohne punct.



III. Palma Christi erecta flore candido. I. Martagon Pompo-neum. II. Palma Christi Erecta flore variegato.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MArtagon Pomponeum. Delicias & ornamenta huius horti celeberrimi, inter quàm plurimas, & hæc nova exotica, & proximis tantùm annis obſervata plantula quàm maximè auget. Lilio prædicto, ſeu mavis Byzantino Lilio Cluſii, affine, cui & formâ, quâ bulbum, quâ folia contorta, & aliquantùm ſplendentia, reſpondet. Nec flores luculenti, nitidiſſimi, miniati coloris, admodùm diſcrepant.

Ejusdem generis eſt Lobelianum illud, in appendice alter: deſcript. fol. 504. niſi quòd folia tenuiſſima proferat.

Videndus Cluſ. appendice alt. ad plant. hiſtor. lib. 2.

Germ. Macedoniſche Goldwurtz mit Minienfarben blumen.

II

Palma Chriſti erecta, flore variegato. Radices ſuccolentæ è baſi craſsâ, & inſtar manus palmari, in quatuor oblongas particulas diſtribuuntur, digitos quaſi referentes, ſupra quas fibræ aliquot oblongæ craſſæ expanduntur ex imo quaſi caule, qui foliis, Lilio minoribus, & dilutè vireſcentibus, raris, ſine ullis pediculis, ſubindè tenuioribus, usq; ad faſtigium cingitur, & ſesquipedali longitudine excurrit in faſciculum ſpicatum florum albeſcentium, & frequentibus maculis ac venulis rubeſcentibus diſtinctorum: atq; hi inferiùs prominulo labro, in tres barbulas diviſo, & binis lateralibus quaſi oblongioribus alis, & cucullo ſuperiùs hiante, conſtant; exteriùs in corniculum concavum deſinentes: marceſcentibus illis ſubſequitur, in parvulis & perforatis vaſculis, ſemen paleaceum minutiſſimum, quod ſcobis inſtar in auras diſpergitur.

Vid. Dodon. lib. 2. c. 21. fol. 241.
Lobel. Icon. pag. 188.
Lugd. lib. XV. c. XIII. fol. 1369.
Phytop. C. Bauh. fol. 124.

Germ. Weiſſe geſcheckte Händleinwurtz.
Tabern. lib. 2. fol. 356.

III

Palma Chriſti erecta, flore candido: quo, absq; maculis ſaltem, à ſuperiori differt.

Germ. Weiß Händleinwurtz.


I.
Sisyrinchium minus.
III.
Lilium montanum flore lu,
teo punctatum.
II.
Lilium montanum flore lu,
teo non punctatum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SIsyrichium minus, Noselha minor. Reticulatum, gladioli vice, involucrum occupat bulbum subrotundum, infernè tenuibus fibris se firmantem, supernè abeuntem in folia graminea, oblonga, & subindè reflexa, inter quæ cauliculus pedalis rotundus exurgit, fastigiatim vaginulis oblongis donatus, è quibus demùm flos cœruleus prodit, admodùm caducus, è novem foliis liliorum modo compositus, quæ etiam formâ refert, nisi quòd fimbriæ loco maculam habeat, è luteo in albidum colorem desinentem. Capitula angulosa succedentia proferunt semina rotunda, subrubentia.

Dod. Pempt. 2. lib. 2. c. XIII. fol. 211.
Lobel. Icon. pag. 97.
Lugd. fol. 1580.
C. Bauh. Phytop. fol. 71.

Germ. Spanische Sigwurtz mit Violblawen schwertlblumen.

II

Lilium Montanum, flore luteo, non punctatum. Constat bulbo Lilii sylvestris, subrotundo, compactili squamarum serie conflato, & quasi ochra infecto, inferiùs prope basin suam crassis fibris lateralibus subnixo: indè attollitur caulis, quinque pedes altus, paulò supra exortum fibris radicum tenuioribus radiatim vestitus, & postmodò, usq; ad fastigium ferè, foliis sensim gracilioribus numerosis circumcinctus. Summâ parte, secundum stricta & rariora foliola, pediculi crassi sustinẽtur, sulcientes flores flavos, odorem florum Oxyacanthæ referentes, senis reflexis & cõvolutis carnosis foliolis constantes, totidémq; in medio staminulis, quorum apices dilutè miniati coloris sunt, decoros. Semina, ut multa hujus generis, Hemero callidi paria compressa gerit.

Lobel. Adv. alt. parte, fol. 506.
Clus. Append. plant. hist. fol. CCLVI.

Germ. Gelbe Türckische Bundt Lilien/ohne dúppelen.

III

Lilium Montanum, flore luteo, punctatum. Flores tantùm frequentibus atropurpureis punctis distinguuntur, in quibus unicè varietas consistit; licet etiam Lobelius illud magis serotinum esse asserat, tres differentias apponens.

Lobel. Adv. alt. parte, fol. superiùs citato.

Germ. Gelbe Türckische Bundt Lilien/mit gedúppelten blumen.


III.
Crocus Montanus Vernalis
IV.
Crocus Sativus.
I.
Iris bulbosa flore luteo.
II.
Lilium Bizantinum Serot:

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

IRis bulbosa flore luteo. Folia huic sunt oblonga, virescentia, angusta, subindè reflexa, & juxta exortum è caule rotundo, carinata, complectentia huius inferiorem partem, è radice bulbosâ, & leviter villosâ, subtúsq; crassis fibris exornatâ, exeuntem. Superior pars excrescit in vaginulas sibi invicem incumbentes, tenues, è quibus deniq; pulcerrimus flos, & aureo fulgore nitens, exurgit, in novem digestus folia, quorum inferiora terna repanda aliis tribus sursum versis substernuntur: medium florem alia surrecta terna occupant, in summo bipartita. Florem marcescentem excipiunt trigona capitula, seminibus subrufescentibus referta.

An Hyacinth. Poet. Lut. Obs. 49. | Vide Clus. lib. 2. c. 44. fol. 212.
German Gelbe schwertel Lilien mit Zwibelwurtz.

II

Lilium Byzantinum serotinum. Bulbus ejus subrotundus est, &, lilii miniati propemodùm ad morem, è multis quasi squamis carnosis congestus, subtùs dimissis aliquot in latera fibris crassiusculis conspicuus. Superiùs verò caulem sustinet, foliis diluti viroris, ab imo usq; ad summum sensim attenuatis, stipatum; huius è fastigio pendent flosculi, lilii sylvestris formâ introrsum in orbem quasi incurvati, quini plerunq; dilutè phœnicei. Semina, ut hujus generis ferè omnia, plana, compressa, subrusa profert.

Clus. lib. miniatum Byzantinum minuto dilutiore flore denominatum videtur lib. 2. c. 3. fol. 132.
Germ. Türckische Constantinopolitanische Ziegelfarbe Bund Lilien.

III

Crocus Montanus. Folia habet angusta, oblonga, viridia, Croco vulgari non disparia, alioquin breviora, atq; pari modo secundum longitudinem in medio albidi coloris nervo distincta: illa prodeunt ex involucro membranaceo, caulem pedalem ambiente, quem inferiùs radix fulcit subrotunda, cortice villoso circumvoluta, & sessili basi tenuibus fibris prædita; flores inter folia sursùm se exerunt, Croci sativi flores æmulantes, albidi, senis foliolis, & tribus in medio croceis staminulis, atq; penicillo, in aliquot particulas desinente, constant. Semen in siliquis angulosis, subrotundum & rubescens, clauditur.

An Dodon. Croc. Sylv. Pempt. 2. fol. 214.
Clus. lib. 2. cap. XLIII. | German. Berg Saffran.

IV

Crocus sativus autumnalis. Radix rotunda, & capillari involucro condita, atq; interioris pulpæ se lateralibus propaginibus multiplicans, è membranaceis capitulis, atq; secundum caput comosis, parte superiori exhibet folia angusta, prædictæ plantæ multò longiora, porracea, candicante nervo, & in longitudinem sese per medium extendente, insignita. Flores, plerunq; ante foliorum exortum surgentes, figurâ Colchicum æmulantur, & ad cœruleum colorem inclinant, ac è medio venosorum foliorum, secundum aureas quasdam ligulas, stamina terna, aut quaterna, extremitatibus suis latiusculis leniſſimè dissecta, subrubētia, atq; ex unâ basi constantia, protrudunt, quæ arida caput odore replent, & Croci nomine in tincturas & medicamenta plurima recipiuntur.

Dod. Pempt. 2. lib. 2. c. 15. f. 213. | Matth. Epit. Camer. fol. 33. | Phytop. C. Bauh. fol. 92. | Tabern. lib. 2. c. 12. fol. 321.
Lobel. Obs. 63. Adv. 53. | Hort. Medic. fol. 50. | Germ. Gerechter Saffran. | Fuchs. cap. 167.
Cæsalp. lib. 10. c. 20. fol. 411. | C. Bauh. lib. 1. fol. 71. & 72. | Tragus 291, fol. cap. 77. | C. Durant. fol. 285.
Lugdun. lib. XV. c. 8. fol. 1532.

QVARTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.


Dracontium maius.

CELEBERRIMI EYSTET-

tensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ANguina Dracontia seu Dracontium majus Lobel. Dracunculus Polyphyllos, & Luph crispū, Cordi ac C. Bauhin. Dracunculus major Tragi, minor verò Matthioli. Caulis altitudo quinque pedum erat, crassitudo digitalis, color ex herbaceo pallescens; ille verò serpentis specie è longinquo intuenti quasi horrorem incutiens, pullis, luridis, versicoloribus lituris seu maculis conspersus: alioquin planè lævis, & glaber, subnixus radice albidâ, rotundâ, carnosâ, succulentâ, & in sobolem parvam lateralem extuberante, supernè aliquot crassiusculis processibus fibratâ. Folia ampla, in oblongis simul & crassis, lævibus, caulis ritu, quem amplexibus veluti fulciebant, versicoloribus pediculis hærebant, ex unâ basi in partes senas, vel plures, molles, ambitu rugatas, & Oxylapathi crispati folia æmulantes, diremta, pariter maculis albicantibus in medio notabantur. Summus scapus è vaginâ foliaceâ, striatâ, & inferiùs cuculli papyracei instar convolutâ, supernè verò expansâ, & in mucronatam formam desinente, intus obscurè punicante, atq; foris pallidè herbaceâ, pistillum cornutum, è puniceo nigricantem, depromsit, Aro vulgari non absimilem. Fastigio caulis, sub thecæ cucullaceæ membranulâ, fructus adnascebatur, uvarum acinis congestis constans, primò virescentibus, & postmodùm per maturitatem è croceo colore rubentibus, qui intùs cartilaginea, duriuscula, rotunda semina servant, quibus, licet tardè, planta propagatur. Graviter autem tota olet, & masticata pustulas excitat.

Ponitur à Dodon. fol. 327. & 328.
Lobel. Obseru. 327. Adv. 261.
Cœsalp. lib. 5. c. 35. fol. 225.
Lugd. fol. 1602. bulbos. & carnos. lib. XV.
Epitom. Camer. fol. 360.
Matth. C. Bauhin. fol. 445.
Phytop. C. Bauhin. fol. 364.
German. Drachenwurtz oder Schlangenkraut.
Trag. lib. 2. c. 81.
Fuchs. 86. cap.
Tabern. 416. fol. secundo.
Matth. Germ. Cam. 190.
Durant. fol. 331.



III.
Bellis minor flore cæruleo.

I.
Leontopetalon.

II.
Polium Alpinum
flore luteo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

PLanta hæc Leontopetalon Dioscoridi, accuratissimo, Lobellio & aliis dicta: ex suâ nodosâ radice, cinerei nigricantis coloris, foliorum alas emittit à caule diversas, quod quidem in Geranii, Rupertiani Aristolochiæ rotundæ officinarum & similibus usu venire solet, radicibus tuberosis enascentibus. Caulis evaginatus, germanus striatus est, cui pallido punicei coloris lituræ asperguntur: foliis variè inflexis, obscuro virore luteis. In extremitatibus alarum flosculos suos consitos plerunque gerit, obsoleto colore, interiore parte luteos.

Lugdun. 1608. Lobel. Obs. 391. Adver. 305.
Matth. Casp. Bauh. 596. Phytopinace ejusdem paginâ 648.
Epitom. Matth. Camer. 565.
Hort. ejusdem 86.
German. Löwen Tappen.
Matth. Camer. 455.
Durant. 510.

II

Ex unâ radiculâ, lignosâ, albidâ, & parùm fibrata, sparguntur virgæ numerosæ, teretes, tenues, procumbentes, flexuosæ, quas ambiunt folia haud Polio majora, quasi cinere conspersa forent, incana, summitates in corymbos abeunt, è pusillis luteis flosculis congestos, qui deniq; in spicam excrescunt feracem tenuibus, pellucidis, membranosis, rotundis peltulis, lenticulæ minoris magnitudine, in medio paululùm elevatis: illæ subrufa, compressa, exigua semina servant, facilè telluri injecta comprehendentia.

Sub Alysso minor: Dalechamp. nomine Lugd. habet, fol. 1142.
Clus. fol. cxxxiii.
C. Bauh. in Phytop. fol. 168.
Epitom. Matth. Cam. fol. 558.
Cam. in Hort. Med. fol. 12.
German. Steinkräutlein.

III

Effigie Scabiosæ Pumila hæc Bellis Globularia Monspelliensium pedicellis rigidis foliis leviter viridibus plenis accrescit: flore glomerato cœruleo, qui, jam plantâ adultiore factâ, capitello in medio altius se extollente, paulatim depressior ampliatur.

Lobel. Adverss. 199.
Clusius lib. 4. fol. 6.

Germ. Blawe Margen Röslein/ oder Ruckherzu.
Tabernæmont. lib. 11. fo. 44.



II. Aristolochia longa vulgaris. I Aristolochia rotunda. III. Perfoliata.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ARistolochia rotunda. Crebris ab eadem radice odoris medicati, amplâ, rotũdâ, foris nigricante, intus buxeo colore infectâ, atq; hinc & inde fibras emittente, assurgit viticulaceis caulibus, quadratis, languidis, & subindè in terram reclinatis, simplicibus, cubitalibus, quibus brevi pediculo folia inhærent subrotunda, mollia, venosa, Asari foliis paulò longiora, atro virentia. Flos in alis foliorum prodit, oblongus, concavus, tubæ figurâ, coloris è purpurâ nigricantis, & labro prominulo, pariter nigricante, auriculas propè brutorum referens. Subnascitur huic fructus, è latâ basi in angustam desinens, turbinatus, iuglandis magnitudine, ac virore pallescens, intùs sex loculis membranosis distinctus, & materiâ fungosâ farctus, grana triangula, minutim quasi punctata, nigricantia, continens.

Vide Dod. Pemp. 3. lib. 1. c. 1. fol. 322.
Lobel. Obs. 332. Adv. 265.
Cœsalp. lib. 15. c. 5. fol. 567.
Clus. lib. 4. fol. 70.
Lugdun. 977. & 978. fol.
Epit. Cam. 419. fol.
Hort. Cam. 21. fol.
Matth. C. Bauh. 482. & 283. fol.
Phytopin. C. Bauh. fol. 615.
Germ. Frembde runde Holwurtz/ oder Osterlucey.
Trag. cap. 57. lib. 1.
Fuchs. c. 31. qui tantum Clematitin sequentem ponit.
Tabern. 434. lib. secundo.
Camer. Matth. Germ. 217. fol.
C. Durant. fol. 90.

II

Aristolochia longa vulgaris, vel major, quibusdam Clematis Sarracenica, & Aristolochia tertia Plinii. Superiorem magnitudine, odorisq; graveolentiâ, æquè ac reliquas congeneres species, post se relinquit. Radix prolixa, altissimè hinc & inde cum molestiâ hortulanorum se inferens, imò vel exiguis frustulorum particulis suum genus reparans, buxei coloris, ac sæpè digitum crassâ, & valdè fibrosâ, producit caulem cubito altiorem, firmum, rectum, folia longioribus pediculis hærentia, priori duplo, vel quandoq; triplo majora, è virore pallescentia. Flores, ad singulas alas adfixi, multi simul junguntur, oblongi, concavi, buxei coloris, singuli, post rotundũ tumẽtem utriculum, gracilitate coerciti, in oblongas prominẽtes auriculas abeuntes. Fructus parvi ovi magnitudine turbinatus, semina præcedenti latiora intùs occultat.

Eorundem Autorum, qui superiùs adscripti, fide constat. | German. Osterlucey.

III

Perfoliata. Radice fulcitur inutili, lignosâ, annuâ, è quâ caulis prosilit sesquipedalis, rotundus, firmus, ramosus, folia lævia, glabra, venosa, virescentia, ac è latiore sede in acutam tenuem spinulam fastigiata, umbilicotenus transmittens: flores quasi in umbellis foliaceis profert parvos, stellatos, aureos, agminatim cohærentes, & post hos semina nigricantia, oblonga, striata, & subtùs canaliculata, infra Psyllii magnitudinem, mansu resinosa.

Vide Dodon. Pemp. 1. lib. 4. c. 20. fol. 103. & 104.
Lobel. Observ. 215. Adverf. 171. fol.
Cœsalp. lib. 7. c. XXXIIII. fol. 296. Seselios Æthiopici (nomine.
Lugdun. fol. 1321.
Epit. Cam. fol. 888.
Hort. Med. fol. 120.
Matth. C. Bauh. fol. 805.
Phytopin. C. Bauh. 5. fol. 2.
German. Durchwachs.
Trag. lib. 1. c. 162.
Fuchs. cap. 243.
Tabern. 433. lib. secundo.
Cam. Matth. German. fol. 405.
Durant. 720.



I.
Orchis latifolia.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ORchis latifolia. Bulbi bini albescentes (quorum dexter flaccidior & paulò brevior est) crassi, succulenti, nucis Myristicæ magnitudine, supra quos ex imo caule aliquot crassæ expanduntur fibræ, caulem suffulciunt tantùm non sesquipedalem, geminatum; quem quina, vel sena, lata, liliacea, oblonga, & dilutè virentia, ac per longitudinem venosa, inferiùs involvunt sine pediculis folia. Supernè fastigiatur in spicam duplicem densiusculam florum ex albo purpurascentium, qui innumeris purpureis punctis signantur, & superiori parte cucullum aut galeam patentem efformant, dependente è singulis (ut Dodon. verba accommodem) veluti homunculi extensis brachiis, & divaricatis cruribus, absq; capite, corpusculo, eodem modo, quo ex Saturni ore depingi solent dependentes pueruli. Semina aliarum Orchidum vice, instar scobis, volitant ludibria ventis.

Quadrat ad descript. Dodon. f. 234. Lobel. Obs. 87. Lugd. 1550 | Clus. lib. secundo, f. 267. Matth. C Bauh. fol. 636. Phytopin. Cl. Bauh. fol. 119. | German. Groß Stendelwurtz. Matth. Germ. Cam. 303. Tabern. 2. lib. f. 343.

II

Cynosorchis fœmina. Radices olivares ejusdem cum superiori formæ, nisi quòd minores sunt, æquè ac folia, caulis dimidiam partem quasi involucro circumvolventia, viridia, angusta. Flores quoq; Orchides fatentur, sed magis purpurei sunt, & labris inferioribus in trifidas barbulas dissecti. Semina exigua clauduntur oblongis torosis capitulis, scobem referentia.

Videtur Testiculus morio fœmina. Dodon. Pempt. 2. c. 30. f. 236. Lobel. Obs. 88. Icon. 176. | Lugd. fol. 1552. Matth. Epit. Camer. f. 623. Matth. C. Bauh. fol. 635. | Germ. Braunroth Knabenkraut. Tabern. lib. 2. fol. 345. Matth. Germ. Cam lib. 2. c. 99. f. 302.

III

Nidus avis Leimodoron, & ἐμπίδιον Theophrasti, vel Orobanche Dioscor. & Cynomorion Plin. Clusio, dictũ aliis coagulũ terræ ejusd. Plinii: quidam Orchin abortivam vocant. Dodoneus probè descripsit, & Neottiam appellat. Densâ serie, nidi cujusdam in morem, innumeræ crassiusculæ radicum fibræ invicem conglomerantur, è quibus exurgit caulis succulentus, vaginatim, quasi foliaceis membranulis, involutus. Eius summum fastigium in spicam abit, congestam è flosculorum cassidibus hiantibus Orchidum vice, quas & seminibus exilibus refert, color mustelinus est, aut qualis quibusdam fungis putridis, obsoletus, idemq; cauli permanet.

Dodon. Pemp. 4. lib. 3. c. 23. fol. 543. | Lobel. in Icon. fol. 195. Lugd. 1073. fol. | German. Vogelnest. Trag. fol. 298.

IV

Dentaria radice coralloide, sive ἀφύλλου Radicula crassa, & quasi in ramos, corallii modo, divaricata, albescens, succi plena, & fibris prorsus destituta, desinit in cauliculum sesquipalmarem, vaginulis aliquot, Neottiæ instar, circumseptum. Summitates ejus spicæ rarioris speciem repræsentant, quæ constituta est è floribus aliquot, candore subflavescentibus, effigie Orchidum.

Vide Clus. plant. hist. lib. 5. c. 2211. fol. cxx. Tabern. 519. lib. secundo. | Germ. Klein kaal Zahnkraut.


IV.
Orchis flore albo minor.
Palma Christi peregrina flore rubro.
I.
Epipactis latifolia.
III.
Palma Christi erecta flore incarnato.
II.
Palma Christi erecta variegata.
VI.
Orchis Regens.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

EPipactis, seu Helleborine latifolia. Caulem, cubitum æquantem, involvunt folia indiscriminatim posita, Helleboro albo angustiora, & ad Damasonium nothum Dodonæi accedentia, secundum longitudinem venis distincta. Flores in summitate spicatim inter multas strictas foliorum appendices prodeunt, parùm ab Orchidibus distantes, obsoletè pallidi. Semina Orchidum seminibus congrua, quibus etiam odor radicum affinis, licet earum caput in plurimas crassiusculas fibras dispergatur.

Tantùm latiorum foliorum indicio ab alterâ angustifoliâ, cui Autores sui subjuncti, distinguitur. | Germ. Breit blätericht Nießkraut.

II

Palma Christi erecta variegata. Radicum palmæformium caput infernè quasi in digitos abit, secundum caulis cubitalis exortum, crassis aliquot fibris præditum: atq; hic cinctus foliis languidè virescentibus, aliquantùm latis, lævibus, liliaceis, imbricatis, extollitur. demùm in oblongam spicam, floribus saturatè roseis & maculis purpurantibus insignitis, Orchidum aliarum effigie, sed extrinsecùs dilutioribus constantem. Semen, hujusmodi generibus commune, scobis instar succedit.

Convenit cum Satyrio Basilico mare Dod. Pempt. 2 lib. 2. c. 31. fol. 240. & cum illo quod Thalius suæ Hercyn. Thuring. fol. 113. in Satyrium Basilicum latifolium & tenuifolium divisit.

Lobel. habet Icon. pag. 188.
Lugd. sub descriptione Satyr. Basil. major. Dod. non quo ad Iconem fol. 1568.
Phytopin. Cl. Bauh. fol. 124.
German. Händleinwurtz mit gesprengten Rosinfarben blätern.
Tabern. fol. 356.

III

Palma Christi erecta flore roseo. In pari tribu cum prædictâ ponenda, nisi quòd radicum processus magis digitati sint, & folia angustiora, & magis carinata: flores quoq; foris in tenues incurvatas caudas abeunt, Consolidæ regiæ instar, & roseo colore, interdum albescente, superbire videntur.

Matth. C. Bauh. fol. 637. (nem, f. 1568.
Lugd. secund. Iconem, non descriptio-
Thal. sylv. Hercyn. Saxon. (è placit. C. Bauh.)
Cl. Bauh. in Phytopin. 125.
German. Händleinwurtz / mit Rosenfarben blumen.
Tragolib. 2. c. 32. fol. 298.
Fuchs. cap. 271.
Tabern. fol 356.

IV

Orchis flo. albo minor, quæ à plerisq; herbariorum Orchis bifolia flore albo indigitatur, & Testiculus Leucanthemus. Sustinetur bulbulis binis napiformibus, seu olivaribus, succulentis, quorum dexter flaccidior, sinister vegetior est. Hos supernè ambiunt fibræ aliquot adnexæ crassiores, à quibus extollitur caulis pedalis, subtùs binis lævibus latis venosis foliis septus, qui deniq; fastigiatur in spicam, raris floribus odoratis, atq; ex albo pallescentibus, & papilionum passis alis se librantium effigies præ se ferentium, constantem. Semen congenerum specierum formam non excedit.

Dodon. fol. 237.
Lob. Obs. pag. 53. Adv. 63. meminit.
Lugd. 1554. & sub nomine Testiculi
Dodo. ceu quandoq; trifolia (vulpis.
observat, fol. 1556.
Camer. in Matth. Epit. fol. 625.
Hort. Cam. fol. 111.
C. Bauh. in Phytopin. fol. 519.
German. Kleine breite blätericht weisse Stendelwurtz.
Fuchs. c. 269.
Taber. sub nomine testicul. vulpis latifol. pag. 349. & Satyrii trifol. nomine, pag. 353.
Matth. Germ. Cam. f. 803.

V

Palma Christi peregrina flo. rubro, quæ quidē nostris regionibus vix spontanea observata fuit. Foliis erat oblongis, angustis, carinatis, caule dodrantali, foliolis sensim strictioribus & rarioribus obsepto, cujus spica brevis & densiuscula, floribus eleganti rubore sanguineo decoris nitebat. Seminum pulviscula Orchidum aliarum modo erant.

Congruit cum Thaliano Saxono Thuring. fol. 133. deliniato sub tertii Satyrii Basilici maris tenuifolii specie.

German. Frembd Schmalblätericht Händleinwurtz mit gantz rothen blümlein.

VI

Orchis repens parva. Radices fert geniculatas albescentes, & hinc inde divaricatas, folia Pyrolæ minoris magnitudine, crassa, atrovirentia, albis lituris seu stigmatibus subindè notata, inter quæ cauliculus palmaris raram in summo spicam sustinet, parvis è pallore albescentibus floseulis, Orchidis spiralis modo, congestam.

Camer. meminit. in Hort. Med. fol. 111 & Icon. 53. pulviscuło seminis appicto. | Cl. Bauh. Phytopin. 124. fol.

German. Kleine kriechende weisse Standelwurtz.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

Orchis Serapias secunda minor Dodon. Multiplex est natura Orchidum, & miris modis in hisce industiam suam natura repræsentat, non tantùm quâ radices, sed maximè quâ flores, qui in hac muscæ formam, in illâ apes, vespas, culices &c. referre videntur. Nostra è Melittiadum familiâ prodit. Aliarum Orchidum more dulcibus & succulentis binis olivaribus bulbis, quorum alter altero vegetior est, nititur; nec supernè adnexis appendiculis fibrarum destituitur: à quibus demùm caulis, pedem altior, erigitur, paulò supra exortum suum foliis, ad Helleborines vulgatioris effigiem expansis, involutus, senis, virescentibus, & per longitudinem striatis, donec, brevi interjecto interstitio, secundum foliorum strictiorum sinus, in rariore spicâ exhibeat flosculos Satyriorum perquàm elegantes, versicolores, quorum superior pars æmulatur aviculam viridiusculam Psitticoformem, capite elato atq; alis expansis aliquid insigniorum, seu galeam saturatè violaceam, ac lineolis & lituris luteis insignitam, sub se librantem. Semine familiis cognatis par esse videtur.

à Dodon. describitur Pemp. 2. c. 30. fol. 238.
Lobel. Observ. 88.
Cæsalp. nomine testiculi figurâ & colore apem flori insidentem æmulantis: lib. 10. c. 46. fol. 427.
Lugdun. lib. 15. fol. 1555.
Epit. Matth. Cam. fol. 625.
C. Bauh. Matth. fol. 365.
Cl. Bauh. Phytopin. fol. 120.
German. Stendelwurtz mit blumen / so wie ein grüner Papagey / einen bräunlichten schild haltent / formiret.
Trag. fol. 298.
Tabern. fol. 350.
Matth. German. Cam. 302. fol.

II

Iris bulbosa lutea mixta. Caulem è bulbo oblongo, & obsoletè subrufâ membranulâ foris obsito, atq; è basi suâ inferiùs crassas fibras spargente prodeuntem, alternatim amplectuntur oblonga, & liliasphodelo luteo tenuiora folia, quaterna aut quina sursùm erecta, & prope exortum carinata, quæ tandem, in membranas, caulem involventes, extenuata, locum dant ejus fastigio vaginato, è quo erumpit flos Iridum effigie, novem foliis constans, ternis scilicet majoribus deorsùm inclinatis, colore rutilante aureo, æquè atq; aliis paulò minoribus his incumbentibus, extimâ labrorum parte bifidis, & sursùm versis, adeò ut lingulæ hiantes hoc loco retegantur; reliqua, medium floris occupantia, surrecta sunt, &, præter extremas oras bifidas, è flavedine in pallorem abeunt. Semina continentur in oblongo triangulari succedente capite, quæ illius motu crepitantia maturitatem suam produnt.

Germ. Zwibel Lilien / mit nidergebognen golgelben blätern / vnd den andern auffrichten bleichgelb.

III

Iris bulbosa violacea mixta. Præter fimbriam luteam, quæ media folia decorat, prorsùs violacei floris est, reliquis partibus superiori non absimilis.

Videatur Clus. plant. hist. lib. 2. c. 44. fol. 250. & sequentibus, ubi & reliquarum congenerum specierum varietates pandit.

Vti & Lob. Adversar. alt. parte, fol. 510.

Germ. Veilbraun Zwibel Lilien / mit golgelben härlein.



I.

Iris bulbosa Anglicana
candido flore.

II.

Polygonatum angusti-
folijs.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

IRis bulbosa Anglica major flore candido. Parvo à prædictis discrimine distat, caule nempè altiore, foliis latioribus, & magis carinatis, floribus eleganti candore conspicuis, amplioribus, geminis, atq; sibi invicem succedentibus, fimbriâ luteolâ aliarum vice notatis. Seminum forma cum prioribus congruit.

Videndus Lob. fol. 511. Adverſ. alt. parte.
Et Cluſius loco paulò ſuperiùs citato.

Germ. Engliſche Lilien/mit ſchneeweiſſen blumen vnd Zwibelwurtzeln.

II

Polygonatum anguſtis foliis. Radix transverſa, albeſcens, paucis fibris capillata, nodoſa, digitalis craſſitudinis, Polygonati vulgaris modo cauliculum ſimplicem emittit, levem & tenuem, qui per intervalla brevia veſtitur foliis quàm plurimis, herbacei coloris, anguſtis, acuminatis, Rubiæ ſativæ quadrifoliæ ſitu annexis. Horum è ſinubus dependent floſculi albidi, nonnihil herbacei continentes, figurâ Hyacinthi Belgici floſculorum, ſed illis minores & anguſtiores, contractiores, concavi, qui defloreſcentes vertuntur in baccas verſicolores, Oxycocci Cordi inſtar, deniq; per maturitatem omninò rubentes, quæ intus ſemina albida condunt.

Conſulend. de hoc Dodon. lib. 1. Pempt. 3. cap. 21.
Lobel. Icon. p. 802. Obſ. 468. Adv. fol. 358.
Cluſ. lib. 2. fol. 277.
Lugdun. fol. 1625.
C. Bauh. in Phytop. fol. 603.

Germ. Weiſſwurtz mit ſchmalen blätern.

Trag. lib. 1. cap. 132.
Fuchſ. 225. cap.
Tabern. lib. 2. fol. 431.



II. *Iris bulbosa angustifolijs odorata.*

I. Iris anglicana maior. violaceo flore.

III. *Iris bulbosa angustifolijs cærulea.*

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

IRis Anglicana major fl. violaceo odorato, à reliquis Anglicanis speciebus hâc tantùm coloris notâ discernenda venit, cæteris partibus, ut & radice & bulbis lateralibus multiplicante, cognatam familiam manifestè fatetur.

Autores vidè superiùs.

Germ. Englischer gantz veilbraun Poetischer Hyacinth.

II

Iris angustifolia cœrulea. Bulbis tantùm minoribus, & foliis cæteris omnibus angustioribus, atq; subindè in spicam reflexis, uti & florum colore lucidè cœruleo, diversa à superioribus.

Germ. Liechtblawer Poetischer Hyacinth.

III

Iris bulbosa angustifolia odorata. Prioris germanam esse forma prodit, odor solus eas discernit dulciusculus, colorq; quasi variegatus dilutior florum, cæteris notis convenire videntur.

Non multùm differt ab Iride Clus. bulbosâ v. cœruleâ, descript. lib. 2. c. 44. fol. 212. ubi & aliarum varietates memorantur.

German. Liechtblawer gesprengter Poetischer Hyacinth.



III
Iris bulbosa angustifo.
lijs lutea mixta.

I.
Iris bulbosa Anglicana
flore cæruleo.

II.
Iris bulbosa angustifo.
lijs flore albo

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

IRis bulbosa Anglica major, flore cœruleo. Coloris varietate, qui, absq; fimbriis mediis luteolis, exactè cœruleus est, à superiore tantùm recedit.

Vid. Dod. Pempt. lib. 2. fol. 211.
Lobel. Obser. 48.
Lugd. fol. 1615.

German. Englische Lilien/mit gantz himmelblawen blumen vnd Zwibelwurtzeln.

II

Iris bulbosa angustifolia lutea mixta. A superiore bulbosâ violaceâ, quæ angustis pingitur foliis, tàm caule quàm radice, aut foliis, non diversa videtur; floris verò colore differt, qui in surrectis foliis pallidè flavescit, dorsali nervo crasso medio per longitudinem prominente signatis, & venulis purpurascentibus ad latera sese spargentibus conspicuus est. Gibba folia, lingulam tegentia, flava sunt, haud secus ac inferiora illa quibus excipiuntur, usq; tamen ad labra repanda, quæ cum pronâ parte elegantem aureum colorem referunt.

Autores vide superiùs.

German. Gelbe Englische Lilien/mit Purpurfarben sträiffiein vnd Zwibelwurtzeln.

III

Iris bulbosa angustifolia flore albo. Quo unico coloris discrimine tantùm à prædictis differt.

Ex iisdem, quibus prædictæ, Autoribus illius varietas constabit.

German. Weiß schmalbläterichte Englische Lilien mit Zwibelwurtzeln.



IV.

Gladiolus Narbonensis flore incarnato.

I.

Iris Bulbosa flore diluto cœruleo.

III.

Gladiolus Narbonensium flore purpureo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

IRis bulbosa flore cœruleo & purpureo. Et hæc quoq; varietates colorum, quæ miræ sunt, & nullâ unquam delineatione, vel certo pictorum artificio exprimendæ, elegantiâ suâ exauget; floribus scilicet suis maximâ quidem ex parte dilutè cœruleis, circumcircà verò oris è violaceo purpurantibus, reliquis notis ad majores priores referenda.

De quibus Autores superiùs citati consulendi.

German. Purpurblaw Englische Lilien/mit Zwibelwurtzeln.

II

Victorialis rotunda, seu Gladiolus sylvestris Cordi. Radicum bulbi rotundi, & reticulatâ membranulâ tecti, sibi invicem incumbentes, ac sobolem è lateribus protrudentes, caulem rectum, firmum, teretem, & fermè cubitalem emittunt singularem, infernè cinctum foliis angustis, oblongis, rigidis, gladii modo mucronatis, obscurè viridibus, striatis; ejus summa pars è latere, inter strictissimas foliorum appendices, quatuor aut quinq; flores valdè rubicundos, hiantes, & staminibus aliquot in medio insignes, Lilioasphodeli lutei ad formam accedentes, promit. Sequitur hos folliculus oblongus, turbinatus, nucis avellanæ magnitudine, qui parva semina & rotunda, exigua, tenui rubente pericarpio obducta, continet.

Vidend. Dod. Pempt. 2. lib. 2. fol. 209. & 210.
Lobel. Obs. 82. Adv. 47.
Cœsalp. lib. 10. cap. 35. fol. 420.
Lugdun. fol. 1620.
Epitom. Matth. Cam. 730. fol.
Hort. Med. Cam. fol. 67.
Matth. C. Bauh. fol. 701.
Phytop. C. Bauh. fol. 72.

Germ. Runde Sigwurtz/mit rocher blumen.

Tabern. 323. lib. 2.
Matth. Cam. Germ. fol. 338.
C. Durant. fol. 421.

III

Gladiolus Narbonensium flore purpureo. Citra florum colorem purpurascentem, & quòd utroq; latere flores exerit, omnia ampliora & vegetiora habet, veluti quoq; inferior, ac bulbum bulbo insidentem, aliàs familiam cognatam pari facie fatetur.

Autores superiùs citati & hujus mentionem faciunt.

Germ. Schwertelbrauner.

IV

Gladiolus Narbonensis flore incarnato. Discrimen in floris colore consistit.

Germ. Leibfarb Schwertel.



III. *Iris bulbosa mixta.*

I. Molÿ latifolium.

II. *Iris bulbosa variegata.*

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MOly latifolium. Radicis vicem obtinet bulbus rotundus, albescens, subtùs numerosas fibras è suâ basi emittens: inde surgunt bina, aut terna, lata, oblonga, carinata folia, saturatè virentia, per longitudinem nervosa, atq; infernè caulem amplectentia fermè cubitalem, enodem, teretem, virescentem, lævem; qui summo fastigio è tenui membranulâ orbiculatum densè stipatum fasciculum sustinet, abundantem floribus longis pediculis subnixis, è carneo purpurascentibus, senis foliis capitulum herbaceum quadrifidum radiatim cingentibus; totidemq; senis in medio staminibus concoloribus respondentibus, quibus lutei apices præfiguntur. Semina, nondum mihi visa, aliis Moly generibus, à quibus nec odore se separat, absimilia esse non putandum est. Orbiculatis bulbulis, è foliorum sinubus prodeuntibus, æquè ac radicularum bulbosarum parvâ sobole, se valdè multiplicat.

Non multùm discrepat ab illo Moly Hispanico, seu Pyrenæo, quod Clusius Curis suis posterioribus in fine adjecit, & admodum graphicè descripsit.

German. Leibfarb Spanisch Moly.

II

Iris bulbosa variegata, seu potius versicolor. Folia assurgentia, hilaris purpureoviolacei, media lutei, inferiora repanda planè aurei coloris sunt: bulbus obsoletè rubescit, folia angusta è virore tantùm non cæsium colorem obtinent. Cæteroquin superiorum consortio annumeranda.

German. Veilfarbicheer Poetischer Hyacinth.

III

Iris bulbosa mixta. Folia surrecta, è cœruleo subalbicabant, gibba aureti coloris erant; inferiora, versus terram reclinata, ex albedine pallescebant: aliàs prædictæ, cui affinis, respondere videtur.

De Autoribus vide suprà, ubi congeneres species recensentur.

German. Poetischer Hyacinth / dessen auffrechte blåcer weißblaw / vnd die nidergelegenen bleichweisser farbe.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

GLadiolus Italicus flore rubro.

German. Roth Welsch Schwertlilien.

II

Gladiolus Hiſpanicus flore albo.

German. Weiß Spaniſch Schwertlilien.

III

Gladiolus Narbonenſis flore incarnato intenſiore, ſeu magis roſeo. Nec ſpecie, nec formâ partium aliâ, absq; florum colore, diſcernendi veniunt.

Autoribus ſuperioribus ſub prædictorum ſpecie habetur.

German. Leibfarb Narboniſche Schwertlilien.

QVINTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



1.

Flos Solis maior.

CELEBERRIMI EYSTET-

tenſis horti, Icones plantarum Æſtivalium.

I

HElos Solis major, & Helianthemum, ſeu potius Chryſanthemum Peruvianum, Matthiolo Helenium Indicum dictum. Vt proceritate arboreâ quamcunq; ſtirpium provocat, ſic admiratione multorum oculos ad ſe allicit elegantiſſima hæc planta, à Luſitanis meritò Gigantis nomine inſignita. E radice denſè fibratâ, brevi, nec profundè demiſsâ, altitudinem obtinet pedum octodecim, caulémq; craſsitudinis brachialis, fragilem. Huic in craſſis pediculis inæqualiter appenduntur folia Bardanæ effigie, quamvis majora, atrovirentia, marginibus ſerrata, atq; in mucronem collecta. Faſtigium protuberat in craſſum & ſquamoſum caput, ſe tandem explicaturum in unicum prægrandem florem, amplitudinem ingentis cujusdam culinariæ lancis æquantem, qui quaſi reverentiâ Solaris luminis (cum quo etiam convertitur) nonnihil deorſum nutat, & quamplurimis ſpecioſis, aureóq; fulgore micantibus ac ſtriatis foliis, Liliaſphodeli lutei foliorum ſpeciem affectantibus, (at multò majoribus, & prope exortum concavis, & in ſummo contortis) orbiculariter cingitur. Diſcus ejus medius, pedem latus, denſè ſtipatur innumeris conglomeratis ſubluteis, atq; quinq; denticulis ſecundum oras extremas crenatis floſculis, quibus nondùm omnibus explicatis, è medio floris exudat reſina candida, paulò Terebinthinâ durior: illis verò demùm deciduis, ſuccreſcit, quaſi in alveolis ordine diſpoſitis, tanta ſeminum copia, ut quandoq; ex unico flore duo millia trecenta & ſexaginta duo ſe collegiſſe Camerarius memoriæ mandatum relinquere voluit. Sunt autem Cnici ſeminibus, aut Scolymi, non abſimilia, majora tamen, oblonga, & exterius nigricante cortice, qui interiùs medullâ dulci repletus, obducta.

Deſc. à Dodon. fol. 264.
Lobel. Obſ. 322.
Cœſalp. lib. 12. cap. 35.
Lugdun. 874.
Nicol. Monard. ſimpl. Medicam. ex novo orb. delat. hiſtor. fol. 348.
Hort. Med. Cam. 61.
Epit. Cam. 503.
Matth. C. Bauh. fol. 889.
Phytop. Caſp. Bauh. fol. 541.
Paul. Renealim. Specimin. hiſt. plant. fol. 83.

Germ. Groß Indianiſch Sonnenblumen.
Matth. Cam. 162.
Tab. 439. lib. ſecundo.
Durant. 766.



Flos Solis prolifer.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

HElos Solis prolifer, seu Helianthemum Peruvianum ramosum. Venustate quidem, & elegantiâ, cum præcedenti de principatu certare videtur, licet arboreâ proceritate illi quodammodò cedat, præterquam quòd paris figuræ folia edat, & flores pariter speciosos, minores tamen, frequentes, ita ut nonnunquam in unâ stirpe quindecim numerârim: insident quoq; tàm fastigio, quàm alis crassis, brachiatis, oblongis quasi foliaceis tegmentis subtùs excepti, atq; aliis foliis, iis quæ ex caule ortum trahunt non absimilibus, orbe tenus circumactis, septi. Reliquâ facie cum prædictâ planè convenit.

Vid. Dodon. memorata Pempt. 2. lib. 3. c. 22. fol. 264.
Epitom. Matth. Camer. edit. 540.
Hort. Med. Camer. fol. 60.
Matth. C. Bauh. fol. 889.
Phytopin. C. Bauhin. 542.

Germ. Indianisch vieleragend Sonnenblumen/mit nebenblumen.
Matth. Camer. fol. 262.



II. Calendula lutea flore pleno.

I. Calendula prolifera.

III. Calendula lutea medioruffa.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAlendula prolifera paucis coronariarum formæ elegantiâ cedit. Parùm fibrosis exit radiculis, rectis, lignosis, albicantibus, quibus innituntur caules cubitales, multiplices, ramosi, & quasi striati. His alternatim affiguntur sine pediculis folia mollia, dilutè virentia, oblonga, & nonnihil lata, subhirsuta, & in obtusum mucronem abeuntia, quæ marginibus suis raras serraturas exhibent. Summis ramorũ alis & fastigiis flos insidet, Chrysanthemi majoris, quod foliis Matricariæ est, amplitudine, foliis multiplicibus, aureo fulgore, seu potius Mali Aurantii pallidioris colore rutilantibus, extremis oris crenatis, & juxta ungues pallescentibus, confertim stipatus, circinatæ rotunditatis. Ex hujus foliaceo capitulo subtùs emerguntalii tenuiores pediculi, supra florem circumcircà elevati, plerunq; deni, aut pauciores, alium minorem, ejusdem formæ & coloris, prolificum flosculorum fœtum extollentes. Semina succrescunt floribus marcescentibus, recurva, speciem vermiculorum vel aduncos aviculariumungues referentia, ex uno capitulo multa, & magnitudine diversa. Si probè subactâ terrâ inseratur, & hyeme in hypogæis servetur planta illa, postmodùm per totam æstatem miris florum incrementis luxuriat.

Vide Lobel. Icon. 553. fol.
Cam. in Hort. Med. 33. fol.
Germ. Volle Ringelblumen/mit neben blümlein.
Tabern. fol. 47.

II

Calendula lutea flore pleno. Tantùm circa flores repullulanti florum sobole destituitur, alioqui cæteris formæ partibus â prædictâ non recedit.

Vide Lobel. Obs. pag. 142.
Cœsalpin. lib. 12. cap. 29. fol. 495.
Lugd. fol. 811.
Epit. Cam. 918.
Hort. Med. fol. 33.
Matth. C. Bauh. fol. 894.
Phytopin. C. Bauh. 538.
Germ. Volle gelbe Ringelblumen.
Tabern. fol. 47.
Matth. Germ. Cam. fol. 435.
Durant. 171.

III

Calendula medio rufa. Atq; hæc tantùm disco medio floris, tenuibus rufis staminulis luxuriante, à superiore variat.

Vid. Cam. Hort. Med. fol. 33.
German. Ringelblumen/mit einem rothgelben grund oder butzen.



II.
Bondzilla Sesamoides dicta cœrulea flore completo.

I.
Tanacetum inodorum flore Bellidis maioris.

III.
Calendula flore simplici

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

TAnacetum inodorũ flore Bellidis. Attollitur in caules firmos, sesquicubitales, & ex unâ radice obliquâ, & innumeris fibris donatâ, multiplices, per quos inordinatè sine pediculis sparguntur folia alata, & in multas lacinias discissâ, Tanaceti vulgaris ritu, odore destituta, subhirsuta. Caulis in tenues alas superiùs dirimitur, foliis gracilioribus & rarioribus obsitus, & summitatibus singulis capitula tenuiter squamata ostendit, flosculis Bellidis seu Cotulæ æqualibus, albis foliis medium discum flavum cingentibus, conspicua. Semina sequuntur nigriuscula, pusilla, oblonga, Tanaceto paria.

Lugd. sub nomine Athanasiæ, fol. 1147.
Lobel. Obs. pag. 432.
Clus. fol. 338.
German. Reinfahren ohne geruch.
Tabern. fol. 38. lib. 2.

II

Chondrilla Sesamoides dicta flore completo. Radix longa, recta, albescens, lacteo succo plena, folia Coronopi modo rariter lacinioſa, latiora tamen, hirsutiora, atq; pariter in orbem sparsa profert, quibus in caule sesquicubitali, aut altiore interdum, paria succedunt, usq; dum sensim rariore serie evanescant, locum relinquentia multis tenuibus ramulorum alis, quorum fastigiis, in capitulis membranaceis lucidiusculis, squamatis lacearum pratensium, flores Cichoracei præfiguntur, densâ florum cœruleorum texturâ, ac staminulis aliquot in medio luteis luxuriantes. Semen conditur squamosis illis capitulis, nigricans, angulosum, exiguum.

Dod. nomine Chondrillæ, quæ tertia species, fol. 527.
Vid. Lobel. Adverſ. 237.
Lugdun. 1671.
Camerar. in Epit. 945.
Hort. Med. Cam. fol. 159.
C. Bauh. Matth. fol. 848.
Phytopin. fol. 217.
Germ. Frembd dünckelblaw Wegwartenart.
Matth. German. 422. fol. lib. 4. c. 120.

III

Calendula simplici flore melino. Præter florum seriem simplicem, ejusq; colorem pallidum, melinum, ad superiorum plenorum consortium pertinet.

De vulgari vid. Dodon. fol. 353.
Lobel. Obs. pag. 142.
Cœsalp. lib. 12. c. 29. fol. 495.
Lugdun. fol. 811.
Hort. Med. fol. 33.
Matth. C. Bauh. fol. 894.
Phytopin. C. Bauh. 538.

Germ. Bleichgelb Ringelblumen.
Trag. c. 46.
Fuchs. c. 43.
Tabern. sub titulo Calend. Arvenſ. 49.
Matth. Germ. Cam. f. 435.
Durant. 171.



III. Tanacetum Cristatum Anglicum. I. Noli me tangere. II. Tanacetum vulgare.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

NOli me tangere, Herba impatiens, & Persicaria siliquosa, Milium caprearum Gesnero. Radice parùm fibrosâ annuâ nititur caulis cubitalis, atq; interdum altior, subluteus, pellucidus, & Balsaminæ fœminæ non dispar, quam etiam folia aliquo modo referunt, præterquam quòd latiora sint, & ad Mercurialem sylvestrem quadantenus accedant, ambitu serrata, & è longis pediculis inordinatè cauli adfixa. Flos inter folia prodit in longo pediculo, luteus, tubulum quasi concavum, subtùs corniculatum, seu hamuli modo recurvatum, referens. Superiùs, ubi patet, binis latis, subrotundis, lævibus foliis conspicuus, tegmen capitis exprimit, quod equitibus quondam Germanorum solemne fuit, vulgò dictum eine Reuterskappen. Floribus marcidis succedunt longæ, striatæ, pellucidæ siliculæ, quæ levi digitorum attactu, maturæ, in plures partes dissilientes, granula seminum oblonga, parva, fusca, in tangentem summo cum impetu explodun. Vnde etiam nomen herbæ impatientis, & Noli me tangere, ortum videtur.

Dodon. 648.
Lobel. Obs. 171. Adverf. 135
Cœsalp. Catanances alteriis nomine lib. 6. c. 68. fol. 266.
Lugd. sub nomine Chrysææ, fol. 876.
& alio in loco Persicariæ siliquosæ titulo, lib. 10. c. 76. fol. 1205.
Hort. Med. Cam. 106. & 122.
Germ. Springsamenkraut oder Rührmich nicht an.
Trag. lib. 1. c. 100. Wolffsmilch in wälden.
Tabern. 540.

II

Tanacetum vulgare, seu Tanacetum millefolii foliis Lobel. Folia pinnata, conjugatim in costâ oblongâ dispoita, & Matricariæ ritu dissecta, aut, ut rectè Lobel. habet, inter Millefolium & Filicem media, subhirsuta, odorata, inæqualiter cauli affiguntur recto, sesquicubitali, striato, qui assurgit è radice valdè fibrosâ & repente, atq; in summis alis sparsis ostendit aureos corymbos Menthæ Balsamitæ, seu Costi hortensis, qui postea marcescentes in semen pusillum nigricans dissolvuntur.

Dodon Pempt. lib. 2. c. 16. fol. 16.
Lobel Obs. pag. 437. Adv. 335.
Cœsalp. 12. lib. c. 8. fol. 479.
Epitom. Cam. 650.
Matth. Cas. Bauh. fol. 651.
Phytopin. C. Bauh. fol. 221.
Germ. Reinfahren.
Trag. lib. 1. cap. 51.
Fuchs. 13. cap.
Tabern. 35. fol. lib. primo.
Matth. Cam. 311.
Durant. 982.

III

Tanacetum cristatum Anglicum, Tanacetum foliis crispis. In delicias hortorum, tâm Angliæ, quàm Germaniæ cessit, foliisq; constat tantùm priori odoratioribus, & minutioribus, & frequentioribus incisuris seu fimbriis crispatis; reliquâ facie vulgari non absimile, in quod nonnunquam degenerare solet.

Dodon. loco paulò superiùs citato f. 36.
Lobel. Obs. pag. 432. Adv. 335.
Hort. Med. Cam. 631.
Matth. C. Bauh. 650.
Phytop. C. Bauh. fol. 222.
Germ. Krauß Englisch Reinfahren.



II.
Chrysanthemum Creticum luteum.

I
Bellis maior

III.
Chrysanthemum Creticum mixtum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

BEllis major, seu Consolida media vulnerariorum Lobel. A radicibus, in obliquum actis, & fibris frequentibus subtùs demissis, sustinentur folia numerosa, ambitu serrata ac è rotunditate quasi sensim gracilescentia, & subindè, Senecionis modo, nonnihil profundius incisa. Cespite illorum exurgunt caules cubitales, lignosi, striati, foliis aliis per intervalla angustioribus, basi latiore obsepti. In summo emicant flores, Bellidi vulgari quidem pares, sed ampliores, & discum luteum albis foliis radiatim coronantes. Semina Tanaceto minora sunt, nigricantia.

Dodon. Pemp. lib. 3. c. 23. fol. 262.
Lob. Obs. 255. Adversar. 200.
Cœsalp. Bellid. alter. titulo, lib. 11. c. 26. fol. 494.
Lugdun. fol. 853.
Cam. Epit. 653.
Matth. C. Bauh. fol. 653.
C. Bauh. Phytop. fol. 505.
German. Gänßblumen.
Trag. cap. 45. lib. 1.
Fuchs. cap. 53.
Matth. Germ. Cam. 312.
Tabern. fol. 45. lib. 2.
Durant. fol. 133.

II

Chrysanthemum Creticum luteum. Sesquicubitali firmatur caule striato, foliis, in varias & inæquales lacinias diremtis, inordinatè cincto. Summitatem obsident ampli flores, squamatis capitulis incumbentes, orbiculato foliorum flavorum ambitu luteolum discum circumdantes, qui deniq; in capitulum, multis & inæqualibus longiusculis seminibus conglomeratis turgens, se contrahit.

Videtur Clusianum 1. Cretici nomine, lib. 3. c. 32 fol. 355. describ.
Nec multùm divers. est à Chrysanthemo foliis
Matricariæ Matthioli in C. Bauh. edit. fol. 738. propositum.
à Bauh. vero Phytopin. fol. 25.
Lugd. 873. fol.
Hort. Med. Cam. 41.
German. Golcblumen.
Tabern. fol. 454. lib. 1.

III

Chrysanthemum Creticum, flore mixto, qui quidem albus est, unguibus verò pallescit, aliàs à præcedenti parùm differt.

German. Crctische halbichte gelb vnd weiß Golcblumen.



II. *Matricaria flore pleno.*

I. Matricaria flore simplici.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MAtricaria flore simplici, Parthenium Matthiolo nuncupata. Caules à radice admodum fibrosâ in frequentes alas dividuntur: folia laciniis pluribus Chrysanthemi Matthioliani ritu constant, valdè odorata, & amara. Summitates alarum floribus abundant, singularibus pediculis innixis, candidis, discum flavum cingentibus. Semina pusilla sunt Chamæmeli modo.

Describ. à Dodon. fol. 36.
Lobel. Obs. 433. Adv. 335.
Cœsalp. lib. 12. cap. 24. fol. 492.
Lugdun. 954.
Epitom. Camer. 649.
Hort. Med. 96.
Matth. C. Bauh. 651.

German. Einfach Mertram/oder Mutterkraut.

Fuchs. cap. 15.
Trag. 59. cap. lib. 1.
Matth. Cam. 310.
Tabern. 34.
Durant. 710.

II

Matricaria flore pleno. Nec foliis, nec caule striato à superiore differt, nisi quòd flosculi multiplici foliorum seriè densentur, vel nullum, vel valdè exiguum in orbe discum exhibentes. Surculis faciliùs quàm semine, quod ut plurimùm inane est, propaganda, idq; autumnali tempore feliciùs succedit.

Vid. Clus. fol. 337.

German. Gefüllt weiß Mertram.



III. Coniza minor.

I. Ageratum.

II. Coniza Palustris.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AGeratum septentrionalium Lobelii flore luteo, Eupatorium Mesues Trago, Camphorata recentiorum Cœsalpino. Radix obliqua, valdè fibrosa, cauliculos dodrantales folioſos emittit, rectos, complures, foliis superioribus tenuiter crenatis, cæteris verò modicè serratis, ac quandoq; nonnihil lacinioſis, obseptos, qui in summo dividuntur in corymbos luteos, Tanaceto minores, capitulis floſculorum squamatis, & staminulis exiguis, densè farctis, constantes: subsequitur semen minutum cinereum, Millefolio simile.

Dodon. Pempt. 2. lib. 4. c. 26. fol. 293.
Lob. Observ. 259. Adverſ. 208.
Cœsalp. lib. 12. cap. 9. fol. 481.
Lugdunenſ. 778.
Epit. Cam. 795.
Hort. Med. Cam. 6.
Matth. C. Bauh. 740.
Phytopin. Caſp. Bauh. fol. 419.
Germ. Frembd gelb Leberkraut/Leberbalſam.
Matth. Camer. 352.
Tabern. 421. lib. 1.
Durant. 364.

II

Conyza paluſtris quibusdam dicta. Cannabina fœmina septentrionalium stellato odorato flore, Lobel. Cannabina aquatica foliis non diviſis, ad differentiam alteriùs, quæ foliis est tripartitim diviſis. Herba Kunigundis secunda Tabern. Hepatorium aquatile Dodon. In caule, plusquàm cubitali rubescente, locantur folia, Cannabinis serraturis conspicua, bina ex adverſo sibi respondentia: virgis supremis insident floſculi lutei, stellato diſco in medio turgentes, qui postmodùm in oblonga fusca semina diſsoluitur, binis minutis hamulis, lappæ instar, vestibus prætereuntium se implicitura: radix est fibrosa, non profundè demiſsa.

Dodon. Pemp. 4. lib. 5. fol. 585.
Lobel. Adverſ. 227. Icon. pag. 529.
Lugd. 1039. ubi tamen diverſas plantas unâ Icone confundere videtur, ut ex deſcriptione patet.
Phytopin. C. Bauh. fol. 641.
Germ. Kunigundenkraut/oder Waſſerdoſt.
Tabern. in Icon. pag. 117. lib. 2. cap. 17. fol. 417.

III

Conyza minor, seu Aſter Conyzoides odoratus luteus. Multos ab uno radicis fibrosæ capite promit cauliculos, teretes, pedem paulò ampliùs altos, lignoſos, rectos, foliis viridiuſculis, odoratis, rigidis, Conyzæ minoris, & ambitu rariter denticulatis, undiq; alternatim veſtitos: Summitates illorū flores ſuſtinent in capitulis, è folioſis squamulis digeſtis (extremis foliorum oris semper trifidis) flavum orbem circumvallantibus. Non admodum nota est, & magis Asteris quàm Conyzarum speciebus annumeranda videtur.

German. Welſch klein Bürtzwurtz.



II.
Cineraria Marina.

I.
Gnaphalium latifoli,
um peregrinum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

GNaphalium latifolium peregrinum C. Bauhino, ut & Gnaphalium Americanum, hæc planta, loci natalis ratione (Clusio teste) dici meruit, ramulis constat multis, incano tomento obsitis; foliorum (quæ ut plurimùm repanda) situs inæqualis est, eaq;, nisi quòd integra, Ptarmicæ vulgari vel salignis foliis similia sunt: superiùs virent, inferiùs molli lanugine, & nervo per longitudinem prominente, canescunt, summo caule in singulis pediculis flosculi erumpunt è squamosis, argenteis, & imbricatim compactis capitulis, multi, candidi; qui explicati discum subflavum, in pappos abeuntem, ostendunt. Radices fibrosæ sub tellure repunt.

Eius descriptio proditur à Matthiolo, Casp. Bauhin. pag. 626.
à Clusio verò rarior. stirp. pag. 327.
in Phytopin. C. Bauh. pag. 509.

German. Frembd Rhurkraut.

II

Cineraria marina. Folia Iacobeæ ferè vulgatioris profert, cui etiam maximè affinis est, contracta, rugosa, pronâ parte leviter, supinâ verò magis incanâ, & latiore basi caulem, rarò tomento obductum, ambeuntia: atq; hic, supernè in aliquot ramulos divisus, flores luteos Iacobeæ vulgaris promit, qui vetustiores pariter in pappos solvuntur. Radix subest fibrosa, perennis.

Alia à Cinerar. Lob. & à nullo descripta, multùm tamen convenit cum Iacob. alt. Dod. fol. 631.

German. Gelbe frembde Jacobsblumen.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

COtyledon minor foliis oblongis serratis. Statim à radice, quæ se adnatâ sobole multùm diffundit, fibrosâ, nigricante, frequentia, conferta atq; in orbem digesta promuntur folia, oblongis ligulis paria, crassiuscula, aliquantùm succulenta, dilutè herbacea, atq; ambitu tenuissimis albicantibus serraturis prædita: è medio illorum prodit caulis cubitalis, rarioribus & minoribus foliis obsitus, hirtus, & supernè in quasdam alas sparsus, quarum pedicelli sustinent flores multos, albos, quinq; foliorum, internè sanguineis quasi guttulis Saniculæ alpinæ ritu notatorum, ac umbilicum nitentem, pallidum, decem staminulis septum, cingentium: semen relinquitur in rotundis capitulis exile, nigrum, ut multa huius generis.

Cœsalp. sub Phylli primi titulo, lib. 8. c. 30. fol. 337.
Lobel. Observat. pag. 210. Icon. fol. 386. Adv. 165.
Cl. Clusio, fol. LXIIII. lib. 4.
Lugd. nomine Phylli Theligoni. fol. 1195.
Epitom. Camer. 859. fol.
Matth. Casp. Bauh. 787.
Phytopin. C. Bauhin. fol. 560.
Germ. Klein lang schmalblåtericht Nabelkraut.
Tabern. 581. lib. secundo.
Durant. 1060.

II

Pyrethrum officinarum foliis & facie Chamæmeli. Cauliculi pedales è radice tenui, longâ, producti, obsidentur foliis Cotulæ seu Chamæmeli, at crassioribus & longioribus: fastigiis affiguntur flores Buphtalmi amplitudine, orbem densum, subluteum, oblongis albis foliis, & subtùs rubescentibus, radiatim circumdantes: semina succedunt alba, parva, triangula.

Dodon. Pemp. 3. lib. 1. fol. 544.
Lob. Obs. 447. Adverss. 346.
Cœsalp. sub Pyrethri alterius specie, fol. 294. lib. 7. c. 30.
Lugdun. fol. 1170.
Epit. Cam. 543.
Hort. Med. 134.
Matth. C. Bauh. 574.
Phytop. fol. 256.
Germ. Bertram.
Fuchs. 274. cap.
Trag. lib. 1. cap. 153.
Matth. Cam. 272.
Tabern. 368. lib. 1.
Durant. 817.



I.
Pyrola.

III.
Erantʒemum flor: flammeo.

II.
Erantʒemum flor: rubro.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

PYrola vulgata: Limonium sylvestre & Betæ sylvestris species Trago. Radix ei est subalbicans, tenuis, fibrosa, & sese summâ tellure in propagines laterales diffundens, caulis pedalis, in imo squamis parvis angulosis tectus, alioquin nudus, teres, & intermedia folia (quæ longis pediculis surrectis nituntur, rotunda, lævia, dura, carnosa sunt, saturato virore nitentia, & Betæ vulgatioris primis foliis respondent) erumpens, fastigium versus in spicam rariusculam abit, albidis flosculis, subrotundis quinis foliolis & capillamentis illorum mediis constantem: semen pentagona capitula succedentia intra se condunt, scobis instar tenuissimum.

Dodon. fol. 138.
Lob. Obs. 157. Adverss. 122.
Lugdun. 841.
Clus. quo ad Iconem. c. xvi. lib. 5.
Epit. Cam. 725.
Matth. C. Bauh. 696.
Phytopin. 358.

Germ. Breit Waldmangolt.
Trago. lib. 2. c. 53.
Fuchs. 176. cap.
Matth. Cam. 336.
Tabern. 432. lib. 2.
C. Durant. 819.

II

ERanthemum, seu flos Adonis, flore rubro. Radicibus fulcitur tenuibus, fibrosis, lignosis, caulibus sesquicubitalibus, aut interdum altioribus, brachiatis, striatis, circa quos folia, inter Nigellam sylvestrem & Chamæmelum ferè medio modo se habentia, tenuiter sciisa, viridia: flores constant quinis foliis, unguetenus atris, cæteroquin è minio pulchrè rubentibus, & capitulum fuscum, raris staminulis septum, circumdantibus: hisce marcidis, idem capitulum colligitur in Echinatam quasi spicam, turgentem seminibus subrotundis, acuminatis, pallidis, & quandoq; parùm rugosis, quæ spontè excussa sequenti æstate, facilius quàm sata, sui generis plantam perficiunt.

Dodon. 260.
Lob. Observ. 150. Adverss. 115.
Lugdunens. 969.
Epit. Cam. 647.
Hort. Med. fol. 6.
Matth. C. Bauh. 650.
German. Rothe Feldröslein.
Matth. Camer. 202.
Tabern. 469. secundo lib.

III

ERanthemum flore flammeo. Ejusdem est cum prædicto familiæ, præter coloris fulgorem flammeum, quo superiorem propemodùm superat.

Suprà citatis Autoribus respondet, maximè Clus. fol. 336.

German. Feuerfarbe Feldröslein.



II.
Aster Atticus minor flore cæruleo.

I.
Conyza media.

III.
Aster Atticus maior flore cæruleo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

COnyza media Dodon. Matth. Lobel. Camerar. Lugdunensis & Cunilago Cœsalpin. Calaminthæ tertium genus Fuchsii. Totam Conyzarũ familiam sedecim plantarum esse, è recentioribus C. Bauhinus prodidit, qui huic nostræ quintum locum assignavit. Radix ejus surculosa est, & crebris fibris firmata, mittit autem caules teretes, erectos, cubito plus minúsve proceriores, supernè brachiatos: folia his falcatâ basi, sine pediculis, alternatim affiguntur, oblonga, aliquantùm incana, & graviter odorata: summitatibus extremis ramorum flores insident, luteis foliis discum concolorem radiatim cingentes, qui tabescentes deniq; in semina crebra, minuta, angusta, oblonga, pappo appensa, desinunt.

Dodon. fol. 52.
Lobel. 187. Obs. Adverss. 145.
Lugdunens. 1045. fol.
Cam. Epit. 614.
Thal. 20. fol.
Matth. C. Bauh. 630. fol.
Phytop. Bauh. 516. fol.

Germ. Geel Dünt/oder mittel Bürtwurtz.
Trag. c. 54. lib. 1.
Fuchs. 165. cap.
Tabern. fol. 530. lib. secundo.
Camer. Matth. 301. fol.
C. Durant. 271. fol.

II

Aster Atticus minor flore cœruleo. Amellus Matthioli. Tinctorius flos. 1. Tragi. Caule prodit erecto, parùm piloso, rotundo, duriusculo, dodrantali: foliis oblongis angustis, olearum specie, at brevioribus, asperis, subhirsutis, nigroviridibus, frequentibus, & alternatim locatis: flores in fastigiis ramosis emicant, aceros & squamatis caliculis excepti, circinatæ rotunditatis discum luteum orbiculari cœruleo purpureorum foliorum ambitu cingentes: atq; ille solvitur in semina fusca, oblonga, exigua, pappo obsessa: radix plantæ subest (plures subindè cauliculos erigens) multifida, odoris jucundi, &, si Matth. credimus, Caryophyllorum quiddam resipiens.

Dodon. 266.
Lob. 189. Obs. An Aster Italorum fl. purpureoluteo.
Lugd. 860. fol.
Cam. Epit. 904.
Hort. Med. 23. fol.
Matth. C. Bauh. 817.

Phytopin. Bauh. 518.
Germ. Klein Sternkraut/mit blawen blumen.
Trag. cap. 49. lib. 1.
Fuchs. 47. cap.
Cam. Matth. Germ. 410.
Durant. 113. fol.

III

Aster Atticus major flore cœruleo. Florum fœtu seriore, altioribus caulibus, atq; foliis latioribus à prædicto tantùm dissidet.

Autores superiores etiam hîc conveniunt.

Germ. Groß Sternkraut/mit blawen blumen.

SEXTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



III. Kali Minus. I. Sabdariffa. II. Campanula foljs serratis cærulea.

CELEBERRIMI EYSTET-

tensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SAbdariffa Lobel. seu Alcea Americana, & Malva Indica Hispanorum Clusii. Radix, multis fibris innitens, caulem sustinet rectū, striatum, quinos cubitos nonnunquàm proceritate excedentē, ab imò usq; ad summū cacumen tanquā inspicam fastigiatū, foliis diversæ figuræ, longis pediculis, sine ordine subvectis, amictū, inferioribus scilicet omninò integris, serratis, & Lupuli salictarii effigie in mucronem collectis, reliquis, Penthaphylli majoris aut potius Cannabis ritu, in tres aut quinq; lacinias serratas dissectis. Ex illorum sinubus pariter ac ramulorum adnatis, aliis subindè minoribus foliis vestitis, emergunt in calice foliaceo, ac uncinis innoxiis nonnihil obsito, flores magni, quinis foliis præditi, Alceæ Venetæ æmuli, coloris ex albo pallescentis, umbilicotenus gracilescentes, ac radiis, è nigricante purpureâ basi in folia dispersis, simulatq; pistillo, supernè ramoso, medium floris occupante, conspicui. Semen includitur capitulis pentagonis, extrinsecùs leviter aculeatis, interius villosis, Abutilo nonnihil majus, at formâ & colore non dispar, rarissimè nostris regionibus ad absolutam maturitatem perventurum.

Vide Dodon. fol. 647.
Lob. Obs. fol. 375.
Lugd. fol. 595.
Phytop. C. Bauh. 685.
German. Indianische Pappelblumen.

II

Campanula foliis serratis cœrulea. Non multùm diversa est à Campanulâ Persicifoliâ, superiùs deliniatâ, nisi quòd folia crebrioribus serraturis notentur, florésq; paulò minores & frequentiores, pyramidalis formæ, è calice foliaceo dependeant: sed forsân. hæc culturæ hortensi debentur. Semina Medii erant, sed multò minora.

German. Blawe auffrechte Glöcklein/mit zerkerbten blätern.

III

Kali minus. E radice tenui, lignosâ, candicante, parùm fibrosâ, prosiliunt cauliculi tenues, pallescentes, ac quandoq; subtùs rubescentes, brachiati, cubito minores, quos, sine pediculis, ambiunt foliola oblonga, angusta, carnosa, pallidè virentia, quorum sinubus adnascuntur minutissima staminula, & sub his quasi racemuli conglomerati, continentes tunicis quibusdam semina minuta, rotunda, nigra, splendentia, Atriplicum aut Amaranti purpurei seminum æmula.

Lob. in Adverf. fol. 170. titulo Blanchette Narbonensium, seu Kali albi minoris.
Hort. Camer. 82.
Phytop. C. Bauh. fol. 565.
Germ. Klein Saltzkraut.



III.
Ranunculus Minor flore luteo plenus minimus.

I.
Alcea Veneta.

II.
Ranunculus Minor flore luteo plenus maximus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ALcea Veneta Tragi, Alc. vesicaria Dodon. Alc. peregrina Solisequa Lobelii, Hypecoum Matthioli & Cœsalpini. Caulibus provenit sesquipedem altioribus, pilosis, gracilibus, rectis & ramosis; in quibus panduntur folia, ex tribus potissimùm profundioribus incisuris in alias minùs profundas marginales desinentia, & Alceæ seu papaveris erratici foliorum ambitum æmulantia, levia & virore saturato nitentia, longis pediculis annexa: flores, oblongi, tenues, & parùm pilosi, foliacei cauliculi sustinent, Malvacei generis, ex albo pallidos, in alis exeuntes, & quinis subrotundis foliis umbilicum versus è purpurâ nigricantibus, ac staminibus in medio luteis constantes; quos, nisi tribus aut quatuor horis post exortum Solis adeas, vix post horæ intervenientis spacium cœlo sereno, apertos offendes: flores sequitur folliculus, ex tenui vesiculæ involucro, nigris nervulis radiato, & in quinq; breves mucrones abeunte, constitutus, qui aliud hirsutum, oblongum, nigriusculum, torosum, membranaceum intra se occultat capitulum, semine parvo, è cinereo nigricante, Abutili semen referente, attamen multò minori, refertum: radix inutilis est fibrata, annua.

Dodon. Pemp. lib. 1. c. 32. fol. 646.
Lob. Obs. 374. Adv. 295.
Cœsalp. lib. 15. cap. 19. fol. 596.
Lugdunens. fol. 594.
Cam. Epit. 806.
Matth. Bauh. 665.
Phytop. Bauh. 634. (scher Fellriß.
Germ. Wetterröslein/ Venediger Pappel oder Römi-

II

Ranunculus flore pleno major repens. E radice, densè fibratâ, sparguntur cauliculi leviter hirsuti, procumbentes, & se per intervalla, parvis radicularum fibris emissis, Lithospermi repentis cœrulei modo, humo affigunt, latè rependo vicinas plantas enecant, illorum tamen quidam ad dodrantalem usq; proceritatem attolluntur, atq; inter folia viridia, prolixis & canaliculatis pediculis subvecta, & multifidis scissuris plerunq; è trifidis altioribus coalescentibus prædita, summitate exhibent flosculos, amplitudine Lychnid. Coronariæ proximos, valdè nitentes, luteos, multiplici foliorum congerie orbiculatim confarctos, quorum nimiâ luxuriâ seminis materia exhauritur.

Lege Dodon. Pemp. 3. lib. 4. c. 1. f. 423. & Cam. Hort. Med. pag. 136.
Phytopin. C. Bauh. fol. 322.
Germ. Groser gelgelber kriechender Hanenfuß.

III

Ranunculus flore pleno, minor. Tenerior tantùm est, & minoribus in flore foliorum confarctis orbiculis constat; aliàs nulla alia animadvertitur diversitas.

Vid. Cam. & Phytopin. C. Bauh. locis suprà citatis.

Germ. Gelgelber kriechender kleiner Hanenfuß.



I.
Alcea vulgaris.

II.
Alcea Fruticans

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ALcea vulgaris, Herba Vngarica, Herba Simeonis. Cannabis sylvestris, ob corticem lentum, cannabi persimilem, è quo funes deduci queunt. Caulis fruticans, rectus, rotundus, lento cortice pallescente tectus, plerunq; sesquicubitalis, folia virentia, quinque partita, vel Ranunculi pratensis aut Geranii cœrulei in morem dissecta, inordinatis oblongis pediculis inhærentia, depromit; in summis verò ramulis flores, formâ & colore malvaceis floribus similes, sed paulò ampliores : semen, orbiculatis caseolis conglomeratum, malvam sylvestrem prodit, ut & radix profundè descendens, alba, lenta, multifida, & sub cortice lignosa.

Dodon. fol. 645.
Lob. Observ. 324. Adverss. 295.
Cœsalp. lib. 14. c. 33. fol. 562.
Lugdunens. 595.
Epit. Cam. 669.
Hort. Cam. 8.
Matth. C. Bauh. 665.

German. Sigmarswurtz.

Trag. 137.
Fuchs. cap. XXVII.
Matth. Camer. 137.
Tabern. 446. lib. 2.
Durant. 25.

II

Alcea fruticosa Cannabina Pentaphylli folio. Radix malvacea, lenta, crassa, profundè divaricata, vivax, fundit caules multiplices, teretes, ultra bicubitalem altitudinem fruticantes, è quibus virgæ emittuntur, præditæ per intervalla foliis ambitu serratis, & quinquepartitim profundè divisis; flores vulgari Alcea quodammodò minores sunt, colore similes, ceu etiam seminum formâ.

Describ. Lob. in Adv. pag. 293. depingitur Icon. pag. 656. Obs. 374.
Et fortè Cœsalp. sub Alceæ alterius titulo, loco superiùs citato, c. 34.
Clus. plant. histor. lib. 4. c. 14. fol. 25.
Hort. Cam. 9.
C. Bauh. Phytopin. 632.

Germ. Stauden Sigmarswurtz mit Hauffblätern.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ALthæa vulgaris, è malvarum tribu, quam & facie & nomine Bismalvæ prodit. Fruticosa herba, ramosa, & bicubitalis plerunq; proceritatis, foliis (ut & ramulis) inordinatè locatis, mollibus, Malvæ acutioribus, parùm incanis holosericum, aut Lychnidem coronariam attactu referentibus, & figurâ ferè ad Populi albi folia accedentibus: flores quinis foliis constant, in candido rubescentes, & medio parvo nucamento rubente decorati: semina Malvæ sunt, nigra & minora, ac facilè pericarpio membranaceo discutienda: radix crassa est, multipliciter divaricata, muccosa, & in multos annos vivax.

Dodon. fol. 643.
Lob. Obs. 373. Adv. 293.
Cœsalpin. lib. 14. cap. 31. fol. 561.
Lugd. 590.
Clus. xxiiii. lib. 4.
Epit. Cam. 667.
Hort. Cam. 12.
Matth. C. Bauh. 662.
Phytopin. C. Bauh. 630.

Germ. Eibisch/ Ybisch/ oder Heilkraut.

Trag. 140.
Fuchs. v. cap.
Matth. Cam. 136.
Durant. 40.

II

Althæa fruticans Hispanica, à radice lignosa, albescente, fruticat in stipitem brachiatum, lignosum, cortice cinereo tectum, bicubitalis altitudinis; folia quadantenus mollia, Altheæ foliis proxima, per omnes partes tamen minora, angustiora, & rariora: flos subinde in alarum sinubus brevi pediculo suffultus, malvaceus, dilutè rubescens, amplus, stylo umbilici multifido donatus: semen, Althææ instar, tunicis obtectum latet.

Vid. Althæa Hispan. à Clus. descripta xxiii. lib. quarto.
Lob. Obs. 373. Adv. 293.
Lugdunens. p. 592. lib. 5.
Hort. Cam. 12. fol.
C. Bauh. Phytop. fol. 631.

Germ. Spanischer Baum Eibisch.

Tab. 445. lib. secundo.



II.
Cymbalaria foliis hederaceis flore cæruleo.

I.
Althæa Thuringiaca.

III.
Clematis siue Vitalba Vulgi Lobely.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ALthæa Thuringiaca. A communi tantùm discrepare videtur foliis incanis, vulgari paulò durioribus, eorúmq; serraturis acutioribus, æquè ac laciniis in tres aut plures majores particulas diremptis, & tam grandiore, quàm interdum æquali flore Alceam incarnato colore æmulante.

Solùm à Camer. in hort. Med. fol. 12. & Icon. 6. proponitur: & Clus. Althæa secunda aut tertia Pannonica, lib. (quarum subindè una in alteram transire solet) lib. rarior. fol. XXIIII. descript. existimata.
Cl. Bauh. Phytop. fol. 630.
German. Leibfarber Thüringischer Eibisch.

II

Cymbalaria foliis hederaceis flore cœruleo. Cauliculi numerosi, tenues, flexuosi, Cassytæ modo succulenti, funiculorum instar à fictilibus aut muris dependere solent, crebris tamen radicularum fibris tenellulis terræ subindè infiguntur, & sustinent folia hederacea, pinguia, virescentia, tenellis oblongis pediculis fulta, ad quorũ exortum, in aliis oblongis petiolis, exhibentur flosculi, Linariæ repentis purpureocœruleæ, aut potius Veronicæ fœminæ, figurâ planè pares, coloris cœruleosubalbidi, & umbilicotenus lutei. Defluentibus his subnascitur semen, Antirrhini minimi vice nigrum, minutum, parvis rotundis capitulis inclusum, quo sponte excusso facilè planta propagatur.

Lob. Obs. 337. Adv. 269.
Lugdunens. 1522.
Cam. Epitom. fol. 860.
Hort. Med. fol. 52.
Matth. C. Bauh. 788.
German. Kriechend Nabelkraut.
C. Durant. 308.

III

Clematis seu Viorna vulgi Lobelii: Atragene Theophrasti: Anguillar. Vitis. 1. Sylvestr. Plin. & Theoph. (cujus multo ramorum attritu, ignem elici posse prodit) Clusio. Viticulacei, obsequiosi, lenti, rimosi, & quasi nodosi caules, ac quandoq; obsoletè subrubentes, è radicibus crassis & fibratis prosiliunt, ac vicina arborum, fruticum, sepium, scandendo superant: folia uni oblongo & ramoso pediculo adhærent, quina conjugatim juncta, ita tamen ut supremum promineat, hederacea, gustu acria, quandoq; rariter dentata, ac se interdum unà cum pediculis intorquentia: flores quasi in racemis prodeunt, beneolentes, Myrti majoris florum formam præ se ferentes, è quatuor albis foliis sæpiusculè repandis, & quàm plurimis staminulis umbilicum obsidentibus, digesti: succrescunt his in unum caput compacta, è rotunditate angulosa semina, compressa, nigricantia, capillaribus & crispatis in summo plumis onusta, fervidi saporis.

Dodon. 899.
Cæsalp. lib. 14. cap. 1. fol. 543.
Lob. Obs. 345. Adv. 277.
Cam. in Epit. Matth. 697.
Matth. C. Bauh. 680.
Thal. in Hercyn Saxono Thuring. f. 31.
German. Waldreben.
Trag. lib. 2. c. 94.
Fuchs. c. 33.
Tabern. fol. 579.
Cam. Matth. 326. fol.
Durant. 256. fol.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MAlva arboreſcens, δενδρομαλόη Theophraſti, & Malva arbor Plinii. *Malbaum*

Caudicis altitudo decem cubitos æquabat, aliàs ſolidus erat, brachiatus, & ligneæ duriciei: ſupernè alternatim veſtitus foliis, roſea quidem malva amplitudine ſuperioribus, at crebris diviſuris ſylveſtri magis reſpondentibus, tactu ferè Althææ inſtar admodum mollibus, viridibus, & ſubindè ambitu plicatis: his minora alia prope ſinus alarum ſuccedunt: alæ laterales inter folia frequentes oſtendunt pediculos, oblongos, firmos, qui obſidentur floribus malvaceis, lætè rubentibus, &, circa media ſtaminula capillacea, unguetenus maculis ſaturato rubore infectis, ac radiatim diſperſis, notantur: radix valida eſt, & multis craſſis fibrarum proceſſibus firmata: ſemina deciduis floribus ſuccreſcunt, malvaceis ſeminibus aliis ſimilia, orbiculatim placentæ ſpecie coagmentata, ſed duplo majora & craſſiora.

Vid. Dodon. Pempt. 5. lib. 1. cap. 28. fol. 64.
Lob. Adv. 295. ſub titulo Malvæ Arboreæ ſylveſtris.
Lugd. meminit fol. 586.
Cam. in hort. Med. fol. 95.
German. Frembde groſſe Baumpappeln.



11.

Malua Rosea multiplex flore albo.

Malua Rosea multiplex flore incarnato.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MAlva Rosea hortensis multiplex flore incarnato. Radix prolixa, candicans, lenta, flexilis, profundè demissa, caulem erigit rectum, quatuor cubitos altum, superiùs in brachia divisum, atq; ab imo statim usq; ad summum foliis obsessum, subrotundis, & è virore albicantibus, amplis, malvæ vulgatiori non absimilibus: flores pediculis brevibus annectuntur dictæ Malvæ conformes, magnitudine multo superiores, denso stipatu foliorum multiplices, colore carneo tincti, venustate & elegantiâ rosas ipsas provocantes. Defluentibus his succrescunt in foliaceis conceptaculis, malvis majora, tunicata, & orbiculatim coacta, compressâ, semina, quandoq; tamen inania, ut plerunq; in florum plenorum generibus contingere solet.

Germ. Ehrenrosen/mit doppelt Leibfarben blumen.

II

Malva rosea hortensis multiplex flore albo. Floris tantùm colore, ut & raritate, diversa à prædictâ, aliàs ejusdem generis.

Germ. Grosse weise doppelte Herbst Rosen. Grosse weisse volle Pappel Rosen.

De his æquè ac illis qui simplici flore placent, videndi.

Dodon. fol. 641.
Lob. Obs. 572. Adv. 295.
Cœsalp. lib. 14. cap. 32. fol. 561.
Lugd. 588.
Hort. Cam. 95.
Epit. Cam. 239.
Matth. C. Bauh. 359.
Phytopin. C. Bauh. 629.
Germ. Trag. c. 129. lib. 1.
Fuchs. cap. 195.
Tabern. fol. 440. lib. secundo.
Matth. Cam. 125.
Durant. 571.



I.
Malva hortensis flore simplici albo.

II.
Malva hortensis flor. simplici incarnato.

III.
Malva hortensis flor. simplici rubro.

IIII.
Malva hortensis flor. pleno atrorubente.

V.
Malva hortensis flore pleno rubro.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MAlva hortensis flore simplici albo, cujus absq; colore, & simplici quinorum foliorum in flore dispositorum serie, cum prædictis eadem est.

Autores vide suprà.

Germ. Einfache weisse Herbst Pappelrosen.

II

Malva hortensis flore simplici incarnato. Nec illa, præter colorem incarnatum, à præcedentibus diversa.

Germ. Einfache Leibfarbe Pappelrosen.

III

Malva hortensis flore simplici rubro. Prædictarum, citra coloris notam, germana est.

Germ. Einfache rothe Pappelrosen.

IV

Malva hortensis flore pleno atrorubente. Ad multiplicium superiorum classem etiam illam pertinere tota facies ostendit.

Germ. Volle schwartzrothe Pappelrosen.

V

Malva hortensis flore pleno rubro. Vnico coloris discrimine illam tantùm à priori discrepare perspicuum est.

Germ. Volle rothe Pappelrosen.



III.
Marrubium Creticum angustifolium

I.
Malua crispa.

II.
Pseudodictamus floribus verticillatis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MAlva crispa. Annua est planta, & supra humanæ staturæ proceritatem ascendit: radicem obtinet crassam, fibrosam, lignosam, lento cortice obductam; folia sæpiùs malvæ arboreæ latitudine, sed tenuioris substantiæ, viridia, & ambitu fimbriata, Brassicæ crispæ aut Petroselini crispi ritu: flosculi per intervalla, ramosi caulis adnata, æquè ac caulem ipsum, agminatim circumdant, albidi, reliquarum malvacearum specierum omnium minutissimi. Semina invicem globatim conjuncta, aliarum malvarum instar, sed minora sunt, striata, & subrubentia.

Dodon. fol. 642.
Lob. Obs. 372.
Hort. Cam. 94.
Phytop. C. Bauh. 628.
Germ. Krause Pappeln.
Tabern. fol. 442. lib. 2.

II

Marrubium Creticum angustifolium Lobel. radice constat fibrosa, gracili, lignosa, ex uno capite plures cauliculos attollente, sesquipedales, aut altiores, erectos, ramosos, quibus folia semper bina ex adverso adfiguntur, tenui tomento obducta, Marrubiorum modo tandem in mucronem finientia, marginibus modicè serrata, atq; in summum usq; caulis minora: flosculi per intervalla in verticillis, circulatim digestis, oriuntur, prope exortus pediculorum, albidi, galeati, Marrubio conformes, quos semina, eidem conformia, sed minora, sequuntur.

Lobel. Adverss. pag. 222. fol. Icon. 319. pag.
Phytop. C. Bauh. 436.
Germ. Spitzblätterichter Cretischer Andorn.

III

Pseudodictamnum floribus verticillatis. Radices, dense fibratæ, atq; satis altè depactæ, multiplici cauliculorum fœtu emisso luxuriant, incanorum scilicet & quadrangularium, qui amiciuntur, per intervalla, foliis, Origano vulgari rotundifolio, vel magis Dictamno Cretensi similibus, multò incano tomento pubescentibus, inodoris: flores juxta foliorum sinus è parvis tomentosis caliculis emergunt, verticillato stipatu caulibus circumpositi, Melissophylli, Calamintharum, &c. vice, galeati, purpurascentes, sub quibus perficiuntur latentia semina pusilla, Marrubio non absimilia.

Dodon. fol. 281.
Lob. Obs. 267. Adv. 215.
Cœsalp. lib. 11. c. 27. fol. 447.
Lugd. 895.
Epit. Cam. fol. 474.
Matth. C. Bauh. fol. 522.
Phytop. C. Bauh. 424.
Germ. Wilder Cretischer Diptam.
Matth. Germ. Cam. fol. 241.
C. Durant. 325. fol.



III.
Lathyrus peregrinus cæruleo purpurascente flore

I.
Abutilon Auicennæ.

II.
Lathyrus peregrinus stauitæ cubeæ

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AButilon Avicennæ, Althæa luteis floribus Lobelii, & fortassis Ibiscus Theophrasti Donatur caule, ab unâ radice in fibras multas divaricatâ, annuâ, inutili, recto, bicubitali, tereti, superiùs in brachia sparso, sustinente folia, ortu diverso è pediculis oblongis & firmis dependentia, Althææ vulgatioris instar mollia, serrata, tenuiter pilosa, pallidè virentia, & ex rotunditate in acutum tendentia: flores in brachiorum superiorum sinubus prodeunt quinq; foliorum, parvi, lutei, caduci, & sub his caput, è numerosis siliculis, radiato ambitu ordinatim coagmentatis, compactum, quod interioribus distinctis membranaceis alveolorum loculis semina, Alceæ vesicariæ similia, majora & subnigricantia, continet.

Dodon. fol. 645.
Lob. Obs. 374. Adv. 294.
Cœsalp. lib. 15. c. 18. fol. 576.
Lugd. 592. fol.
Epit. Cam. 668. fol.
Hort. Med. 5. p.
Matth. C. Bauh. 662. pag.
Phytop. Bauh. 632. fol.
Germ. Welsche gelbe Pappeln.
Durant. fol. 7.

II

Lathyrus peregrinus è cœruleo purpurascente flore. Radix annua, inutilis, & parũ fibrata, fundit cauliculos infirmos, & pedamentis fulciendos, graciles, & per intervalla foliis angustis, surrectis, tenuibus, & viridiusculis vestitos, quorum oblongi petioli subindè in ramosa capreolorum filamenta, spiris in summo convoluta, desinunt: è foliorum sinubus alii longi tenues petioli exeuntes erigunt foliaceos cauliculos, superbientes floribus purpureocœruleis, elegantissimis, Lathyri vulgaris seu Pisi flosculos imitantibus: semina seu grana sequuntur in pinnatis supernè lobis, angularia, inæqualia, innumeris, vix visibilibus interdum, stigmatibus notata.

Peregrina est planta adhuc, & multùm convenit cum Cicerculâ Ægyptiacâ Clusii, fol. ccxxxvi.
German. Frembde breite Erbes/mit Purpurblawen blumen.

III

Lathyrus peregrinus, suaviter rubescens: absq; illo colore cum superiore planè eadem planta.

Germ. Frembde breite Erbes/mit röchlicheen blumen.

SEPTIMVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



III. Melissa Moldavica fl. ræ cæruleo.

I. Moluca odorata spinosa.

II. Melissa Officinarum

CELEBERRIMI EYSTET-
tensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MOlucca odorata spinosa, seu Cardiaca Melica, vel Molucca Syriaca. Et hanc solertiæ luxuriantis naturæ debemus. Caules profert quadrangulos, ramosos, & in his folia Melissophylli, licet quodammodò altius serrata, æqualiter locata, juxta singulos ramorum geniculos: post aculeos tenues, oblongos, & satis firmos, orbiculato ambitu, in amplis & parùm angulosis, membranaceis, herbidi coloris acetabulis, seu calathis, nervosis, secundum oras extremas aliquot tenuibus albicantibus spinulis rigentibus, ac tintinabulorum modo patentibus, flores galeati emergunt, cum tantillo rubore candicantes, pariter ac calices odorati, & inferioribus labris bifidè quorundam Lamiorum instar dissecti: marcescentibus illis succedit semen fuscum, triangulum, annuam plantam facilè reparans.

Dodon. 93. fol.
Lob. Obs. 278. Adverf. 221.
Cæsalp. lib. 11. cap. 24. fol. 446.
Lugdunens. 959.
Hort. Cam. 102.
C. Bauh. Matth. 602.
Phytopin. C. Bauh. 434. (Melissen.
Germ. Weltriechende Constantinopolitanische
Tabern. 248. lib. secundo.
Matth. German. Cam. fol 289.
Durant. 589.

II

Melisa vulgaris, & officinarū. Apiastrum, seu Melissophyllum, quòd mirè hac herbâ apes capiantur; etenim si alvearia illâ perungantur, apes non facilè fugiunt, dum nullo magis flore gaudent. Sic quoq; præsentissimum contra ictus illarum habetur remedium, quod non solùm Plinio teste lib. 21. cap. 20. sed etiam multijugâ nostri seculi experientiâ comprobatum est. Folia edit Marrubio nigro æmula, rugosa, virescentia, in virgis quadratis brachiatis, floribus undiq; per intervalla verticillatim cinctis, albescentibus, Citri vice (unde & Citronella, Citrago, & herba Ponsirata vocatur) odoratis, Cardiacæ, vel Mentæ crispæ non disparibus: semina in loculis subnascuntur exigua, angulosa, nigra, & unguetenus albescentia, ceu Mentastri montani & multa hujus generis semina: radix fibrata est, & germinibus quàm plurimis emissis se multiplicat.

Dodon. 91. fol.
Lob. Obs. 277. Adv. 220.
Cæsalp. lib. 11. c. 24. f. 446. & 447.
Lugdunens. 957.
Epit. Cam. 574.
Matth. C. Bauh. 602.
Phytop. C. Bauh. 434. fol.
German. Mutterkraut/oder Melissen.
Trag. cap. 3. lib. 2.
Fuchs. cap. 190.
Matth. Cam. 282.
Tabern. lib. secundo fol. 70.
Durant. 588.

III

Melisa Moldavica, seu Turcica, flore cœruleo. Melissophyllum Turcicum. Caulibus donatur è radice annuâ, lignosâ, & parùm fibratâ, cubitalibus, quadratis, torosis, obscurè rubescentibus, virgatis; in quibus folia Mentastri montani Pannonici, acutiora tamen, longis pediculis hærentia, & suaviter odorata, denticulata, viridia, & subtùs foraminulis tantùm non pertusa, pronâ parte trifidis nervulis per longitudinem excurrentibus notata: flores, quibus subindè foliola angustissima, in tenues & innoxios aculeos abeuntia, interponuntur, in oblongis spicis, è loculis supernè trifidis, infernè verò bifidis, erumpunt, Salviæ effigie eleganter cœrulei: his semen succrescit, Psyllii annui magnitudine, parvum, oblongum, nigrum, in unguiculi extremitate, ritu superioris plantæ, albescens.

Lobel. Adverf. 220.
Lugdun. 160.
Epit. Matth. 576.
Hort. Cam. 102.
Matth. C. Bauh. 603.
Phytopin. C. Bauh. 434.
German. Blawe Türckische Melissen.
Matth. Germ. Cam. fol. 289.
Tabern. 70. lib. secundo.
Durant. 598.



II.
Melissa Moldavica flu: albo.

I.
Molucca Levis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MOlucca lævis inodora, Melissa Moluccana fœtida, Maseluc. Turcarum Lobelio: licet communiore illâ, superiùs descriptâ, asperior videatur, attamen quia nostra mitior, fortasse luxuriantis soli genio, effecta fuit, sic illam indigitare nobis visum. Neutra tamen Moluccarum prorsùs aculeis destituitur, qui etiam huic tenuia aliquot aderant, sub rigidis, membranaceis infundibulis, seu calicibus, in caule altiore & crassiore positis: cæteroquin, citra foliorum magnitudinem & profundiores incisuras, superiori non impar videtur.

Dodon. fol. 93.
Lob. Obs. 279. Adverf. 221.
Cœsalpin. lib. 11. c. 24. fol. 446.
Lugd. 959.
Hort. Cam. 102.
Epit. Cam. 575. fol.
Matth. C. Bauh. 603. fol.
Phytopin. Bauh. 435. fol.
Germ. Constantinopolitanische Melissen/ so nicht wolriechend ist.
Tabern. 248. lib. secundo.
Matth. Cam. 289.
Durant. 589. fol.

II

Melissa Moldavica, Citrago Turcica fl. albo, à Melissâ Moldavicâ flore cœruleo tantùm albo floris colore differt.

Lob. Adverf. 220.
Lugdun. 960.
Hort. Cam. 102.
Epit. Cam. 575.
Matth. C. Bauh. 603.
Phytopin. 434.
Germ. Weisse Türckische Melissen.
Matth. Cam. Germ. 289.
Tabern. secundo lib. fol. 70.
Durant. 59.



III. Balsamita Officinarum. I. Mentastrum niveum Angli cum. II. Mentastrum Sylvestre.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MEnthastrum cinereũ vel niveum Anglicum variegatis foliis Lobelii. Multò gratiore aspectu, quàm odore, nempè minus grato, sed graviore, Menthastrum illud prodit, foliis ordinatim ex adverso positis, subrotundis, rugosis, viridibus, vulgatiori paribus, licet quandoq; minoribus (veluti & tota planta) & quæ nonnunquam, unà cum caule plerunq; resupinato, prorsus candore niveo inficiuntur: nonnunquam dimidiatis tantùm tàm caulis quàm foliorum particulis, vel candore, vel viriditate tinctis, placent: flores in oblongâ densâ spicâ se offerunt, candicantes, hortis amœnioribus delicias facturi: semina minutissima sunt, & rarò offendenda, ut non injuriâ D. Basil. Menthæ semina esse negârit: radix reptantibus germinibus latè spargitur.

Lobel. Obs. 273. Adv. 219. Icon. 510. pag.
Lugdunens. 674. pag.
Phytopin. C. Bauh. fol. 450.
German. Gescheckte Englische Münt.
Tabern. lib. secundo, fol. 62.

II

Menthastrum sylvestre foliis latis. Caule enascitur quadrangulo, cubitali, & foliis Sisymbrio majoribus, & latioribus, hirsutioribus, rugosis, mollibus, subtùs æquè ac supernè incanis, odore gravi: flores spicatim fastigia caulium stipant, minuti, subcinerei: radix teneriuscula, obliqua, fibrosa, se surculorum regerminantium fœtu abundè propagat.

Dodon. 96. fol.
Lobel. Obs. 273. Adverss. 219.
Lugdunens. 673.
Clus. quo ad Iconem, XXXII. fol.
Epit. Cam. 479.
Cord. in Diascor. p. 526. lib. 3. c. 42.
Matth. C. Bauh. 527. fol.
Phytop. Bauh. fol. 450.
Germ. Wilde Münt, oder Roßmünt.
Trag. fol. 8. cap. 5. lib. 1.
Fuchs. 110.
Matth. Cam. 244.
Tabern. 61. lib. 2.
Durant. 596. fol.

III

Balsamita & Balsamine officinarum. Sisymbrium Dod. Sisymbria Mentha rubro folio & flore nigræ Menthæ Lobel. Radicibus est fibrosis, multiplicibus, & summâ tellure latè vagantibus, geniculatis; unde cauliculi exurgunt quadrati, geniculati, & obscurè sæpiùs rubescentes, vestiti foliis atrovirentibus, interdum rubentibus, ad singulos geniculos ordinè dispositis, rotundis, propè Menthæ Cardiacæ figurâ: flores purpurascentes superiores cauliũ partes non minùs verticillatim per intervalla coronant, ac summitates eorundem, in capitula quasi subglobosa collectas, decorant: semina pusilla rotunda profert. Tota planta vehementi odore caput ferit, etsi non ingrato.

Dodon. 97. fol.
Lob. 271. Adv. 218.
Cæsalp. lib. II. c. 64. fol. 478.
Lugdun. 675.
Epit. Cam. 268.
Matth. C. Bauh. 526.
C. Bauh. Phytop. fol. 431.
Germ. Hertzmünt, Hertzentrost, Noribergensibus.
Fuchs. fol. 110.
Tabern. fol. 68.
Cam. Matth. German. 243.
Durant. 948.



II. Nepeta Germanica. I Nepetella. III. Menta Felina.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

NEpetella. Nepeta minor. Nepeta Alpina quorundã Foliis est vulgari Nepetâ Germanicâ multò minoribus, angustioribus, serratis, cauliculis humilioribus, æquè ac florum paulatim parvis rubicantibus guttulis aspersorum, galeis rarioribus, spicatim sitis, & ut in vulgari albicantibus: semen communiori generi par, sed minutius est. A nullo adhuc descripta putatur.

Multùm accedit ad Cattariam tenuifol. Clus. fol. xxxiii.

Meminit tamen hujus plantæ Camer. hort. Med. fol. 106. nomine tantùm.

German. Kleine Nepe.

II

Nepeta peregrina, seu Mentha Cattaria peregrina latifolia Lobelii. Caule constat quadrangulo, & sæpiùs bicubitali, ramoso, in cujus brachiis, Nepetæ vulgaris more, flores albi, verticillatim farcti, oblongam spicam extremitates virgarum cingentem efformant: folia sunt vulgatiore angustiora, & semper bina ordinè sibi opposita, levi tomento pubescentia: radices fibrosæ germinum lateralium sobole repullulante luxuriant: semina cognatæ familiæ respondent, illiúsq; more extremitatibus apicum candicant.

Vide Lobel. Observ. 276. Adverss. 220. fol.

Nec admodum, præter florum colorem, absimilis est Dod. Cattariæ fol. longiore. pag. 99.

Legatur etiam Lugdun. fol. 909.

Germ. Frembd Katzenkraut/ frembde Nepe.

Tabern. sub Mentæ felin. latifol. titulo, fol. 64. lib. 2.

III

Menta felina & Nepeta Tragi, Herba felis & Cattaria, quòd à felibus valdè expetatur, ut qui ejus folia jucundè, lasciviter tàm accedendo quàm recedendo, tandem contrectent, & avidè depascantur. Folia prodeunt ortu opposito in caule sesquicubitali, ramoso, per intervalla dissita, Melissophylli aut Vrticæ specie, sed mollia, incana, & ambitu denticulata, &, ceu etiam præcedentium tàm caules quàm flores, odoris acuti: flores juxta foliorum sinus albi, circulatim superiores ramulos simul ac eorum fastigia ambientes, eminent: semina sequuntur in minutis florum caliculis nigra, Apiastro minora: radices subsunt fibrosæ, multifidæ, vivaces.

Describ. à Dodon. pag. 99.
Lob. 276. Obs. Adverss. 219.
Cœsalpin. lib. 113. c. fol. 472.
Lugdun. fol. 909.
Epit. Matth. 484.
Hort. Camer. 106. fol.
Matth. C. Bauhin. 529. fol.
C. Bauh. Phytop. fol. 431.
German. Katzenmüntz/ Nepe.
Trag. cap. 4. lib. 1.
Fuchs. 165. cap.
Matth. Cam. 248.
Tabern. 64. lib. secundo.
Cast. Durant. 208.



III.

Pulegium aquaticum spicatum. I. Mentha Crispa. II. *Urtica Romana.*

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MEntha crispa, verticillata, C. Bauhin. Mentha vulgata serpens rotundiore folio, Pulegii flore coronato, Lobel. Dioscorides duas tantùm Menthæ proposuit species, sativam scilicet, & sylvestrem, quam Menthastrum vocant: recentiores tamen, inventa veterum locupletantes, plures enumerant, & sub illis hanc non postremam. Foliis prodit saturatæ viriditatis, rotundis, serratis, rugosis, & valdè odoratis, quæ adverso semper positu emergunt, è caule quadrangulo nigricante, & parùm piloso, geniculato; hujus brachia in summo floribus purpurascentibus secundum internodia orbiculatim ambiuntur: semina minutissima & rotunda, ac rarò invenienda: radix fibrosa est, & summo cespite longius evagans restibili fœcunditate se profert.

Dodon. 96.
Lobel. Obs. 271. Adverss. 218.
Icon. 507.
Lugdun. 671.
Matth. C. Bauh. 527.
Phytopin. C. Bauh. 429.
Germ. Krause Münt̃z/ auch Oeyment.
Fuchs. cap. 110.

II

Vrtica Romana, & Vrtica urens prior. Nulla Vrticarum hac acrior, tàm mordacem pruritum excitat, vel tactu leviusculo, quare meritò prima habetur, quamvis ad Dioscorideam primã asperiorem notis omnibus accedat, atq; hac ratione, propter magnam efficaciam, etiam officinarum usui serviat. Caulibus assurgit plerunq; cubitalibus, aut altioribus, hispidis, è quibus folia longis pediculis ordinato situ appenduntur, lata, nigricantia, aspera, pungentia, cæteris Vrticis paulò altius incisa: horum ad exortum, singulis petiolis oblongis, pilulæ villosæ, echinatæ, è capitulis aliquot membranosis, tenuibus & hispidis, in unum compactæ, cernuntur, semine rotundo, fusco, compresso, & lini modo nitido, refertæ. Radix parùm fibrosa est, pallida, annua, inutilis.

Dodon. 151.
Lobel. Obs. 121. Adverss. 223.
Cœsalp. lib. 4. c. 15. fol. 156.
Lugdun. 1245.
Epit. Cam. 861.
Hort. Cam. 189.
Matth. C. Bauh. fol. 789.
Phytopin. C. Bauh. fol. 440.
Germ. Welsch oder Römisch Nessel.
Trag. lib. 1. cap. 1.
Fuchs. 37. cap.
Matth. Cam. 305.
Tabern. 234. lib. 2.
Durant. 1063.

III

Pulegium aquaticum seu palustre spicatum quorundam, quamvis prorsus Menthastrum Lobelii, vel Mentham agrestem alteram Tragi referat, caulibus nempe cubitum altis, quadrangulis, pilosis, incanis, foliis lanugine pubescentibus, oblongis, & fastigiis ramulorum in densas spicas flosculorum purpurascentium abeuntibus: semen Menthæ seminibus respondet, ut & radices, obliquis germinibus latè proserpentes.

Dodon fol. 96.
Lob. 273. Adv. fol. 219.
Cœsalp. lib. 11. c. 64. fol. 473.
Lugdunens. fol. 673.
Epit. Cam. 479. fol.
Matth. C. Bauh. 527. fol.
Phytop. C. Bauh. fol. 530.
Germ. Waldmäntz/ Roßmäntz.
Trag. lib. 1. c. 5.
Fuchs. 110. cap.
Matth. Cam. 244.
Durant. 396.



Marrubium Creticum angu, stis foliis modium.

I.
Marrubium vulgare.

III
Mentha Sarracenica.

Unable to display this page



II.
Calamintha montana vulgaris.

I.
Calamintha montana præstantior.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAlamintha montana præstantior. Ad Theriacam mysticam ab herbariorum callentissimis commendatur, atq; hinc è montibus, quibus familiaris, non tantùm hac de causâ, verùm quoq; elegantiæ & pulchritudinis merito, quod etiam nobilitate nominis prodit, cicuratam, & in hortos cultiores receptam constat. Caules erigit ab unâ radice surculosâ, & in novas turiones subindè diffusâ, plures quadratos, cubito breviores, quorum geniculis singulis bina folia viridia, Melissophyllo conformia, longo pediculorum annexu inhærent: flores prope foliorum sinus, simul ac summis virgis emittuntur ex oblongis caliculis, ad Melissam Tragi magnitudine accedentes, purpurei, quibus semina succedunt parva, fusca, rotunda. Tota planta non sine gravitate, suaveolens est.

Lobel. Observ. 274. Adverss. 219.
Lugdunens. 905.
Hort. Med. Cam. 36.
Matth. C. Bauh. 529
Phytopin. 433.
Germ. Groß Rechte Katzenmüntz.
Tabern. 65. lib. secundo.

II

Calamintha montana vulgaris. Præcedentem caulium altitudine superat, quos æquè radix restibilis & latè serpens extollit ad cubitalem proceritatem: folia ei indiscriminatim inhærent, nigrovirentia, superioris Calaminthæ foliis rotundiora: flores pariter summis virgis atq; foliorum alis sustinentur, multò minores, copiosiores, conjunctim ramosis pediculis appensi. Semina præcedenti minora, at copiosiora profert. Reliquis odore gravior est.

Vid. Dodon. 98. fol. descript
Lob. Obs. p. 274.
Lugdun. 905.
Epit. Cam. 248.
Hort. Med. Cam. 36.
Matth. C. Bauhin. 528. fol.
Phytopin. fol. 433.
German. Gemein Katzenmüntz.
Tabern. 65. lib. secundo.



III.
Coronopus.

I.
Limonium Syriacum.

II.
Calamentha Angustifolijs.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LImonium Syriacum Rauvvolffii. Foliis provenit ab unâ radice, exteriùs fuscâ, oblongâ, & sensim gracilescente, crebris, & in orbem diffusis, viridibus, parùm pilosis, crasso & utrinq; prominente nervo in medio notatis, ac frequentium divisurarum profunditate quadantenus Asplenum mentientibus: inter illa attolluntur caules aliquot, cubito breviores, subhirsuti, & appendiculis alatis ac leviter plicatis obsepti: alarum verticibus tria alia angusta & triangula folia affiguntur, juxta quæ extremi ramuli fastigiuntur in multas alatas virgas, loculos seu thecas oblongas, hispidas, confarctas producentes, quibus singulis coagmentatim inserti cernuntur aliquot tenues membranacei, striati, caliculati, & secundum oras tenuiter fimbriati flosculi, dilutè cœrulei, immarcesibiles, quorum pleriq; ex umbilico alium flosculum prosilientem altiùs attollunt, quinis foliolis niveis, & aliquot staminulis concoloribus constantem: semina subnascuntur parva, fusca, & Bromi sterilis pericarpio liberatis seminibus aliquantùm conformia, minora, graciliora.

Valdè rara & elegans est planta, & describitur exactissimè à Clusio in Curis posterior. fol. 33.
In Itinerar. Rauvvolff. fol. 314.
Lugdunens. in append. fol. 35.
Caspar. Bauhin. meminit. in Phytopin. fol. 356.
German. Syrisches Limonium.

II

Calamenthum odore Pulegii. Radicibus multifidis, tenuibus, fibrosis, innituntur caules quadranguli, subhirsuti, amicti per intervalla continuatâ serie foliis, Pulegio vel duplo interdum majoribus, subrotundis, & nonnihil hirsutis, margine serratis, ac mutuò sibi oppositis: flores copiosi, pallidè cœrulei aut purpurascentes, cognatis generibus similes, odore verò suo, simul ac formâ, Pulegium exæquantes, à medio caulis usq; ad cacumen inter folia exeuntes: post se relinquunt minuta, rotunda, fusca semina, congenerem familiam prodeuntia. Convenit omninò cum Lobelianâ Calaminthâ alterâ foliis maculosis, odore Pulegii, nisi quòd in nostrâ nullas adhuc animadvertimus maculas, forsan regionis & culturæ genio abactas.

Vid. Dodon. Pempt. 1. lib. 4. fol. 98.
Lobel. Observ. 275. Adv. 219.
Cœsalpin. lib. 11. c. 61. fol. 472.
Lugdunens. 905.
Epit. Cam. 481.
Hort. Med. Cam. 33. fol.
Matth. C. Bauhin. 529. fol.
Phytopin. Matth. 432.
German. Wilder Poley.
Matth. Cam. fol. 247.
Durant. 168.

III

Coronopus sativus, Herba stella, seu Cornu cervinum Dodon. Foliis prodit Lanceolatâ, seu Plantagine minore, paulò angustioribus, & in aliquot falcatas lacinias, cervinorum cornuum speciem mentientes, fissis, hirsutis, ac humi orbiculariter stratis. Inter illa assurgit hirsutus, & foliis omninò destitutus, cauliculus, pedem altus, cujus cacumen in spicam oblongam, Plantaginis majoris instar, desinit, ejusdem ritu flosculis pallidiusculis, exiguis, farctam, & post illos, seminibus Plantagini cognatæ conformibus, minutis, pallidè rubentibus, refertam: radix subest unica, fibris capillata, gracilescens.

Dodon. fol. 109.
Lobel. 239. Adverf. 186.
Cœsalp. lib. 8. c. 19. fol. 329.
Lugdunens. 669.
Hort. Camer. 276.
Matth. C. Bauhin. 353.
Phytopin. Bauh. 353.
German. Kraenfuß / Hirschhorn-Salat.
Trag. 37.
Fuchs. 179. cap.
Tabern. 375.
Matth. Cam. fol. 146.
Durant. 276.



I.
Basilicum Indicum macu, latum.

II.
Basilicum Medium.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

BAsilicum & Ocimum Indicum, seu Hispanicum maculatum. Caulem ex radice non magnâ, nec admodum fibrosâ, attollit sesquipedem longum, quadratum, leviter pilosum, ex atro virore obscurè purpurascentem, qui rursus, juxta geniculos suos, in aliquot adnatas virgas brachiatur, gerentes folia sibi invicem correspondentia, modicè serrata, duos quandoq; digitos lata, è longitudine subrotunda, succulenta, lævia, viridia, purpureis latis maculis supernè infecta, inferiùs atropurpurascentia: summæ alæ in spicam excrescunt atrorubentem, nempè ex foliolis atrorubentibus, verticillos floscul orum, Ocimorum specie albicantium, & paulatim rubescentium, subindè fulcientibus, digestam: semina succedunt nigricantia, subrotunda, parva, aliorum Ocimorum ritu, quos tota planta odore exæquat.

Describitur à nullo; admodum autem conformis est Ocimo crispo Indico Clusii, cujus alibi mentio fit, in suo loco, convenientibus Autoribus appositis.

Germ. Indianisch roth Basilien.

II

Basilicum seu Ocimum medium vulgatius. Formâ priori satis simile est, magnitudine tamen multò inferior, veluti etiam odore remissiore, cæteroquin folia gerit dilutè viridia, Mercuriali similiora, carnosa, floscul os obscurè candicantes: semen subrotundum, parvum, nigricans, quod in plerisq; officinis nostratibus obvium est.

Dodon. 258. pag.
Lobel. Obs. 288. Advers. 215.
Cœsalp. sub Ocimi tertii titulo, lib. II. c. 59. fol. 469.
Lugdunens. 680.
Epit. Cam. 309.
Hort. Med. Cam. 108.
Matth. C. Bauh. 407. fol.
Phytopin. Bauh. 426. fol.

Germ. Gemeine mittel Basilien.

Trag. cap. 8. lib. I.
Fuchs. 208.
Matth. Cam. 164.
Tabern. 57. lib. secundo.
Durant. 661.



II. Ocimum Crispum viride

I. Ocimum latifolium magnum

III. Ocimum minimum caryophyllatum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

OCimum latifolium magnum. Ocimi Indici propè repræsentans faciem, caulem edit planè viridem, quandoq; obscuro rubore ac saturato infectum, folia Mercuriali breviora, & latiora, viridia: flores albescentes, congenerum specierum fragrantiam, æquèac tota planta, suaviter referentes: radix fibrosa est & annua, semina superiori Ocimo æqualia.

Respondet Ocimo Caryophyllato maximo C. Bauh. Phytopin. fol. 425. quod Ocimus in viridariis Alexandriæ Alpino est, pag. 25. de plantis Agyptiac.

Germ. Gantz grün breitblätterichter Basilien.

II

Ocimum crispum viride. Proceritate etiam medio vulgatiori cedit, & nondum pedem æquat, foliis verò ei non omninò dispar est, viridibus nempe, & fimbriato ambitu crispatis, odore jucundo, & ferè inter Caryophyllatum & Citratum quiddam confusius spirantibus: flores albicant, semina & radix parvitate tantùm discrepant.

A nullo adhuc proditum.

Germ. Krause Basilien.

III

Ocimum minimum Caryophyllatum. Nanum, seu Pumilum, & Ocimum alterum tenuifolium Cœsalpini. Folia mittit Serpylli (in quod etiam Ocima degenerare Theophrastus retulit) seu potius Amaraci, in cauliculis, ex unâ radiculâ fibratâ, nondum palmaribus, & paulò superiùs creberrimo stipatu inter se condensatis, ac quasi in conglomeratam orbis speciem collectis: flores parvi sunt, reliquorum Ocimorum effigie, cum Caryophyllis aromaticis fragrantiâ, & odoris jucunditate, certantes: semina familiam suam etiam minutis granis fatentur.

Dodon. fol. 278.
Lobel. Observ. 269. fol. Adverss. 215.
Cœsalp. lib. 11. c. 59. fol. 469.
Lugdunens. 681.
Epit. Cam. 310.
Hort. Med. Cam. 108.
Matth. C. Bauh. 407.
Phytopin. 426.

Germ. Klein wolriechend Negel Basilien.

Trag. c. 8. lib. 1. quoad descriptionem.
Matth. Cam. 165.
Tabern. 57. lib. secundo.
Durant. 665.


III.
Thlaspi Cappadocicum flore albo
I.
Teucrium Uerum.
II.
Thlaspi Cappadocicum flor incarnat.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

TEucrium verum, & Teucrium alterum Matthioli, & Teucrium fruticans I. Clusio, ab illo exactè descriptum. Teucro ob inventionem nomen debet, Plinio suggerente. Vt radice lignosâ & fibratâ, sic quadratis, lignosis, quàm plurimis fruticat virgis, quas folia vestiunt, Trissàginis magnitudine, bina sibi invicem opposita, margine serrato, Chamædryos modo rugosa, pronâ parte virore saturo splendentia, supinâ verò pallescentia, non ingrati odoris: flores in ramulorum extremis spicatim se offerunt, hiantes, Chamædryn vulgatiorem marem formâ referentes, coloris albicantis: semina succedunt parva, rotunda, obscurâ nigredine prædita.

Dodon. fol. 43.
Lobel. Adv. 208.
Cœsalp. lib. 8. c. 41. fol. 455.
Lugdun. 1166.
Clus. 348.
Epit. Cam. 566.
Hort. Cam. 167.
Matth. C. Bauh. 596.
Phytopin. 471. fol.
German. Groß Barthengel.
Fuchs. 322. cap.
Tabern. fol. 97. lib. 2.
Matth. Cam. 281.
Durant. 98.

II

Thlaspi Cappadocicum, vel Creticum, flore incarnato seu rubescente, vel Thlaspi Candiæ umbelliferum, Iberidis folio, Lobel. Folia oblonga, leviter serrata, Iberidi quadantenus respondentia, alternatim exeunt in caule pedali, ramoso, cujus extremitates umbellatâ serie, Sambuci palustris in morem, sustinent flosculos, ex candido luculenter rubescentes, seu purpurascentes: semen servatur in folliculis bifidis, parùm compressis, subrubescens, planum, fervorem gustu prodens.

Dodon. 701.
Lobel. Obs. 108. Adverss. 75.
Cœsalp. lib. 8. c. 77. fol. 367.
Lugdunens. 663.
Cam. Hort. Med. fol. 168.
Epit. Cam. 339.
Matth. C. Bauh. 428. fol.
Phytopin. Bauh. 165.
Germ. Leibfarb Cretischer Baurensenfft.
Tabern. lib. secundo, fol. 172.
Cam. Matth. Germ. 177. fol.
Durant. 992.

III

Thlaspi Cappadocicum, vel Creticum, floribus candidis, quo colore unicè à superiore differt, non tamen adeò rarum, ut illud, quod luteo flore in horti Bembiani Catalogo se animadvertisse C. Bauh. prodit.

Germ. Weisser Cretischer Baurensenfft.



II.
Dentaria angustifolia baccifera peculiaris.

I.
Helichrysson Creticum.

III.
Ocimastrum n. cliflorum fl. cæruleo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

HElichrysum Creticum. Stœchas Citrina Cretica Camerar. Helichrysum Orientale C. Bauh. Radice brevi, subnigricante, caule lanuginoso, foliisq; albicantibus, tomentosis, oblongis, Stœchaden citrinam vulgarem affectat, nisi quòd latiora & vegetiora sint; flores quoq; aurei nitentes conveniunt, sed multis virgarum incanarum, quasi ab umbellâ divulsarum, fastigiis insidentes, Bellidis plenæ ritu densè orbiculatimq; imbricato sarctu coacti, suam elegantiam etiam aridi in plurimos annos conservantes.

Epit. Matth. Cam. fol. 790.
Matth. C. Bauh. fol. 756.
Phytopin. C. Bauh. fol. 515.
Germ. Cretische Reinblumen.
Cam. Matth. Germ. 364.
Durant. quoad iconem, 975.

II

Dentaria angustifolia, baccifera, peculiaris. Radix obliquè procedens, multis dentatis carnosis subalbicantibus articulis coagminata, indeq; propagines fundit, atq; caulem unum atq; alterum erigit rotundum, lævem, cubitalem, circa quem arctâ sede alternatim folia oblonga, lævia, Ptarmicæ modo tenuiter circum serrata, & mucrone finita, porriguntur, saturati viroris, ac juxta exortum singulorũ crassè squamati subobscurè purpurascentes bulbuli: flores in cacumine emicant fasciculatim, floribus Leucoii, vel Bulbonac, Lunariæ Græcæ dictæ, consimiles, albidi, quadrifolii; semina non vidi, in corniculis, æquè ac bacciferæ Dentariæ quartæ, Hesperidum semina referentia, ferre, tàm non scio, quàm conjicio.

A nullo Herbariorum descripta. Germ. Fremd Zahnwurtz.

III

Ocimastrum noctiflorum, albo flore. Radix non altè descendit, mediocris gracilitatis & biennalis est, caulem ferens nondum cubitalem, ex intervallis geniculatum, cui folia inhærent pari utrinq; situ, Saponariæ foliis angustiora, & parùm hirsuta (aut in Lychnide sylvestri albâ, quam & multi floram in hortis colimus) oblongata, & stricto mucrone finita: flores è summis ramorum sinubus emissi caliculi striati, subhirsuti, atq; glutinoso humore adeò obliti, ut muscas minutas, & alia insidentia animalia cohibeant, subministrant, Saponariæ ejusdem æmulos, circa summas oras bifidis foliis, & modicè extremitatibus suis punicantibus, constantes; noctu tantùm & humidioris aëris afflatu odorem suavissimũ emittentes, explicati: semen succrescit iisdem caliculis oblongis, & mediâ parte magis tumentibus, superiùs quodammodò dentatis, quasi in racemum compactum conglomeratum, maturitate, cineracei coloris, exiguum, aliis Lychnidibus simile.

Cam. tantùm habet Hort. Med. fol. 93. & 109.
Icon. 54.
Phytopin. C. Bauh. 384.
Germ. Weiß Widerstoß/ so bey nacht blühet.
Cam. Matth. Germ. 344.

OCTAVVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTET-

tensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SAlvia major. Radix unica, fibrosa, lignosa, subnigricans, fundit caules plurimos, sesquipedales, ac altiores, quadratos, lignosos, ramosos, per quos temerè sparguntur folia, Verbasci sylvestris seu Menthæ Græcæ quadātenus æmula, angustiora tamen, oblonga, rugosa aliquantum, ad cinereum colorem vergentia, ac, ut cum Dod. & Matthiolo loquar, attritorum indumentorum scabritiem referentia, nec odore ingrata: flores superiores ramulos spicatim exornant, denticulatis & striatis caliculis, falcatâ Aquilini rostri specie prodeuntes, Hormino sylvestri pares, è cœruleo purpurascentes: sub quibus conduntur semina rotunda, illis deciduis, per maturitatem subnigricantia.

Dodon. 288.
Lobel. Obs. 299. Adv. 239.
Cœsalp. lib. 11. c. 15. fol. 440.
Lugdun. 879.
Epit. Cam. 475.
Hort. Med. 151.
Matth. C. Bauh. 524.
Phytopin. Bauh. 449.
Germ. Groß breiter Garten Salbey.
Trag. 16. cap. lib. 1.
Fuchs. 92. cap.
Tabern. 88. lib. 2.
Cam. Germ. 242.
Durant. 886.

II

Salvia Hispanica. Breviore, nec tàm latâ est foliorum, nonnunquam pinnatorũ, specie, sed odore fragrantissimo cognatis generibus omnibus præstat, floribus erat candidis, semine prædictæ ferè respondebat.

Camer. Hort Med. 151.
Phytopin. fol. 450.
Germ. Edel Spanisch wolriechender Salbey.
Tabern. 88. fol. lib. secundo.

III

Salvia pinnata minor. Salvia nobilis & Sphacelus Theophrasti. Foliis est angustioribus, auriculatis, & Lavendulæ angustifoliæ concoloribus, ut & secundum omnes partes superioribus minor ac albidior, floribúsq; candicantibus. Aliàs cognata genera diffiteri nequit.

Lobel. Obs. 299.
Cœsalp. sub Lentis sylvestris specie fol. minore, lib. 11. c. 15. f. 441.
Lugdunens. 880.
C. Epit. 476.
Hort. Med. 151.
Matth. C. Bauh. 524.
Phytopin. 450.
Germ. Klein Spitz oder Creutz Salbey/ mit weissen blumen.
Trag. 16. c. lib. 1.
Fuchs. 92. cap.
Tabern. 88. lib. 2.
Camer. Epit. Germ. 242. & 243. in textu.
Durant. 887.



II.

Horminum Syriacum.

I.

Horminum hortense.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

HOrminum hortense, Sclarea dictum. Gallitricum sativum Trago. Orvala Dodonæi. Horminum Dioscoridis, & Horminum majus odoratum Matthiol. in Epitom. Caulis ab unâ radice emittitur multiplex, sesquicubitalis, quadrangularis, subhirsutus, quem æquali ortu ambiunt folia, Hormino ampliora, latiora, hirta, & ante illius exortum humi strata: ejus verò flores in alis sparsis, & superiùs quasi spicatis, ac foliis parvis, in mucronem abeuntibus, per intervalla cinctis, verticillatim quasi prodeunt, è cœruleo albescentes, Salviæ specie, quibus semen succedit, subtùs pixidulis denticulatis inclusum, subrotundum, & leniter compressum, glabrum, nervulis discurrentibus nonnunquàm obsitum, obsoletè flavescens.

Dodon. fol. 290.
Lobel. Observ. 330 Adverss. 240.
Cœsalp. lib. 11. c. 17. fol. 442.
Lugdunens. 966.
Epit. Cam. 630.
Hort. Med. 156.
Matth. C. Bauh. 366.
Phytopin. C. Bauh. 452.
Germ. Garten Scharlach / oder Muscatellerkraut.
Trag. lib. 1. cap. 15.
Fuchs. 215. cap.
Tabern. 91. fol. secundo lib.
Cam. Matth. Germ. 305
Castor. Durant. 908.

II

Horminum Syriacum Camerarii, Bisermas ejusdem. Aman quorundam. Sclareæ formâ non est absimile, sed humilius, & foliis sensim angustioribus, initiò subhirsutis, ac postmodùm levioribus, ac quandoq; parùm in ambitu sinuosis, seu plicatis: flores pariter è striatis pixidulis erumpunt falcati, albi, stylo umbilici medio obscurè rubicundo prominente insigniti, grato odore & Ocymo proximo: radix subest annua, semen obsoletè cinereum, Sclareæ effigie compressum, & nigris nervulis liratum, facilè suum genus reparans.

Cam. Hort. Med. fol. 28.
Matth. C. Bauh. 366. fol.
Phytopin. C. Bauh. 452.
German. Syrischer Scharlach.



1.
Aethiopis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

AEthiopis Phlomitis Lobel. Cotonaria. Hæc est illa planta mirabilis, cujus injectu flumina exiccari, attactu clausa omnia aperiri, superstitio Pliniana tradidit. Radix crassa, fibrosa, biennalis, folia mittit Thapso barbato non admodum disparia, lata, multâ lanugine molli pubescentia, ferè per terram strata, atq; per margines, in sinus serratos & sensim acutos finientia: altero postmodùm anno, oblongis, crassis pediculis in caulem extolluntur cubitalem, alatum, usq; dum valdè tenuem figuram consecuta, per brevia intervalla, geminá utrinq; serie interspargantur spicis alatis, è caule sparsis, quæ verticillis florum albicantium, Sclareæ conformium, longo ordine obsidentur: semina post se relinquunt, in fuscum colorem ex flavedine inclinantia, & nervulis tenuiter obsita, subrotunda, & subtus angulosa.

Dodon. Pemp. 1. lib. 5. c. 32. fol. 148.
Lobel. Obs. 304. Adv. 243.
Cœsalp. lib. 11. c. 19. fol. 443.
Lugdunens. 1306. fol.
Cam. Epit. 886. fol.
Hort. Med. 6. fol.
Matth. C. Bauh. fol. 804.
Phytopin. fol. 459.
German. Wohrenkraut.
Tabern. 266. lib. 2.
Cam. Germ. 405.



Colus Iovis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

COlus Iovis. Horminum unctuosum. Orvala tertia Dodonæi. Melinum putatum Cœsalpini, Galeopsis lutea Lugdunensis. A radice perenni, & densè fibratâ, surgunt caules sesquicubitales, quadrati, glutinosi, ramosi, septi foliis, Vrticâ aut Trachelio maximo longioribus, subhirsutis, atrovirentibus, juxta basim sinuatis, & serrato ambitu sensim in mucronem tendentibus: his in alarum surculis alia minora succedunt, usq; ad superiora brachia, in spicas latas, & oblongas divisa, onustas floribus luteopallidis buxei coloris, Lamiorum seu Horminorum more superiùs falcatis, inferiùs trifido labro prominente constantibus, ac undiq; vix conspicuis maculis nigricantibus latè conspersis: è medio illorum incurvata tenuia staminula albicantia eminent: sunt autem prorsus cum superioribus, tàm caulis quàm foliorum, summitatibus unctuoso glutine referti, & Camphoræ odorem evidenter æmulantur: semina in oblongis florum vasculis latent, parva, oblonga, fusca, intus albida.

Dodon. 291.
Lobel. Obs. 301. Adverss. fol. 241.
Cœsalpin. lib. 11. c. 20. fol. 443.
Lugdunens. fol. 1248.
Clus. xxix. fol.
Hort. Cam. 45.
Phytopin. C. Bauh. 452.

Germ. Gelb Scharlachkraut/reuchet wie Campffer.



II. Buglossum Italicum flore albo.

I. Buglossum semper virens Hispanicum latifolium

III. Buglossum Italicum flore caeruleo

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

BVglossum sempervirens Hispanicum latifolium, flore cœruleo. Folia lata, aspera profert, & Borraginis æmula, quorum novella maculis albicantibus plerunq; notantur, dein atrovirentia, cauli inhærentia cubitali, aspero: ex illorum sinubus adnata emergunt, in cacuminibus suis gravida flosculis cœruleis elegantissimis, Buglossæ vulgari propemodùm paribus, & illius more caducis: radix subest fibrosa, brachiata, valdè vivax: semina conformia, multò minora, & nigricantia.

Lobel. Adverſ. 247.
Lugdunenſ. 581.
Cœſalp. 433. fol. lib. 11. c. 4.
Meminit Matthiol. in textu, edit. Bauh. f. 825.
Cam. Hort. Med. fol. 30.
Phytopin. C. Bauh. 493.

Germ. Spaniſch braitblätericht Ochſenzungen.

Tabern. fol. 128. lib. ſecundo.

II

Buglossum Italicum fl. albo. Colore tantùm rariore variat, naturâ & effigie idem cum sequenti est, cujus Autores & descriptionem apponemus.

Germ. Weiſſe Welſche Ochſenzungen.

III

Buglossum Italicum flore cœruleo. Radice fulcitur prolixâ, foris nigricante, perenni, intus albâ, dulci, & ad edendum & medendum, ut Lobel. habet, natâ; cujus caput excrescit in folia, Echio longiora, latiora, viridia, aspera; atq; inter illa enascuntur caules aliquot cubitales, supernè brachiati, hispidi, in fastigiis longo & assiduo ordine exhibentes flosculos primùm purpurascentes, & postmodùm in elegantem cœruleum colorem abeuntes, quos semen subsequitur nigrum, rugosum, superiori specie majus, & obscuram capituli serpentini figuram referens.

Dodon. fol. 616.
Lobel. Obſ. 310. Adv. 246.
Cœſalp. lib. 11. c. 2. fol. 432.
Lugdunenſ. fol. 579.
Cam. Epit. fol. 915.
Hort. Med. 30. fol.
Phytopin. C. Bauh. 494.

Germ. Welſche himmelblawe Ochſenzungen.

Trag. lib. 1. cap. 77.
Fuchſ. cap. 129.
Tabern. 129. fol. lib. ſecundo.
Cam. Matth. fol. 340.
Durant. fol. 157.



I.
Buglossum vulgare violaceo & albo colore.

II.
Cynoglossum vulgare.

III.
Cynoglossum Narbonense.

Unable to display this page



III. Symphytum flore pallido.

I. Symphytum maius flore purpureo.

II. Symphytum maius flore rubro.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SYmphytum majus flore purpureo. Consolida major. Alum Alus Lobel. Radicibus nititur crassis, multifidis, foris nigricantibus, intus succo glutinoso gravidis, à quibus eduntur folia, Buglosso majori proxima, sed latiora, hirsuta, subaspera, atrovirentia, absq; pediculis caulii inhærentia, anguloso, striato, bicubitali, & in brachia diremto, in quorum summitatibus flores visuntur tenues, oblongi, concavi, nutantes, supernè quinq; partitim divisi, nec multùm absimiles hiantibus flosculis Pulmonariæ Plinianæ, nunc coloris purpurei nigricantis, nunc hilariore purpurâ nitentis, quandoq; in diversis plantis rubri, interdum luteo pallescentis, aut albidi: succedunt semina subrotunda, tumida, nigricantia.

Dodon. 135.
Lobel. Obs. 515. Adverss. 251.
Cœsalp. lib. 11. c. 7. fol. 435.
Lugdunens. 1074. fol.
Cam. Epit. fol. 700.
Cam. Hort. 45. fol.
Matth. C. Bauh. 683. fol.
Phytopin. C. Bauh. fol. 500.

Germ. Wallwurtz / oder Schwartzwurtz / mit Purpurfarben blumen.

Trag. cap. 79. lib. 1.
Fuchs. cap. 266.
Tabern. 361. lib. secundo.
Cam. Germ. Matth. 327. fol.
Cast. Durant. 265.

II

Symphytum majus fl. rubro. Tantùm in colore florum diversitas est, superiùs prodita.

Germ. Wallwurtz / mit rochen blumen.

III

Symphytum fl. pallido, præter illum colorem albescentem, nihil à prædictis discrepans: hanc quidem fœminam, illam verò, quæ purpureo flore placet, marem vocat. Lobel. Adv. fol. 251.

Germ. Bleichweisse Wallwurtz.



II.
Hyosciamus albus.

I.
Hyosciamus vulgaris.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

HYoscyamus vulgaris niger dictus. Faba suilla. Dens Caballinus Cœsalpini. Altercum, Herba Apollinaris. E radice albicante, crassâ, & parùm fibrosâ, provenit caulis crassus, ramosus, cubito procerior, villosus, quem impari situ vestiunt oblonga, pinguia, & quadantenus lanuginosa folia, marginibus laciniata, &, ut benè habet doctissimus Lobelius, divisuram pedis anserini, seu Atriplicis latifoliæ, referentia. Summum verò ejus fastigium contractum, sè explicans inter folia, tàm in caule quàm in adnatis lateralibus, seriatim promit flores, circa umbilicum purpurascentes, è flavo pallidos, & variis obsoletè purpurascentium nervulorum reflexibus & gyris obsitos, fœtidi & virosi, non minus ac tota planta, odoris: hos marcidos excipiunt, Balaustii formâ, vascula, seu calathi oblongi, teretes, ventricosi, supernè (pro ratione foliorum, quot in floribus numerantur) in quinq; lacinias cuspidatas rigentes dirempti, & operculo duriusculo occlusi, quod, maturitate tandem resolutum, semina effundit papaveris colore, depressâ, exigua, copiosa.

Dodon. 447. fol.
Lobel. Obs. 139. Adv. 107.
Cœsalp. c. 65. lib. 8. fol. 345. 346.
Lugdunens. fol. 1716.
Cam. Epit. 807.
Thal. Harcyn. Saxonothuring.
Matth. C. Bauh. f. 750. (fol. 56.
Phytopin. Bauh. 304. fol.
Germ. Gemein Bilsenkraut / oder schwartz Bilsenkraut.
Trag. cap. 41. lib. 1.
Fuchs. 324. cap.
Tabern. 279. fol. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 372. fol.
Castor. Durant. 460. fol.

II

Hyoscyamus albus. Facie germanâ cognationem prodit, foliis licet latioribus sit, rotundioribus, & tactu veluti oleosis, mollioribus, hirsutis, viridibus: flores pari formâ & situ oriuntur, minores, & è pallore albescentes: seminum caliculi quoq; respondent, citra rigentes cuspides: sunt autem in illis granula pauca, depressâ, scabra, prædicto magis pallescentia.

Dodon. fol. 448.
Lobel. Obs. 139. Adverf. 107.
Cœsalp. cap. 63. lib. 8. fol. 345. & 346.
Lugdunens. fol. 1717.
Cam. Epit. 808.
Cam. Hort. 77.
Matth. C. Bauh. fol. 750.
Phytopin. C. Bauh. fol. 304.
Germ. Weiß Bilsenkraut.
Trag. cap. 41. lib. 1.
Tabern. 279. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 372. fol.
Castor. Durant. 460. fol.



I.
Heleborus albus flore herbaceo.

II.
Helleborus albus flore atro rubescens.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

HElleborus albus floribus herbaceis. Radix albida, crassa, è tumenti nodoso capite in multas subtùs fibras dispersa, caulem edit bicubitalem, rectum, firmum, glabrum, obvolutum tunicis foliorum, Plantagini seu Gentianæ majori (cujus etiam convictu potissimùm gaudere Lobelius asserit) respondentium: sed majora sunt, pallidè virentia, subhirsuta, liratim striata, & in plicas vestium modo se contrahentia, mucrone finiuntur: atq; per frequentes horum amplexus gracilescens exurgit in spicas virgatas, racematim refertas condensatis flosculis radiatis, è senis angustis foliis herbaceis, pallidiusculis, striatis, & totidem in umbilico staminulis digestis. Succedunt angustæ siliquæ, lato nonnihil & acuminato semine gravidæ.

Dodon. 379.
Lobel. Obs. 167. Adv. 131.
Cœsalp. lib. 15. cap. 27. fol. 580.
Lugdunens. 1652. fol.
Epit. Cam. 939. fol.
Hort. Med. Cam. 72. fol.
Matth. C. Bauh. 843.
Phytopin. 342. fol,
Germ. Weiß Nießwurtz/ mit grünlechten blumen.
Trag. lib. 1. cap. 136.
Fuchs. 104. cap.
Tabern. 392. lib. secundo.
Cam. Germ. 420. fol.
Durant. 340. fol.

II

Helleborus albus flore atrorubente. Formæ paritate facilè se prædicto affinem ostendit, licet aliquando proceriùs assurgat, foliis angustioribus & floribus atrovirentibus placeat.

Autores, superiùs citati, & huc pertinent.
German. Weisse Nießwurtz / mit schwartzrothen blumen.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SIciliana, Clymenum Italorum Lobel. Androsæmum Dodonæi. Caules cubitales quandoq; subrubentes, firmi, fruticosi, rotundi, & nonnihil striati, rectâ attolluntur à radice fuscâ, durâ, lignosâ & divaricatâ, continuâ serie ab imo usq; ad summum, æquali situ frequentibus exornati foliis carnosis, gustu & olfactu resinam prodentibus & ramos tantùm non amplectentibus, Periclymeno minùs perfoliato paribus, ac supernè saturato virore, subtùs cæsio pallescente præditis. Iuxta vertices lateralia surgunt adnata, seu brachia, quæ in oblongis & sparsim coacervatis pediculis aliquot sustinent flosculos luteolos, senis foliis, & parvis staminulis concoloribus, teretem umbilicum ambientibus, ac sub his aliis tot numero virescentibus foliis substratis constantes: defluentibus tandem luteis foliis, umbilicus in ovale capitulum extumescit, quod initiò viride est, pòst ruborem, & deniq; omninò nigredinem contrahit, atq;, ex maturitate disrumpens, semina minuta, fusca, oblonga, Hyperico non dissimilia, exhibet.

Dodon. 79.
Lobel. 357. Obs. 279.
Cœsalp. lib. 9. c. 43. fol. 395.
Lugd. 1156. & 1157. sub binis Iconibus.
Cam. Hort. 15. fol.
Phytopin. C. Bauh. 546.
Germ. Sicilianisch Grundheil/ oder S. Cecilianae-
Tabern. 435. (kraut.

II

Androsæmum fœtidum, seu Tragôdes, Androsæmo vulgari nostro aliquantùm respondet, sed foliis minoribus constat, angustioribus, glabris, viridibus, caulibus lignosis, fruticosis, & floribus luteis stellatis, majoribus, quorum foliola sena in mucronem colliguntur: seminum capitula succedentia in barbulas seu filamenta superiùs desinunt, & granula inæqualia minutissima intra se fovent. Tota autem planta validè hircum olet, si digitis atteratur, indè, à Bellonio in Cretâ reperta, Tragii Cretici nomen sustulit.

Cam. Hort. Med. fol. 15.
Matth. C. Bauh. fol. 668. & 669.
Phytopin. ejusdem 546.
Germ. Stinckend Bockentzend Cunradkraut.

III

Hypericum Ascyron dictum. Ramosa herbula est, cui radicula lignosa, parva, inutilis, caules cubitales quadrati, folia Hyperico vulgari conformia, majora, & ex adverso in caule posita, per longitudinem venosa, minus pertusa, viridia, & attritu resinam nonnihil redolentia: in summis ramulis foliacea capitula erigunt flores luteos, Hyperici effigie, quod etiam attritu manuum emissione sanguinei succi æmulantur: semina pariter huic respondent, condita, oblongis acuminatis capitulis, quæ viridia adhuc exiguis nigris punctulis notantur.

Vid. Dodon. 72.
Lobel. Obs. 216. Adv. 173.
Cœsalp. lib. 9. c. 44. fol. 395.
Lugdunens. 1155. fol.
Epit. Cam. 676. fol.
Hort. Med. 23. fol.
Matth. C. Bauh. 667. fol.
Phytopin. 545. fol.
German. Hartheu/ oder auch Johannis-kraut.
Trag. lib. 1. c. 23. sub nomine Hyperici secundi, in dumetis nascentis.
Fuchs. 25. cap.
Matth. Germ. Cam. 317.
C. Durant. fol. 103.



III. Gramen Parnassi. I. Ricinus Minor. II. Campanula Autumnalis Dodonei.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

RIcinus minor, omni ex parte prædicto Majori magnitudine cedens, quod maximè in semine observandum, solâ formæ æmulatione respondet. Nemo herbariorum ejus meminisse videtur.

Germ. Klein Wunderbaum/ klein Türckischer Hanff/ oder Zeckenkörner.

II

Campanula Autumnalis Dodonæi. Radice nititur tenui, flavescente, in multas appendiculas divulsâ, unde caules aliquot dodrantales graciles eriguntur, obscurè rubescentes, firmi, foliis oblongis, angustis, & Hyssopo parùm latioribus, æquali situ nascentibus, vestiti, in quorum sinubus, ut & potissimùm cauliculorum fastigiis, alabastrum dentatum sustinet flores calathiformes, ab angustâ basi sursum versus sensim latiores, propè orificium extremum in quinq; angulos desinentes, coloris è purpurâ saturatè cœrulei, adeò etiam ut visum recreet: stamina quinq; albida, stylum bifidum cingentia, medium umbilici occupant: sequuntur oblonga conceptacula, semine exili, & pallido rubore nitenti, prægnantia.

Dodon. 168.
Lobel. Obs. 166. Adv. 130.
Clus. 313. lib. 3.
Epit. Cam. 418.
Hort. Cam. 65.
Matth. C. Bauh. 481.
Phytopin. Bauh. 345.
Paul. Renealm. Spec. hist. plant. fol. 69. & 70.

German. Jungenblümlein.

Tabern. fol. 399. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 216. fol.
Durant. 415. fol.

III

Gramen Parnassi recentiorum hederaceum simplici flore. Hepatica alba Cordi. Pedalis herbula, radice prosiliens tenerâ, fibrosâ, atq; foliis multis glabris, Chelidonio minori, aut Hederaceis subrotundis, respondentibus, quorum unum semper mediâ parte cauliculum arctè amplectitur, summo vertice ornatum flore candido, pulchro, venulis è fusco pallidis insignito, & umbilico rotundo, tenuibus staminulis cincto, constante: semina in capitulis acuminatis succedentibus tenuia sequuntur.

Dodon. 554.
Lob. Obs. 330. Adv. 263. Icon. 602.
Phytop. C. Bauh. fol. 611.
C. Schuuenckf. fol. Catalog. Silef. 104. pag.

Germ. Weiß Leberblümlein.

Tabern. 650.



II.
Muscus clavatus pro, cubens.

I.
Ricinus maior.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

RIcinus major. Cataputia major. Granum regium. Mesue, Palma Christi. Phaseolus Romanus Cœsalpini. Ejusmodi stirpem, juxta Ninivem, in umbraculum à Deo Ionæ Prophetæ locatam, Benedictus Arias Montanus monstrat. Arboreâ trium cubitorum aut altiore proceritate assurgit in caudicem crassum, arundinis modo concavum, medullosum, geniculatum, supernè brachiatum, obscuro rubore nitentem, glabrum, & quasi tenui farinâ obsitum, cui alternatim inhærent, oblongis & carnosis pediculis subvecta, folia ampla, septenis aut octo angulis serratis constantia, palmam latam in digitos extensam referentia, Platani aut Hellebori nigri quadantenus æmula, atq; ex atrâ viriditate interdùm cæsia: flores in alis ostenduntur muscosi, pallescentes, compacti, steriles, & facilè decidui: postmodùm præcuntibus barbulis, è copioso capillamento coactis, sequuntur fructus, racematim cohærentes in subasperis & innoxiè aculeatis triquetris folliculis, nucis Avellanæ amplitudinem exæquantibus, qui, per maturitatem rupti, grana lævia, oblonga, Phaseoli magnitudine projiciunt, extrinsecùs livido aut quasi pullo colore nigricante variegata, interiùs medullâ candidâ & pingui repleta: radix multifida est, & plurimis fibris firmatur.

Dodon. 362. & 365.
Lobel. Obs. 392. Adv. 306.
Lugdunens. 1630.
Cœsalp. lib. 9. c. 19. fol. 380. & 381.
Epit. Cam. 425.
Hort. Med. 141.
Matth. C. Bauh. 862.
Phytopin. C. Bauh. fol. 578.
Germ. Groß Wunderbaum / Türckischer Hanff oder Zeckenkörner.
Fuchs. 127. cap.
Tabern. 452. lib. secundo.
Matth. Cam. 425.
Durant. 850. fol.

II

Muscus clavatus procumbens. Muscus terrestris Matthioli. Lycopodium & Pes lupi Dodonæi, & perperàm officinarum spica Celtica. Viticulosis & funium instar obsequiosis caulibus, è virore pallentibus, variè flexuosis, tenuiorúmq; fibrarum ope per intervalla humo affixis constat, quos folia crassè comosa, angustissima, undiquaq; denso stipatu ambiunt, inde complurima adnata lateralium virgarum utrinq; emittuntur, quarum summi vertices in Corylaceos villosos julos, seu spicata nucamenta subflavi coloris, eriguntur, muscosis albicantibus floseulis referta, semine proferendo minùs fœcunda.

Dodon. 470. & 471.
Lobel. Observ. 645.
Cœsalp. lib. 16. cap. 22. fol. 605.
Lugdunens. 1325.
Epit. Cam. 32.
Thal. 116.
Germ. Berlap wolffsklauen / Gürtelkraut / Katzenleitterlein.
Trag. lib. 1. cap. 89. fol.
Tabern. 487. fol.
Matth. Germ. 15. fol.
Durant. 617. fol.

NONVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



II.
Lichnis Sylvestris flo: pleno albo.

I.
Lichnis sylvestris flore
pleno rubro.

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LYchnis sylvestris flore pleno albo. Lychnis multiflora Anglica Penæ Lugdunens. Folia edit Lychnidis Chalcedonicæ, sed ampliora, venosa, per intervalla caulem cubitalem ordinato progressu decorantia: flores albi sunt, & multiplici foliorum texturâ adeò excrescunt, ut etiam Rosam, vel florem Africanum (quod post Lobelium etiam in nostrâ observavimus) magnitudine superare possint: idq; per totam æstatem hortis cultioribus conspiciendum.

Vid. Dodon. 171.
Lobel. Icon. 336. Adverſ. 142.
Lugdun. fol. 816.
Phytopin. C. Bauh. 303.
Germ. Weiß gefüllter Widerstoß/ oder je lenger je freundlicher.
Tabern. cap. 15. fol. 2.

II

Lychnis sylvestris flore pleno rubro. Lychnis agrestis multiflora Lobelii, Ocimoides flore pleno Camerarii. Foliis Ocimo respondet aliquantùm, æqualiter caules subhirsutos, geniculatos, ex intervallis ambiētibus, quadrangulos scilicet, & ramosâ serie, ab lignosæ radicis admodùm fibris lateralibus fibratæ capite, in altitudinem cubitalem sublatos: summitates eorum sustinent utriculatos, striatos caliculos, è quibus supernè explicantur flores, tantùm à simplici Ocimastro confertâ rubicantium foliorum stipaturâ differentes: seminibus prorsus orbatur, ob exhaustam florum vim, & pabulum, omne in multiplicem illorum luxuriam conversum, undè etiam simplicem vulgatam subindè in hortis cultioribus iteratâ transplantatione folia florum multiplicare ferunt.

Lobel. Icon. pag. 336.
Cam. Epit. 740.
Hort. Med. fol. 109.
Phytopin. C. Bauh. fol. 383.
Germ. Rocher gefüllter Widerstoß/ oder je lenger je freundlicher.



II.
Lychnis coronaria flore incarnato punctata

I.
Lychnis coronaria flore rubro pleno.

III.
Lychnis coronaria flore incarnato non punctata.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LYchnis coronaria flore rubro pleno. Nullâ aliâ re dispar, ita ut, præter multiplicem florum texturam, & nimis foliosam in illis congeriem, affinitatem cum præcedentibus abundè fateatur.

Vide Autores superiùs citatos, maximè Dodon. 170. fol.
Lobel. Adverſ. 142. Icon. 384.
German. Volle Margenröslein/mit rothen blumen.

II

Lychnis coronaria flore incarnato punctato. Color florum dilutè rubens, & ad carneum accedens, præter stigmata in hisce expressa, solùm discrimen facit.

German. Fleischrothe Margenröslein mit düppeln.

III

Lychnis coronaria flore incarnato non punctato, quâ notâ unicè variat.

German. Fleischrothe Margenröslein/ohne düppeln.



III. Lychnis Coronaria flore albo simplici.

I. Erica minor flore albo.

II. Lychnis Coronaria flore rubro simplici.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ERica flore albo minor. Foliis, vulgatioris Ericæ seu Tamariſci æmulis, graciles, ramoſos, ligneæ duriciei cauliculos impari exortu veſtit, qui ad vertices usq; faſtigiantur in ſpicas, albidis caliculatis floſculis, Arbuti floribus multò minoribus, ſed non abſimilibus, exornatas: radices lignoſæ, tenues, inæqualibus fibris ſe ſub tellure plurimùm diffundunt; ſemina, rarò maturitatem conſequentia, nondum obſervavi. In communem, quæ eſt florum purpuraſcentium, non rarò degenerare ſolet. De communi autem videatur.

Dodon. 755.
Cluſ. fol. 41.
Lobel. Obſ. Adverſ. 447.
Lugdunenſ. 185.
Cœſalp. 204. lib. 3. c. 20. fol. 104.
Epit. Cam. 57. fol.
Thal. 40. fol.
Matth. C. Bauh. fol. 142.
German. Weiſſe Heid.
Fuchſ. cap. 95.
Tabern. 809. lib. ſecundo.
Cam. Germ. 43. fol
Durant. 351. fol. (fieri ſolet.
Vbi etiam noſtræ, quæ fl. albo eſt, mentio

II

Lychnis coronaria flore rubro ſimplici. Lychnis Dioſcorid. Theophraſ. & Plini. C. Bauh. Verbaſcum coronarium quorundam. Planta eſt omninò incana, folia mittens tomentoſa, mollia, & attactu holoſericum referentia, oblonga, pollicaris latitudinis, à radice lignoſâ, longâ, & in lateribus fibratâ prodeuntia, inter quæ, per intervalla, geminato ſitu, illis geniculatim ſeptus, caulis erumpit, pariter lanatus, rectus, cubitalis, & ſupernè in breves ramulos ſparſus, quorum ſummitates ſingulas calices, Nigellaſtri vice, anguloſi & utriculati obſident, coronati flore rubicundo flammeo, paulò infra magnitudinem Roſæ Moſchatæ, è quinis ſubrotundis foliis, & apicibus aliquot mediis acuminatis, conſtante. Tabeſcentibus floribus, calices hi ventricoſi, oblongi, intra ſe ſemen ſervant, parvum, copioſum, è rufo ſubcinereum, quod, terræ comiſſum, ſecundo demùm anno reparatur.

Vid. Dodon. fol. 170.
Lobel. Obſ. 181. Adverſ. 112. Icon. 334. & 335.
Cœſalp. lib. 6. c. 43. fol. 252.
Lugdunenſ. 815.
Epit. Cam. 569. fol.
Matth. C. Bauh. 599.
Phytopin. C. Bauh. 382.
Germ. Marienrôslein/mit rothen blumen.
Trag. lib. 1. cap. 40.
Fuchſ. 328. cap. ſine Icone.
Tabern. fol. 9. lib. ſecundo.
Cam. Germ. 283.
Durant. 548.


III


Lychnis coronaria flore albo ſimplici. Color diverſus eſt, planta cum ſuperiore eadem.

German. Marienrôslein/mit weiſſen blumen.



III. Flos Armerius variegatus. I. Flos Armerius albus. II. Flos Armerius ruber.


Specimen of Ancient
Printing
year 1613
Lent by Mr Reynick
T



CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

FLos Armerius albus. Radicem obtinet, plurimis tenuibus fibris in surculos diffusam, unde, altero à satione anno, virgæ eriguntur nondum cubitales, firmæ, inanes, geniculatæ, quas, circa singulos geniculos, bina folia sibi correspondētia arctè cingunt, ab angustâ, per latiorem in acutam figuram collecta, & medio nervo conspicuo diremta, oblonga, viridia; atq; hoc frequentibus intervallis fit, ad caulium usq; fastigia, in quibus, Lychnidis Chalcedonicæ aut Saponariæ modo, umbellatim thyrsi congeruntur, attollentes oblongis caliculis suis, circumcircà jubatis foliolis obsitis, plurimos albos flosculos, Caryophyllorum sylvestrium æmulos, & per margines extremos serratos: semina membranacei oblongi calices submittunt, nigra, subrotunda, parva, compressâ, Caryophyllorum genus non abnegantia.

German. Weiß Cartheuser Negelein.

II

Flos Armerius ruber. Caryophyllus barbatus hortensis latifolius. Lychnis Carthusianorum Gesneri. Viola barbata latifolia Lugdunensis. Auct. Paul. Renealmi. Differt tantùm à præcedenti colore floris, quo vulgatiorem se exhibet, & à multis herbariis observatam.

Vid. Dodon. 176. & 177.
Lobel. Icon. 448.
Clus. ubi varietates attinguntur, 287. lib. 5.
Lugdunens. 810. fol.
Cam. Hort. 56. fol.
Phytopin. C. Bauh. 392. fol.
Paul. Renealm. Specimin. hist. plant. 47. & 48. fol.

German. Rothe Cartheusernegelein/ Scharlachblumen.
Tabern. fol. 3. lib. 2.

III

Flos Armerius variegatus. Versicoloribus foliis, & subindè lactei candoris maculis aspersis, tantùm à superioribus unicè variat.

Videndus Clus. 287. lib. 3.

German. Gescheckte Scharlachblumen/ oder Cartheuser Negelein.



II.
Flos Constantinopolitanus incarnatus.

I
Flos Constantinopolitanus miniatus

III.
Flos Constantinopolitanus albus

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

FLos Constantinopolitanus miniatus. Lychnis Chalcedonica miniata Lobel. Ocimoides peregrinum Gesneri. Lychnis flore coccineo major C. Bauh. Caules aliquot bicubitales, recti, geniculati, binis geniculatim foliis cinguntur virentibus, subhirsutis, oblongis, atq; è latiore basi in mucronem fastigiatis: summis eorum verticibus flores fasciculatim, tanquam in umbellâ cohærentes, prosiliunt, ex oblongis striatis caliculis, quinq; foliis coccineo rubore placentibus, circa extremas oras bifidis, ac umbilicotenus aliis parvis laciniis concoloribus superbientes: semen clauditur in utriculosis calicibus, parvum, depressum, cinereum, radix longa est, in plures appendices divisa.

Dodon. 178.
Lobel. 183. Observ.
Lugdunens. fol. 820.
Cœsalpin. lib. 6. cap. 44. fol. 253.
Clus. fol. 292.
Hort. Med. Cam. 98.
Phytopin. C. Bauh. 381.

Germ. Zinoberröslein/ oder Jerusalemblumen/ Türckisch Nosten.

Tabern. 10. lib. secundo.

II

Flos Constantinopolitanus incarnatus. Præter coloris in flore mutationem, idem cum prædicto est.

Germ. Leibfarbe Jerusalemblumen.

III

Flos Constantinopolitanus albus. Et hic solo floris colore diversus.

Vide tamen etiam Clus. fol. 292.

German. Weisse Jerusalemblumen.



Barba Capræ. III

Scorsonera latifolia. I

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SCorzonera latifolia Germanica. Viperaria. Miro effectu contra venena laudata, atq; quondam in Occidentali Indiâ, etiam citra Mauritani inventoris invidiam, posteris aperta, nunc non tantùm in Hispaniâ, sed præter Pannoniam, Bohemiam, Styriam, Hercyniæ & Thuringiæ plagis observata. Foliis exit Tragopogo duplo latioribus, vel triplo nonnunquam, Succisæ non dissimilibus, integris, viridibus, & mucronatis, medio subalbido nervo per longitudinem ducto insignitis, humi stratis: caulis cubitalem proceritatem attingit, brachiatus, lignosus, cujus cacumina attollunt calices oblongos, nervosos, squamatos, unde explicantur flores farcti, lutei, Tragopogi æmuli: hos sequuntur semina oblonga, alba, acervatim coacta, & supernè rigidis pappis se in globosam formam diffundentia: radix subest exteriùs subrusa, digitalis crassitudinis, dulcis, quæ tandem paulatim in tenuem mucronem gracilescit, lacteo succo viscido prægnans.

Dodon. 256.
Clus. cxxxvii. & cxxxviii. lib. 5.
Cœsalp. lib. 13. cap. 25.
Lobel. cxxx. lib. 5.
Monarda: de Scorzoner, herba. 16. fol.
Lugdunens. 1207.
Epit. Cam. 314.
Hort. Med. 157.
Thal. Harcyn. Saxonothuring. 117. & 118. fol.
Matth. Cas. Bauh. 410.
Phytopin. C. Bauh. 537.
Germ. Breitblätterichter Schlangenmord.
Tabern. 298. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 317.
Durant. 915.

II

Barba capræ, Drymopogon. Radix, nigricante cortice tecta, intrinsecus rubescit, crassa, multùm fibrata: hinc oritur caulis bicubitalis, angulosus, rubescens, ramosis oblongis pediculis alternatim septus, qui in oblonga folia sparguntur, superiùs rugata, Vlmariæ foliis angustiora, circa latera inæqualiter serrata: verticibus caulium racemosi flosculi dependent, amenti instar conglomerati, albidi, odorati, & per vetustatem tandem incanas barbulas, seu aruncos caprorum imitantes. Succedunt (secundum Tragum) parva, tortuosa, verrucosa semina, trina aut terna simul conjuncta.

Lugdunens. 1080.
Hort. Med. 27.
Phytopin. 276.
German. Geißbart.

Trag. lib. 1. cap. 95.
Fuchs. 64. cap.
Tabern. 453. lib. secundo.



II.
Odontitis Plinij.

I.
Condrilla fœtida.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CHondrilla rubra fœtida. A radice tenui, annuâ, singulari, lateralibus capillamentis obsitâ, folia exeunt complurima, primùm Hieracii minimi seu Hyoseridis modo circumrosa, atq; à basi angustiore in latiorem paulatim formam abeuntia, viridia, postmodùm magis sinuosa, & in summo acuminata, attritu gravissimum fœtorem emittentia: atq; inter illa tandem assurgunt cauliculi quandoq; cubitales, virides, striati, in rariores alas divisi, & extremis verticibus singulis florem orbicularem, Hierac. Cretico Clusii non imparem, sustinentes, è multis conglomeratis floribus Chondrillaceis, in summis foliorum oris leviter dissectis, dilutè rubescentibus, compositum: huic succedit semen oblongum, Chondrillæ Coronopifoliæ modo angustum, pappo adnexum, ex obscuro rubore nigricans, spontaneo saltu se facilè reparans.

Vid. Bauh. Phytopin. 215. præter quem à nullo proditur.

Germ. Frembd Eicherotherriechender Sonnenwirbel.

II

Odontitis Plinii, Margarita Veneta dicta. Caules tantùm non cubitales, striati, & obscurè rubescentes, anguloſi, & plurimùm brachiati, geniculatim cinguntur foliis, citra pediculos exorientibus, oblongis, & Viscariâ vulgari latioribus, semper per intervalla binis: flores in summis alis profert quàm plurimos, & multiplici foliorum altius dissectorum strue coacervatos, elegantissimo rubore tinctos, atq; utriculis brevibus, subrubicundis, striatis incumbentes, qui absq; semine, ut multa huius generis, pereunt: radix multifida est, & lateralibus fibris in surculos se diffundit, unde facilè propagatur.

Clus. 293. fol.

Phytopin. Cas. Bauh. fol. 397. & 398.

Congener est Armor. sylv. pratensi Lobel. Adv. 189.

German. Gefüllte roche Gauchblumen.



II. Scabiosa Belgica flore albo I. Scabiosa Alpina Centaurioides. III. Scabiosa Vulgaris

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SCabiosa alpina Centauroides, aliis Centaurium nothum. Radicem obtinet crassàm, nigricantem, lignosam, & in multos annos vivacem; inde prosiliunt caules bicubitales, anguloſi, quibus per intervalla folia alata, Centaurio majori propemodùm paria, utrinq; cannabino ritu dissecta, viridia, & subhirsuta, inhærent: flores crebri in summis ramulis globulum constituunt, Virgæ pastoris capitulo paulò ampliorem, & colore Ochroleucanthemam Scabiosam imitantur: sequuntur semina oblonga, nigricantia, quadrangula, seminibus Virgæ pastoris multò majora, sed ejus more conferta.

Lugdun. sub titulo Centaurii nothi Dalechampii, fol. 1291.
Cam. Hort. 154.
Respondet & illa Lobeliana, aliquantùm cæsio florum colore discrepans, Adv. 233.
German. Berg Scabiosa mit Raponticæ blätern.

II

Scabiosa flore albo Belgica. Caulem edit firmum, bicubitalem, & in multas alas distributum: folia paulò crassioribus & latioribus fisuris Scabiosâ tenuifoliâ constant, ambitu serratis, quæ tamen in superiorem usq; caulem sensim tenuiora & rariora fiunt, ubi extremitates illius in conglobata capitula coguntur, aliis quidem Scabiosis similes flores coacervatos gerentia, sed niveos, atq; staminula alba, apicibus cœruleis prædita, è singulorum medio emittentes: semina cognati generis formâ non admodum disident, fusca, anguloſa: radix annua est, at parùm fibrata.

Vid. Scabiosam albam Belgicam hortorum. Clus. fol. IV. lib. 4. cap. 1.
C. Bauh. in Phytop. fol. 526. sub titulo Scabiosæ albæ Bononiensis.
Germ. Weiß Niderländisch Scabiosen.

III

Scabiosa officinarum floribus è cœruleo purpurascentibus. Segetum & satorum hospes est. Folia prima & novella tantùm ambitu serrata profert, succedentia deinde in lacinias crassàs, alatas, hirsutas, desinunt, prodeuntia è caule rotundo, subhirsuto, cubitalem altitudinem superante, atq; sic ex intervallis, usq; ad verticem ejus, rariore specie procedunt, in quo compactile & orbiculatum caput, floccis purpureocœruleis albicantibus, ex confertis alveolis concoloribus prodeuntibus, coronatum, destituunt: semina oblongiuscula, supernè radiata, parva, genus suum non diffitentur: radix lignosa est, & altè sub tellure conditur.

Dodon. 122. fol.
Lobel. Obs. 291. Adv. 232.
Lugd. 1102. fol.
Hort. Med. 154. fol.

Matth. C. Bauh. 689.
Phytopin. 524.
German. Apostemenkraut mit Purpurblawen blumen.
Trag. 80. cap. lib. 1.

Fuchs. 273. cap.
Matth. Cam. 332.
Tabern. 547. lib. 1.
Durant. 904.



III. Scabiosa Pannonica flore albo. I. Scabiosa Hispanica maior. II. Scabiosa Angustifolia flore subcæruleo

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SCabiosa Hispanica. Folia in caule cubitali, rotundo, sibi invicem oppositò situ adversâ promit, incisuris ad vulgarem Scabiosam accedentia, mollia & aliquantum lanuginosa: fastigia virgarum, congenerum specierum vice, in orbiculatis capitulis exteriùs foliosis (quod propè omnibus Scabiosis commune est) flores è cœruleo albidos, aut quasi cinereos, sustinent, quos defloreſcentes, calices sequuntur membranacei, striati, umbilicotenus radiati, & summis orificiis tenuiter crenati, quorum basis inferior seminum loco est.

Vid. Dodon. 123.
Lobel. Observ. 297.
Lugdunens. 1110. fol.
Clus. lib. 4. fol. 1.
Phytopin. C. Bauh. 527.
Germ. Spanisch Apostemenkraut.
Tabern. 547. lib. 1.

II

Scabiosa angustifolia flore subcœruleo. Sesquicubitali caule exurgit, quem folia, ferè ad medium nervum usq; tenuiter dissecta, rara, per intervalla situ æquali vestiunt, singulis adnatarum virgarũ summitatibus ostendentem flores, in disco seu orbiculo inferiùs folioso copiosè farctos, pallidos, subcœruleos, & deniq; succedentia semina parva, oblonga, anguloſa, Scabiosis communia: radix subest vivax, perennis, tenuis, & intrinsecus lignosa.

Affinis videtur Scabiosæ quintæ Tabern. fol. 549. lib. 1.

Germ. Apostemenkraut/mit bleichliechtblawen blumen.

III

Scabiosa Pannonica flore albo quorundam, licet plurima inveniatur in Germaniæ, Saxonicis, Thuringiacis, Misniacis, Hessiacis, Noricis, & Styriacis agrorum marginibus, & aliis apricis locis. Radice firmatur oblongâ, perenni, tenui, quæ definit in caulem rotundum, gracilem, virentem, geniculatum, ad cujus singula interstitia folia, ex adverso sibi respondentia, prodeunt, profundis & tenuibus alatis fissuris prædita, præterquàm quæ secundum radicis caput obvia, rarioribus & latioribus divisuris exeunt: summis ramulorum verticibus capita fert florum è candore flavescentium, quibus marcidis in oblongam quasi ovalem speciem excrescunt, undiq; confarctam seminibus parvis, angularibus, vulgaribus Scabiosis similibus.

Clus. plant. hist. lib. 4. fol. 111.
Phytopin. C. Bauh. 526. fol.
Thal. Harcyn. Saxono: fol. 110.
Hort. Med. Cam. 154. sub titulo Scabiosæ luteæ è Thuringiâ.
Germ. Groß weiß Scabiosen oder Apostemenkraut.
Tabern. lib. 1. fol. 550.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SCabiosa Indica flore saturatè rubro. Radicem mittit oblongam, sensim gracilescentem, ac quandoq; multifidam, firmantem caulem, cubito minus longum, ramosum, tenuem, quem folia superiora, in tenues & profundas lacinias fissa, inferiora verò, maximè quo radici propiora sunt, in rariores diremta, æqualiter ambiunt, viridia, & nodos ramorum pediculis suis amplectentia: verticibus brachiorum, simul ac caulis, capitula orbiculata sustinentur, ex innumeris flosculis, Scabiosarum more coacervatis, congesta, quorum exteriores ampliores sunt, & quinis laciniis constant, æquè ac inferiores: singulis autem albicantia tenuia staminula è medio exeunt, atq; color, elegantissimo rubore placens, decorem aspergit, donec defluant, & semina capiti, in metæ formam effigurato, circumponantur, aliarum Scabiosarum ritu, radiis membranaceis coronata: surculis avulsis hanc plantam propagari, herbariorum quorundam experientiâ probatum.

Clus. cap. III.

An Scabiosa Hispan. elegans planta, Cam. Hort. Med. fol. 154. Et C. Bauh. Scabiosa peregrina rubra, quibusdam Hispan. rubra dicta: Phytop. fol. 525.

Germ. Indianisch Aposemenkraut/mit Saccrochen blumen.

II

Scabiosa Indica flore dilutè rubro, solo tantùm floris colore variat.

Germ. Indianisch Aposemenkraut/mit bleichrochen blumen.

III

Scabiosa tenuifolia flore cinereo. Radice non admodùm à superiore differt, præterquàm quòd caulis gracilior, junceus, humilior, multiplex, foliis tenuissimè dissectis, & magnis intervallis cingitur: flores globosi, prædictæ similes, sed coloris cineracei: capitula tandem minora, & breviora, pari modo coacervata semina exhibent. Videtur tantùm dissectionibus tenuioribus foliorũ variare, alioquin eandem cum Angustifoliâ flore cœruleo esse.

Affinis videtur Scabiosis tenuifoliis Thalii. fol. 110. III. Harcyn. Saxonothuring.

Germ. Schmalblätericht aschenfarbe blumen Aposemenkraut.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

VAleriana major, Phu majus, Nardus agrestis Tragi. Caulis bicubitalis emittitur è radice digitalis crassitudinis, subalbicante, brachiatâ, & quasi supernè articulatâ, inferiùs valdè fibrosâ, Nardini odoris æmulâ, è quâ primùm erumpentia folia omninò integra sunt, & Lactucaceis nonnihil respondent, quæ verò succedunt, in lacinias ab uno nervo medio progredientes abeunt, Elaphoboſci aut Laveris effigie, atq; assiduè tenuiora & pauciora in caule videntur: flores prioris Valerianæ sylvestris more in umbellis conglomerantur, sed majores, & odoris albidioris: semina quoq; paria, sed majora esse constat.

Dodon. fol. 346.
Lobel. 412.
Cœsalp. lib. 4. c. 2. fol.
Lugdun. 927. fol.
Cam. Epit. 21. fol.
Hort. Med. 172.
Matth. Cam. 38.
Phytopin. 291. fol.
Germ. Groß Baldrian.
Trag. cap. 19.
Fuchs. 330.
Tabern. 562. lib. 1.
Matth. Cam. 10. fol.
Durant. 1024.

II

Valeriana Græca flore albo. Valeriana peregrina. Phu Belgicum. Statim à radice multa folia surrecta profert, pennata, & conjugatim ex uno nervo intercurrente prodeuntia, acuminata. Astragali sylvatici Thalii, seu Viciæ latifoliæ æmula, viridia, quæ mox ab eadem radice, admodùm capillatâ, densum cespitem constituunt, è quo altero demùm anno exiliunt cauliculi aliquot cubitales, recti, tenues, paribus foliis per intervalla exornati, atq; fastigiatim in fasciculos densos dispositi, proferentes flosculos albidos, è quinis foliis subrotundis, staminulis exiguis, & stylo in medio trifido apice conspicuo, commissos: semina sequuntur in albescentibus membranaceis theculis, sive capitulis, copiosa, angularia, parva, fusca.

Germ. Griechischer Baldrian/mit weissen blumen.

III

Valeriana Græca flore cœruleo. Vulgatior tantùm est, sub hujus coloris flore, cæteroquin nullâ aliâ partium formâ, à prædictâ discedit.

Vid. Dodon. 348. fol.
Lobel. Obs. 412. Adv. 319. fol.
Lugdunens. 1043.
Cam. Hort. fol. 176.
Phytopin. 294. fol.
Germ. Griechischer Baldrian mit blawen blumen.
Tabern. 569. lib. 1.



III
Veratrum nigrum Dioscoridis.

I.
Saponaria.

II.
Valeriana Sylvestris

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SAponaria, Struthium Fuchsii. Multis à radicibus obliquè serpentibus, & fibrarum ope se dispergentibus, surrigitur virgis cubitalibus, rotundis, geniculatis, glabris, quas frequenter ambiunt parili exortu bina folia, venosa, crassa, Ocimastro ampliora, & Plantaginis modo nervosa, paulatim reflexa: flores leviter odorati, albi, secundum oras extremas rubescentes, superioribus caulium partibus insident, oblongis teretibus calicibus Lychnidum vice impositi, & quinis oblongis, ac versus oras extremas sensim latioribus foliis, & in medio exiguis aliquot tenuibus staminulis constantes: semen nigrum, Lychnidum Nigellastro propemodùm simile est.

Dodon. 179.
Cæsalp. lib. 6. c. 48. fol. 256.
Lobel. Obs. 170. Adv. 133.
Lugdunens. 822.
Hort. Med. Cam. 153. fol.
C. Bauh. Phytopin. 394. fol.
Germ. Seiffenkraut.
Trag. lib. 2. c. 131.
Fuchs. cap. 299.
Tabern. 410. lib. 2.

II

Valeriana sylvestris. Phu Germanicum Fuchsii. Valeriana major & herba benedicta Tab. Caule constat propè quadrato, striato, geniculato, cubitalem longitudinem exuperante, cavo, & per intervalla articulato: folia ad singulos geniculos adfiguntur, seriatim divisa, Elaphoboscì aut Fraxini figurâ, ac parùm in ambitu serrata, atroviridia: flores umbellatim collecti in summis cacuminibus, tàm alarum quàm caulis, oriuntur, parvi, & è candore in ruborem tendentes, Valerianæ hortensi similes: semina succeduntillis Lino minora, & in apicibus plumosa: radix ex unius capitis ortu in plurimas crassas fibras laterales desinit, odoris non injucundi.

Dodon. 346.
Clus. quo ad Iconem, LV. f.
Cœsalp. lib. 4. c. 2. fol. 148.
Lobel. Obs. 411. Adv. 319.
Lugdun. 1042. fol.
Matth. Epit. Cam. fol. 22.
Hort. Med. 176.
Matth. Casp. Bauh. 38. fol.
Phytopin. 291.
German. Gemein Baldrian.
Trag. cap. 19. lib. 1.
Fuchs. 333. cap.
Tabern. 562. fol. lib. 1.
Matth. Germ. Cam. 10. f.
Durant. 1026.

III

Veratrum nigrum Dioscoridis Dodon. Astrantia nigra quorundam.


Folia lata subnigricantia, in quinq; partitas & ambitu serratas divisuras fissa, pediculis oblongis eriguntur à radice nigricante, crassâ, & Veratro nigro non absimili, ac valdè fibrosâ, unde etiam caulis à foliis diversus sesquipedalis exurgit, cacumen versus in copiosas alas dispersus, quibus insident flosculi è viridi albescentes, muscosi, acervatim in capitulis collecti, & sub se oblongum, subasperum, fuscum semen, pari modo conglomeratum, relinquentes.

Dodon. 383.
Lobel. Obs. 388. Adv. 305.
Lugd. 1269. fol.
Phytopin. C. Bauh. 340.
German. Schwartz Astrentz / oder Muterkraut.
Trag. lib. 1. c. 144.
Fuchs. c. 260. (tulo, f. 300. lib. 1.
Tab. sub Imperatoriæ nigræ ti-

DECIMVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.

II.

Ononis flore luteo variegata non spinosa.



Capparis Fabago.

CELEBERRIMI EYSTET-

tenſis horti, Icones plantarum Æſtivalium.

I

CApparis fabago, ſeu leguminoſa. Fabago Belgarum & Peplios Pariſienſium Lugdunenſ. Morgſani Syrorum. Ardifrigi Avicennæ,& Andirian Rhaſis. Radice exit lignoſâ, oblongâ, caulibus multis brachiatis, ſtatim ab exortu diverſis, bicubitalibus, teretibus, ſtriatis; foliis Capparis, ſed magis in longitudinem porrectis, Portulacæ ritu pinguibus, in oblongo carnoſo pediculo ſemper adverſo ſitu geminatis, ſaturatè virentibus: flores ſummis ramulis, atq; ſecundum alas, prodeunt, priusquam planè dehiſcant, Capparis florum æmuli, intus rubeſcentes, foris ex herbaceo virore ſubalbidi, exertis è medio apicibus ſtaminum croceis placentes: quibus marceſcentibus ſubſtituuntur ſiliquæ oblongæ, angulares, vetuſtate palleſcentes, prægnantes ſeminibus pluribus ſubnigricantibus,& in ſubrotundam,latam,depreſſam ſpeciem collectis.

Dodon. 735.
Lobel. Obſerv. fol. 511.
Lugdu. 456. & in Append. fol. 25.
In Epit. Cam. 376.
In Hort. Med. Cam. 33.
Matth. C. Bauh. fol. 456.

German. Baum Cappern.

Ravvolff. in Itinerar. Icon. 113.
Matth. Germ. Cam. 192.
Tabern. 156. lib. ſecundo.

II

Ononis flore luteo variegato, mitis. Cauliculi ei teretes ſunt, ſesquipedales, palleſcentes, hirſuti, ſurculoſi, unctuoſi, nitentes radiculâ lignoſâ, pallidâ, tenui, & ſubinde in fibras gracileſcente, quos ſtatim à ſummo ejus capite, continuâ ſerie alternatim appendicibus ſuis arctè ambeunt tàm bina, quàm terna, eodem pediculo ſubnixa folia, marginibus crenata, ſubhirſuta: flores quaſi in brevi ſpicâ ſparſim prodeunt, Ononidis vulgaris, Cytiſi, Geniſtæ transalpinæ, vel leguminum ſpecie, luteopallidi, & per longitudinem rubris lineis virgati, qui poſt ſe relinquunt ſiliquas anguſtas, oblongas, in capreolum deſinentes, ſemine parvo, ſubrotundo, pullo, plenas. Hircinum odorem, ſed non perinde ac vulgaris illa gravem, tota planta attrectata emittit.

Notatur à Lugdunenſ. fol. 449.

German. Frembd geſprengt Heuhechel.


III.
Anonis spinosa.
I.
Ononis luteo flore.
II.
Anonis non spinosa.

Unable to display this page



II.
Filipendula vulgaris.

I.
Christophoriana.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CHristophoriana, Aconitum racemosum Maranthæ, Costus niger quorundam. Caulem edit sesquipedalem, folia in pediculorum ramosorum gracilium extremitatibus particulatim commissa, lata, ambitu serrata, Podagrariam seu Angel. Sylvest. mont. quadantenus referentia, obscurè viridia, & parùm nitentia: flores caulium vertices promunt, albidos, muscosos, plurima staminula umbilicotenus exhibentes: sequuntur hos fructus per maturitatem, acinos nigros Ligustri æmulantes, racematim coacti, semina crassa, angularia, complectentes: radix crassis nigricantibus fibris dispergitur, intus buxeo colore infecta, vivax & diuturna.

Dodon. 397. fol.
Lobel. Obs. 389. Adv. 304.
Lugdunens. 1747. sub Napelli racemosi titulo.
Hort. Med. Cam. 41. fol.
Phytopin. C. Bauh. 335. fol.
German. Christoffelskraut.
Tabern. 454. lib. secundo.

II

Filipendula vulgaris, Saxifraga rubra, Oenanthe Fuchsii. Radices spadiceo colore seu obsoleto rubore nigricãt, è crasso capite diffusæ in oblongas tenues fibrarũ appendices, funiculorum ritu, tàm globulis olivaribus, quàm tuberculis oblongis adnexas, Asphodelorum, vel Astragali arvensis (à Fuchsio Pseudoapios dicti) in morem: folia super terram sternit, saturatè virentia, plurima, Agrimoniæ vice ab uno nervo alatâ serie conjugatim, intermediis tamen subinde appendiculis intermixtis, dependentia, & ambitu denticulata: hæc altero demùm anno diverso ordine ambiunt caulem brachiatum, cacuminibus umbellatim veluti dispositis, mox altiore, mox profundiore situ ferentem flores albos odoratos, senis foliis staminula concoloria radiatim circumdantes: dilapsis succedunt semina parva, oblonga, squamato farctu in capitulum collecta.

Dodon. 56. fol.
Cœsalp. lib. 14. c. 13. fol. 551.
Lobel. Obs. 421. Adv. 325. & 326.
Lugdunens. 782.
Cam. Epit. 608. fol.
Hort. Med. 60. fol.
Matth. Cam. 627.
Phytopin. 289.
Germ. Rother Steinbrech/ Erdeichelt.
Trag. cap. 122. lib. secundo.
Fuchs. cap. 212.
Tabern. 521.
Cam. Matth. Germ. 299.
Durant. 384.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

BLattaria flore albo. Radice innitens singulari, oblongâ, lignosâ, fibris lateralibus capillatâ, folia supra humum fundit oblonga, per margines inæqualiter crenata, & subinde sinuosa, è quorum medio elevatur caulis unus atq; alter sesquicubitalis, hisce assiduâ serie gracilescentibus convestitus, superiùs verò alis lateralibus aliquot quandoq; licet rariùs donatus, usq; ad mediam partem, quâ etiam per summitates suas flosculos longo ordine extendit, quinis albidis rotundis foliis, & medio staminulis aliquot purpurascentibus decoratos; deciduos singulos sequitur capitulum rotundum, lini modo, refertum seminibus parvis, nigris, Antirrhino vel Cymbalariæ, aut Verbasco minori non absimilibus.

Germ. Motten oder Schabenkraut/mit weissen blumen.

II

Blattaria flore luteo. Verbascum Leptophyllum Cordi. Vulgatior hoc florum colore, & multis in Germaniæ locis frequens, uti etiam passim ab Autoribus attingitur, qui pleriq; etiam superioris meminerunt.

Dodon. 145.
Lobel. Observ. 304. Adv. 342.
Cœsalpin. sub nomine Verbasci noni
Lugdu. 1305. (lib. 8. c. 64. f. 347.
Cam. Epit. 885.
Hort. Med. 28.
C. Bauh. Matth. 802.
Phytopin. 458. fol.
Germ. Motten oder Schabenkraut / mit gelben blumen.
Trag. 146.
Fuchs. 65. cap.
Tabern. 269. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 403. fol.
Durant. 146. fol.

III

Blattaria Plinii, quibusdam. Verbascum nigrum herbariorum. Radix crassâ, lignosa est, nigricans, subtus in fibras sparsa: folia Verbasco vulgari minora, graveolentia, leniter crenata, Helenio congrua, seu potius Hormino sylvestri, sed ampliora, nigricantia, altero anno caulem singularem, & rariùs ramosum, angularem, cubitalem, alternatim obsidentia, qui, unà cum illis gracilescens, à mediâ parte usq; ad summam copiosos flores porrigit, Vulgatioris æmulos, luteopallidos, parvos, staminulis aliquot mediis apice purpureo tomentoso obductis, & stylum exertum reclinatum cingentibus, superbientes: seminum capitula quoq; minuta, subrotunda, scabra, granula sustinent, papavere propemodùm minora.

Dodon. 144.
Cœsalp. Sept. nomine lib. 8. c. 46. f. 347.
Lobel. 302. Obs. sine Icon. Adv. 242.
Lugdun. 1299.
C. Epit. 880.
Hort. Med. 176.
C. Bauh. Matth. 800.
Phytopin. 455.
Paul. Renealm. in Specim. hist. plant. 107. fol.
Germ. Schwartz Wüllkraut/Königekertz.
Trag. lib. 5. c. 72.
Fuchs. c. 328. lib. secundo.
Tabern. 267. fol. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 502. fol.
Durant. 1029. fol.



II. Verbascum latifolium mas.

I. Tripolium vulgare Lob.

III. Verbascum quartum Cæsalpin. floribus pallidis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

TRipolium vulgare marinum. Quòd ternis quâlibet die vicibus colorem floris permutet, nominis originem traxit, quâ de re tamen nihil certi, neq; experientiâ neq; fide Autorum nobis exploratum est. Radix, valdè fibrosa, subest cauli cubito altiori, rotūdo, emergenti inter folia Plantaginis angustioris, seu Ranunculi flammei (quem Longifolium nuncupant) nondum caulescentis, lata, crassâ, glabra, pinguia, quæ tamen, adultiore factâ plantâ, diverso ortu è caule obsoletè rubescente prodeunt, Oleæ ritu angustiora, & vix conspicuis serraturis ambitu donata. Caulis plurimùm in ramos dilatatur, lateralibus æquè ac summis alis ferentes capitula oblonga, subrubentia, squamata, quorum medii umbilici staminei, luteoli, orbiculatim foliis angustis purpureo violaceis, Asteris Attici specie, circumvallantur: sequuntur semina ejusdem penè effigie pappis annexa.

Vid. Dodon. 375. fol.
Lobel. 157. fol. Adv. 125.
Lugdun. 1389. fol.
Hort. Cam. 173. fol.
Phytopin. 355.
German. Meer Sternkraut.

II

Verbascum latifolium mas, Verbascum primum Matthioli, Cœsalp. Lugdunens. Candela regia, Thapsus barbatus officinarum. Folia longa, per margines crenata, ab origine angustâ per latiorem formam in acutam finientia, crassa costâ subvecta, fornicatim nervis multis obsita, tomentosa & pilosa, caulem vestiunt lanuginosum, angulosum, & dimidiâ ex parte spicatim onustum floribus, ab imâ basi tubulosâ in quina folia lutea, rotunda, ac secundum oras saturatè aureo colore leviter tincta, dulciter odorata, distributis, intus exertis staminibus concoloribus, lanuginosis, & saturatiùs fastigiatim coloratis: semina in rotundis capitulis nigra, & Blattariæ quadantenus conformia, promuntur: radix subest longa, lignosa, ac in fibras laterales brachiata.

Dodon. 143.
Cœsalpin. lib. 2. cap. 46. fol. 347.
Lobel. 303. Obs. 242. Adv.
Lugdunens. 1298.
C. Epit. 878. fol.
Hort. Med. 176. fol.
C. Bauh. Matth. 800. & 803.
Phytopin. 456.
P. Renealm. in Spec. hist. 102. & 103. fol.
Germ. Groß gemein Wüllkraut/mit geelben blumen.
Trag. cap. 72. lib. 1.
Fuchs. cap. 328.
Tabern. 266. lib. secundo.
C. Matth. Germ. 402. fol.
Durant. 1028. fol.

III

Verbascum quartum Cœsalpin. flore pallido. Forma foliorum angustior est, illaq; minus vel brevissimo tomento obducta, incana aliquantùm, & in ambitu leniter serrata, pari verò processu, usq; ad caulis tomentosi cubitalis medium attenuata, procedunt, ubi in ramulis sparsis summitates stipantur flosculis albido pallidis, Verbasco duplò minoribus: staminula in medio fastigiatim purpurascunt: radix simili specie lignosa & oblonga est, sed graciliore habitu: semina capitulis minoribus paria, continentur.

Lobel. loco superiùs citato. (genere.
Cœsalp. loco superiùs citato sub quarto
Lugdunens. 1300.
C. Epit. 879.
C. Bauh. Matth. 800.
Phytopin. 456.
Germ. Wild Wüllkraut / mit kleinen weissen blumen.
Trag. cap. 72. lib. 1.
Fuchs. 328. fol.
Tabern. 267.
Durant. 1028.



II. Virga aurea. I. Consolida Saracenica. III. Lysimachia lutea.

Unable to display this page



Lysimachia Galericulata

Lysimachia lutea Pannonica maior.

Lysimachia altera Matthioli flore rubescente

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LYsimachia lutea Pannonica. Lysimachia lutea secunda Clus. Caule constat duro, quadrangulari, villoso: folia mollia sunt, parùm pilosa, & vulgari non absimilia, situ æquali quadripartitâ serie hunc ambeuntia, attritu odorem unctuosum Nicotianæ manifestè prodentia, & subtùs minutis nigris punctulis conspersa (quod etiam in novellis Lysimachiæ vulgatioris foliis observandum:) prope sinus eorum vel ramuli, vel pediculi tantùm emergunt, singilatim obsessi flosculis acuminatis, foliis luteolis, ab unâ basi coalitis, & totidem staminibus in medio productis: idq; continuo progressu, usq; in fastigium caulis, quasi spicati, animadvertitur: radix geniculata est, obliquis propaginibus fibratis per summam tellurem acta, se etiam in hortis plurimùm diffundens, quibus tamen sæpenumerò in vulgarem degenerasse animadversum est: semina etiam diligentem observationem eluserunt.

Vid. Clus. fol. L. & LII. ubi Icon. additur.

Phytopin. C. Bauh. fol. 466. | Germ. Gelber Ungerischer Weiderich.

II

Lysimachia altera Matthioli, Lysimachium purpureum Herbarior. Solidaginis Sarracenicæ alia species Trago. Folia salignea, integra, parùm acuminata, viridia, terna vel bina plerunq; geminatâ vice sibi invicem quandoq; opposita, quandoq; nihil ordinis servantia, ponuntur in caule bicubitali pariter quadrangulo, viridi, rariùs furculoso, secundum extremitates tamen spicato, ac densâ serie flosculorum, è rubore purpurascentium, quinq; foliis angustis & tot staminulis concoloribus constantium, referto: semina includuntur oblongis vasculis, crassæ scobis instar minuta: radix, subnigricante cortice obducta, brachiatis propaginibus summâ tellure repit.

Dodon. 86. fol. | Clus. LI. Iconis ratione. | Matth. C. Bauh. 675. | Fuchs. 87. cap.
Cæsalp. lib 6. c. 55. fol. 261. | Epit. Cam. 687. fol. | Phytopin. Bauh. 468. | Tabern. 524.
Lobel. Obs. pag. 185. Adv. 144. | Hort. Med. 93. fol. (ring. f. | Germ. Braun Weiderich. | Matth. Germ. Cam. 323.
Lugdunens. 1059. | Thal. 71. Harcyn. Saxono Thu- | Trag. lib. 1. c. 164. absq; Icone. | Durant. 551.

III

Lysimachia galericulata adulterina quorundam. Stachys aquatica Tabern. Clymenum minus Dalechampii, Betonica fœtida Gesneri. Tertiola Cæsalpini &c. An. Sideritis 1. odore gravi Thal. in Sylv. Harcyn. Saxono Thuring. fol. 103. Radice nititur obliquè proserpente, & ante caulis exortum, hinc & inde oblongas, pallidas, tuberosas appendices spargente, quas (non citra crepitū) facilè confringere possis: folia oblonga sunt, mucronata, Betonicâ angustiora, nigroviridia, & ambitu obtusè crenata, hirsuta, quæ sine pediculo caulem quadratum arctè ambiunt, asperiusculum, hirsutum, & in summo spicatum, exhibentem verticillatim flosculos rubicundos, Lamiorum ritu, & semina parva, subrotunda, in utriculis hispidis.

Cæsalpin. lib. 11. cap. 43. pag. 451. | Thal. loco suprà citato. | Germ. Brauner Wasser Andorn.
Lugdunens. 1357. | Phytopin. Bauh. fol. 448. | Tabern. 94. lib. secundo.



II. Sinapi alburn

I. Myagrum Hortense Monospermon

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MYagrum monospermum. Radice provenit oblongâ, albâ, gracili, supervacuâ, & parùm fibratâ, quæ primo anno effundit folia orbiculatim ferè per terram strata, circumrosa, & aliquantùm laciniata, glabra, oblonga, pallidè virescentia, & per longitudinem costâ albescente notata: altero demum anno ex illorum medio porrigitur caulis inæqualiter brachiatus, inanis, per intervalla aliis foliis vestitus, Brassicæ sylvestri aut Glasto respondentibus, virore subalbidis, & latiore basi caulem arctè obsidentibus: flores luteopallidi sunt, Rapistro minores, quibus, longo ordine dispositis, succedunt semina oblonga, pallescentia, crebra, supernè extuberante duro utriculo, ac peram referente, apiceq; tenui, firmo, & per longitudinem rimoso, distincta: intrinsecus fovetur semen rufum oblongum.

C. Bauh. Matthiol. fol. 816.
Phytopin. 173.
Germ. Frembd Leindotter.

II

Sinapi album officinarum. Sinapi luteum sativum Tragi. Foliis constat Erucæ albæ non multùm absimilibus, & in ambitu inæqualiter laciniatis, subhirsutis, uti etiam caulis ejus bicubitalis, rotundus, hirsutus, supernè in ramos fissus, qui longâ serie successivè extollit flores melinos, &, hisce deflorentibus, altius excrescentes siliquas hirsutas, asperiusculas, superficietenus protuberantes, & concludentes semina copiosa, sublutea, globosa, acria: radix supervacua est, parùm fibrosa, albida, annua.

Dodon. 695.
Lobel. Obs. 108. Adv. 68.
Cœsalpin. lib. 8. c. 61. fol. 359.
Lugdunens. 646.
Epit. Cam. 339.
C. Bauh. Matth. 424.
Phytopin. 148.
Germ. Senfftraut/mit gelben blumen.
Trag. lib. 1. cap. 32.
Fuchs. 303. cap.
C. Matth. Germ. 174. fol.
Durant. 945.



II.
Quinquefolium maius

I.
Quinquefolium palustre.

III.
Tormentilla.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

QVinquefolium paluſtre, fragiferum dictum, Heptaphyllum. Porphyranthemum Camer. Sarmentoſis nigricantibus radicibus, & geniculatim fibratis, huc illuc per uligines vagatur, unde exurgunt caules cubitales, quadantenus ſtriati, atrorubentes, è quibus ſine ordine folia, latiore oblongorū pediculorum baſi hærentia, procedunt, Pentaphyllo recto conformia, potiſſimùm ſeptena ſimul juncta, pronâ parte cinerea, ſupinâ virentia: flores oſtendit in longiuſculis alarum adnatis, conſtantes quinis aut ſenis foliis obſoleto rubore nigricantibus, & capitulo concolori, parvis ſtaminulis ſepto, quod poſtmodùm Fragi effigiem acquirit, granulis puſillis obſitum.

Vid. Dodon. 117.
Lobel. Icon. 691.
Lugd. 1265. ſub diverſis Iconibus.
Cam. Epit. 762.
Thal. Hercyn. Saxono Thuring. 88.
Matth. C. Bauh. 720.
Phytopin. 651.
Germ. Gänßkraut / Sibenfingerkraut.
Tabern. 438. lib. 1.
Cam. Matth. Germ. 352. fol.
Durant. 824. fol.

II

Quinquefolium majus. Quinquefolium rectum luteum. Æmulatione foliorum, quæ non minùs modò quinis, modò ſeptenis diviſuris diſtinguuntur, prædicto non diſpar, niſi quòd ad exortum appendicibus laciniatis cohæreant. Caulis rotundus eſt, cubitum excedens, ſupernè brachiatus, faſtigiatim obtinens flores luteos, Argentillæ aut Quinquefolio repenti ſimiles, quos deinde grana obſcuri coloris ſeminum ſequuntur, minuta, anguloſa: radix foris nigricat, & in multifidas fibras ſenſim gracileſcit.

Dodon. 117.
Lobel. Obſ. 395. Adv. 307.
Cœſalp. lib. 14. c. 20. fol. 555.
Lugdunenſ. 1266. fol.
Phytopin. 561.
Germ. Groß auffrecht ſtehend Fünfffingerkraut.
Tabern. 435. lib. 1.

III

Tormentilla Heptaphyllon Lob. in Icon. Complurimis infirmis gracilibus, dodrantem longis, abundat ſurculis, & verſus radicem ſubrubentibus (quibus quandoq; ſe humo attollit) cinctis ſine pediculorum adnexu foliis parvis inæqualibus, ſeptenâ partitione ut plurimùm cohærentibus, viridibus, Pentaphylli ſuperioris æmulis: flores luteopallidos in virgarum adnatarum cacuminibus fert, & ſemina cognatis ſpeciebus minora: radix pollicem craſſà, tuberoſa eſt, intus rubra, extrinſecus nigricans, ſubtùs fibris capillata, brevis, quam tamen, in montanâ ſpecie, prælongam & brachiatam à ſe obſervatam fuiſſe, Camer. prodit Epit. Matthiol. fol. 685.

Dodon. 118.
Lobel. 395. Adv. 308.
Cœſalpin. lib. 14. c. 21. fol. 556.
Lugdunenſ. 1267.
Cam. Epit. 685.
Matth. Caſp. Bauh. 764. fol.
Phytopin. 652.
Germ. Birckwurtz / Tormentill.
Trag. lib. 1. fol. 171.
Fuchſ. cap. 98.
Tabern. 446. lib. 1.
Matth. Germ. 354.
Durant. 1002.



II. *Lagopus peregrina.*

I. Lotus Urbana.

III. *Lagopus Maior*

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LOtus sativa Dodon. Fuchs. Camerar. Gesner. Lacun. Lotus urbana seu Lotus hortorum odorata Lobel. Trifolium odoratum Loniceri, C. Bauh. & Matthioli. Herba cubitalis proceritatis, cui radix lignosa singularis supervacua, & parùm fibrata; caulis rectus, in ramos diffusus, unde folia inordinatè procedunt, singulis oblongis pediculis terna simul juncta, viridia, & ambitu leniter crenata, Trifolii Caballini modo: flores, prolixis pediculis erectos, alarum sinus submittunt, quasi in breves spicas coacervatos, è cœruleo subalbicantes, odoris medicati, & septies in die secundū nonnullos mutabilis (quem, etiam aridi facti, cum totâ plantâ pertinaciter longo tempore retinent, pluvioso tempore magis magisq; se intendente:) semina succedunt pariter spicatim, vesiculis parvis & in summo acuminatis obducta, quas si demas, luteopallida apparebunt, & Fœno Græco minora.

Dodon. 561.
Lobel. Obs. 500. Adv. 384.
Cœsalp. lib. 6. cap. 17. fol. 241.
Lugdun. 506.
Epit. Cam. 894.
Hort. Cam. 91.
Matth. C. Bauh. 809.
Phytopin. 666. fol.
Germ. Gibengetzeit.
Fuchs. 287. cap.
Trag. lib. 2. c. 2.
Tabern. 735. lib. 2.
Matth. Cam. Germ. 252.
Durant. 539.

II

Lagopus peregrina, Lagopus maxima folio & facie Trifolii pratensis Lobel. Radix supervacua, tenuis, mox supra terram folia emittit, è laxâ & foliaceâ sede, terna simul uniusoblongi pediculi fulcimento provecta, rotunda, parùm hirsuta, dilutè virentia, & Trifol. pratensis, quòd subrotundis foliis est, æmula. Caulis pedalem proceritatem aliquando superat, in ramosas adnascētias dilatatus, quæ folia paulò tenuiora edunt, & deniq; summitatibus suis flosculos coloris sanguinei elegantissimi, spicam oblongiusculam constituentes: semen submittunt parvi hispidi utriculi, epidermide tenui involutum, rotundum, flavescens, annuâ satione suum genus reparans.

Dodon. 567.
Lobel. Obs. 499. Icon. p. 39.
Lugdunens. 442. fol.
Clus. CCXLVI. fol.
Hort. Med. Cam. fol. 83.
Phytopin. C. Bauh. fol. 663.
German. Frembder rother Klee.

III

Lagopus major floribus pinnatis. Lagopus major alter Dodon. Folia obtinet angusta, oblonga, striis obliquis, elegantissimè avium pennas imitantibus, obsita, & per oras leniter dentata, quorum terna simul ab eodem pediculo, è laxo, & supernè bifido, vaginato involucro emergente, cohærent, in caulibus pluribus, singularibus, nodosis, unâ radice vivaci, & plurimùm fibratâ, suffultis: cujus summitates quælibet spicâ florum purpurascentium oblongâ & densiusculâ exornantur: semina hispidi caliculi condunt, superiori Lagopo conformia, sed pallidiora & minora.

Vid. Dodon. 367. fol.
Lobel. Obs. 499. Adv. 334. Icon. p. 40. part. 2.
Clus. CCXLVI.
Hort. Med. Cam. 83.
Phytopin. C. Bauh. 663.
German. Groß Hasenpfötlein.
Trag. lib. 2. cap. 6.



II.
Trifolium Bituminosum inodo-
rum.

I.
Trifolium Bituminosum
odoratum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

TRifolium bituminosum odoratum. Trifolium Asphaltæum, seu Asphaltite, Trifolium odoratum Plinii, Lobel. Radix longa in tenues fibras diffunditur; caulis bicubitali fermè proceritate erigitur, folia inæqualiter sustinens, ex uno pediculo triplici serie disterminata, Trifolio pratensi majora, latiora, atrovirentia, initio quidem rotunda, & cum posteà caulescente plantâ adoleverint, mucronatam angustiorem speciem induentia: sinus adnatorum alios longiores submittunt pediculos, quorum summitates attollunt capitulum, coacervatum theculis hispidis, foventibus flores Hyacinthini coloris elegantissimos, quibus semina substituuntur subhirsuta, atq; è rotunditate latâ & extumescente in cuspidatos angustos apices depressos, contracta. Herba tota attritu bituminis odorem effundit.

Dodon. 557.
Cœsalpin. lib. 6. c. 18. fol. 242.
Lobel. 495. Obs. Adv. 380.
Lugdunens. 504. & 505. sub duplici unius plantæ, pro ratione ætatis variantis, Icone.
Epit. Matth. Cam. 581. fol.
Hort. Med. 172. fol.
Matth. Casp. Bauh. 608. fol.
Phytopin. C. Bauh. 658. fol.

Germ. Hartzklee/so starck reucht.

Tabern. 219. 220. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. 291.
Durant. 1011.

II

Trifolium bituminosum inodorum. Odore tantùm à prædicto diversum est, quod satione iteratâ in nostris regionibus unà cum sapore deficere, Autor est Camerar. in Hort. Med. fol. 172.

German. Hartzklee so ohne geruch ist.



II. Galega flore cinereo.

I. Melilotus Germanica flore luteo.

III. Galega flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

MElilotus Germanica flore luteo. Trifolium odoratum, sive Melilotus officinarum. Lotus sylvestris Tabernæmont. Radicem obtinet albam, oblongam, gracilem, & in fibras solutam; caulem crassum, valdè brachiatum, unde indiscriminatim sparguntur folia oblonga viridia, Fœno Græco angustiora, ambitu minutè crenata, tripartitâ serie uno pediculo subvecta: flores, non minùs ac folia, etiam post ariditatem dulciter odoratos, Lotorum seu Trifoliorum effigie, coloris melini, tàm alarum exortus, quàm caulium vertices, fundunt copiosos, in tenuem & oblongam spicam cumulatim collectos, qui occasu suo locum dant semini rotundo luteopallido, Sinapi album æmulanti (unde etiam quidam Melilotum Serapionis siliquâ rotundâ faciunt) epidermide rugosâ & nigricante obducto.

Dodon. 557.
Cœsalpin. lib. 6. c. 17. fol. 241.
Lobel. Obs. 501. Adv. 386.
Lugd. 507. f. & 511. sub diversis nominibus & iconibus.
Epit. Cam. 893. fol.
Hort. Med. fol. 99.
Thal. 125.
Matth. C. Bauh. 809.
Phytopin. 665.
Germ. Gelber Steinklee/Beernklae.
Trag. cap. 3. lib. 2.
Fuchs. 200.
Tabern. 206. fol. lib. 2.
Matth. Germ. cap. 252.
Durant. 538.

II

Galega flore cinereo. Ruta Capraria, Caprago Cœsalpini, Onobrychis Fracastorii. Sesquicubitalis altitudinis herba, cujus folia singulis pediculis multipartitim utroq; latere affiguntur, dena vel duodena numero, oblonga, levia, viridia, juxta exortum pediculorum è caule appendicibus angustis excepta, sicq; alternato situ procedunt, usq; ad vertices ramorum, spicatim flosculis Viciæ spicatæ purpurascentibus seu cinerei coloris fastigiatos: defluentibus illis succedunt siliquæ oblongæ, tantùm non teretes, oblongiusculæ, subinde per interstitia protuberantes, in quibus semina oblonga turgidiuscula, renum penè figurâ, palescentia: radix oblonga est, alba, multifida, non facilè post tres aut quatuor annos superstes.

Dodon. 538.
Lobel. Obs. 509. Adv. 392.
Cœsalp. lib. 6. c. 54. f. 249.
Clus. cc xxxiii.
Lugdunens. 976.
Epit. Camer. 497.
Hort. Med. 65.
Casp. Bauh. Matth. 836.
Germ. Geißrauten mit aschenfarben blumen.
Tabern. 509. lib. 1.
Matth. Germ. Cam. 255.
Durant. 874. fol.

III

Galega flore albo, cujus colore à prædictâ unicè discernenda venit.

Germ. Geißrauten/mit weissen blumen.

VNDECIMVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



I.
Acanthus Spinosus.

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ACanthus spinosus & sylvestris, Branca Vrsina aculeata. Ad differentiam sativæ ita illam indigitant. Folia ejus Scolymum valdè referunt, quæ pungentibus aculeis admodùm horrent, & laciniatim dirimuntur; caulis bicubitalis est, cujus summitates in oblongo thyrso extolluntur, ostendentes prope spinas foliaceas, flores Acanthi sativi: labris superioribus integris, galeæ vaginatæ figurâ, deorsum versis, atq; extremo ambitu leviter rubescentibus; inferioribus verò trifidis, prominentibus, repandis, albicantibus, quos semina postmodùm excipiunt rotunda, rubra, depressâ, Ochro ferè majora.

Describ. à Dodon. fol. 707.
Lobel. Observ. 477.
Lugdunens. 1445.
Epit. Camer. 442.
Matth. C. Bauh. 500.
Germ. Welsch stachlet Beernklaue.

II

Scorpioides tertium majus Dodon. E radice summâ tellure repente, & per intervalla fibratâ, cauliculi prodeunt cubitales, quandoq; ratione loci minores, subindè recti, subinde recurvi, glabri, vel parùm hirsuti, quorum summitates in duos trésve ramulos brachiantur, ab radicis capite usq; ad summum vestitos foliis oblongis, Lithospermo majori brevioribus, pinguibus: flores exhibentur cœrulei, quinis foliis & sapore Borraginis præditi, in spicis parvis conglomeratis, & scorpionum caudæ instar in se reflexis: semen floseulis succedit, in parvulis foliaceis theculis, albicans, minutum.

Vid. Dodon. fol. 72.
Lobel. Icon. p. 462.
Cœsalpin. sub titulo Heliotropii minoris, lib. 11. c. 12. f. 439.
Lugdunens. 1343.
Matth. C. Bauh. 471.
Thal. Sylv. Hercin. Saxono Thuring. 40. f.
C. Bauh. Phytopin. 488. & 489.
German. Vergiß mein nicht / blawer Augentrost.
Trag. lib. 1. c. 108.
Tabern. 631.

III

Scorpiodes tertium minus Dodonæi. Myosotis hirsuta reptans Lobel. Auricula muris minor, & Euphrasia quarta Tragi. Plantula dodrantalis, priori in totum similis, nisi quòd minor, & ut illa palustrium, sic hæc arvensium hospes sit, ex omni parte hispidior: radice non adeò repente, sed densiùs fibrosâ, floribus minutis cœruleis, pari modo ab infimâ parte ad summitatem extremam caulium usq; sibi invicem succedentibus, quod etiam aliis plantis in more est, veluti Cynoglosso, Cerinthis, Bugloss̃is, & quàm plurimis.

Vid. Lobel. Obs. 245. Icon. p. 461.
Thal. 40. loco sup. citato.
Trag. lib. 1. cap. 93.
Tabern. 631.
Germ. Blawe Meußöhrlein / oder Vergiß nicht mein mit rauhen blätern.


II
Iasminum flor. lut.
I
Iasminum flor. alb.
III
Acanthus Leuis

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

IAsminum vel Gelsiminum flore candido odorato. Foliis subviridis coloris, mucronatis & conjugatim ex uno pediculo hærentibus, caulibus sarmentosis, flexilibus, longissimis, atq; ideo ad hortenses scenas valdè aptis: flores quasi in umbellâ, ex uno exortu se diffundentes profert, è caliculato angusto initio, in quaterna folia dilatata desinentes, candidos, odoratos: semen Lupinis simile esse Dodon. prodit, quod cum in nostris regionibus rarò moliatur, nihil de illo mihi nondum viso subjicere possum: radix fibrosa oblonga est.

Dodon. 405.
Lobel. Obs. 542. Adv. 415.
Lugdunens. 1432.
Cœsalpin. lib. 4. c. 10. fol. 153.
Epit. Cam. 56.
Hort. Camer. 4.
Matth. Casp. Bauh. 86.
Germ. Weiß Veilreben.
Tabern. 565. lib. secundo.
Cam. Germ. 19. fol.
Durant. 471.

II

Iasminum vel Gelsiminum flore luteo. Folia sunt magis viridia, non adeò acuta, nec totidem ex uno pediculo dependentia, flores non dissimiles; caules haud tàm altè assurgunt, sed potius fruticant. Ejus vires designantur à prædictis Autoribus, paginis suprà notatis. Germ. Gelb Veilreben.

III

Acanthus levis, folia habens pinguia, lata, nitentia, è viridi nigricantia, Erucæ modo divisa, minùs aculeata: flores longo ordine in thyrso appensos, intus albicantes, foris subrubentes: radix glutinosa, prolixa, crassa, divaricatur: semina subrotunda sunt, obscurè rubescentia, glabra, depressa, ad Lupinorum nonnihil magnitudinem accedentia.

Dodon. fol. 707.
Cœsalpin. lib. 8. c. 24. fol. 333.
Lobel. 477. Obs. 365.
Lugdunens. 1443.
Epit. Cam. 442.
Hort. Med. 4.
Matth. Casp. Bauh. 499.
Germ. Welsch Beernklaue.
Fuchs. cap. 15.
Tabern. 359. lib. secundo.
Cam. Matth. fol. 226.
C. Durant. 10. fol.


I.
Cnicus Sativus
III.
Chamæmelum Romanum
flore multiplici.
II.
Chamæmelum Romanum
flore simplici.

CELEBERRIMI EYSTETTEN-
sis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CNicus Sativus, Carthamus & Crocus Sarracenicus. Caulis est illi è virore subalbicans, teres, rectus, quandoq; supra cubitalem proceritatem assurgens, à mediâ parte in ramos diremtus, quos simul atq; illum alternatim folia arctè ambiunt, viridia, dura, in mucronem finientia, & innoxiorum aculeorum ambitu munita: ramorum cacumina, è squamis sibi invicem imbricum instar impositis coagminata, & turbinata capita obsident, quæ superiùs croceos, seu aurei potius coloris, stamineos flores, ad rubrum inclinantes, expandunt. Semen (quod aliàs in alimentum Psittacorum cedens, semen Psittacorum vocant) subest albidum, angulosum, Chrysanthemi Peruviani semine duplò minus, forinsecus cortice duriusculo, intus albâ pulpâ purgatrice repletum: radix fibris dispergitur, annua & supervacua.

Dodon. 358.
Lobel. Obs. 488. Adv. 374.
Cœsalpin. lib. 13. c. 46. fol. 532.
Clus. lib. v. fol. CLIII.
Lugdunens. 1449.
Cam. Epit. 99. fol.
Hort. Med. 55.
Matth. C. Bauh. 888.
Germ. Wilder Saffran.
Trag. cap. 105. lib. secundo.
Fuchs. CLVI. cap.
Matth. Cam. Germ. cap. 453.
Durant. 191.

II

Chamæmelum Romanum flore simplici. Caule provenit tenui, semicubitali, frequenter prociduo, & in multos ramulos dilatato, radice repente, capillamentis tenuibus se facilè & plurimùm propagante: foliis capillaceis, fissuris tenuiter divisis, & suaviter, aromatum vice, ceu quoq; tota planta, redolentibus: floribus orbiculatis medioluteis, ambitu candidorum foliorum, Cotulæ ritu, vallatis, sub quibus exilia semina, congeneris familiæ æmula, servantur.

German. Einfache Römische Camillen.

III

Chamæmelum Romanum flore multiplici toto candido, Ducatum Vngaricum latitudine exæquante. Folia prædicto similia sunt, è viridi pallescentia, aromatico odore multò suaviore.

Describ. à Dodon. 259.
Lobel. Obs. fol. 443. Adv. 342.
Lugdunens. fol. 969.
Epit. Camer. 646.
Hort. Cam. 39.
Matth. C. Bauh. fol. 650.
Phytopin. 227. fol.
Germ. Gefüllte Römische Camillen.
Trag. lib. 1. cap. 47.
Tabern. 71. lib. 1.
Matth. Cam. Germ. 309.
Durant. 252.



III. Cirsium Matthioli. I. Iacea maior flore luteo. II. Serratula Tinctoris.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

IAcea major flore luteo, à Clusio descripta. Folia ad radicis caput multifida, Centaurii majoris æmula sunt, sed magnitudine inferiora, reliqua, per caulē cubitalem inordinatè sparsa, Iaceam nigram referunt, duriora autem sunt, & magis incana: cacumina caulium capita Iaceæ vel Cnici sylvestris, sed quodammodò majora & aculeata, obsident, explicantia florem luteum, Atractyli similem: semina sequuntur parva splendentia, cineracei coloris, subrigidâ lanugine condita: radix oblonga est, dulcis, Eryngium vulgare resipiens.

Dodon. fol. 722.
Lobel. Obs. 473. Adv. 234. Icon. p. 542.
Clus. VIII. fol. lib. 4.
Lugdunens. qui perperàm Cardui Echinati imaginem ejus loco substituit, fol. 1474.
Congruâ imagine in alium locum rejectâ, fol. 1488.
Phytopin. C. Bauh. fol. 530.
German. Gelb Flockenblumen.
Tabern. lib. 1. fol. 540.

II

Serratula tinctoris, seu potius Serratula tinctoria, ab usu florum in tingendis pannis expetito. Tragus Schartam nominat, quod Kybero per florem tinctorium secundum verti placuit. Thalio & C. Bauhino observantibus, maximè in quadruplici ponitur differentiâ. Prima, præter margines serratos, foliis constat prorsus integris: altera foliis secundū radicem tantùm serratis, reliquis omnibus profundè laciniatis nititur: tertia folia tàm superiora quàm inferiora habet utrinq; divisa: quarta prima folia prope radicem tantùm obtinet integra, & ambitu serrata, reliqua omnia dissecta; & hæc cum nostrâ congruit, cui Centaurii majoris modo folia sunt dissecta, unde etiam doctiss. Thalio Centauroidis & Centaurii majoris sylvestris Germanici nomine notata fuit. Caulis est multipliciter brachiatus, plerunq; obscurè rubescens, cubitalis: flores in summis virgarum fastigiis purpurei, squamatis capitulis Iacearum seu Cyani facie imponuntur, sed non usq; adeò aperiuntur, & plerunq; terni aut gemini simul juncti prodeunt: semina sub floribus conduntur exigua, lævia, Iacearum speciē.

Vid. Dodon. 42.
Lobel. Obs. 288. Adv. 231.
Cœsalp. 13. lib. 53. fol. 539.
Clus. VIII. lib. 4.
Lugdunens. 1357.
Epit. Cam. 682
Thal. Hercyn. Saxono Thuring. fol. 26.
Matth. Bauh. 672.
Phytopin C. Bauh. 445.
German. Ferberscharten.
Trag. lib. 1. c. 49.
Tabern. 544. lib. 1.
Matth. Cam. 322.
Durant. 389.

III

Cirsium Matthioli. Radice innititur fibrosâ, crassâ, divaricatâ, digitali, vivace: foliorum ambitus leviter laciniatus est, quæ aliàs parùm incana sunt, alternatim caulem cubitalem, aut altiorem, ambeuntia; hic in summo capitula loricata oblonga sustinet, staminulis multis purpureis coronata, semina intra se condentia, parva, lividi coloris, nitentia, Iacearum seminibus respondentia.

Dodon. 725.
Lobel. Obs. 314. Adv. 251.
Clus. lib. 5. fol. CXLIX.
Lugdunens. 582.
Epit. Cam. 983.
Hort. Med. 42.
Matth. C. Bauh. 817.
German. Frembd Ochsenzungen.
Matth. Germ. Cam. 341.
Durant. 351.



II. Jacea nigra flore purpureo. I. Iacea nigra flore albo. III. Cnicus peregrinus flore cæruleo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LAcea nigra flore albo. Caulis lignosus, striatus, cubitalem ut plurimùm excedit altitudinem, quem folia oblonga, quandoq; cinerea, utroq; latere inæqualibus divisuris prædita, & subindè leviter denticulata, ab exortu quasi in alas fissa, impari situ arctè cinguntusq; in summum cacumen, cum illo pariter attenuata; ubi demùm in aliquot brevia brachia finditur, quorum quælibet coniforme, & compactili squamorum tenuium (&, quasi aridæ sint, vel levi digitorum attactu crepitantium) farctu efformatum capitulum erigunt, cujus summitates occupat flos, Cyano vulgari major, floccos quàm plurimos albicantes explicans: semina quoq; Cyani semina æmulantur, in nigricantem colorem inclinantia, non barbata: radix perennis est, obliquis fibris nigricantibus plurimùm firmata.

Germ. Weiß Glockenblum.

II

Iacea nigra flore purpureo. Nullatenus à superiore, præter colorem floris, diversa est: attingitur quoq; ab Autoribus citatis.

Dodon. 124.
Lobel. Obs. 292. Adv. 334.
Lugdunens. 1068.
Thal. Hercyn. Saxono Thuring. 29.
Phytopin. Bauh. 529. & 528.

Germ. Purpurfarb Glockenblumen.

Trag. lib. 1. c. 80. absq; icone.
Tabern. 539. lib. 1.

III

Cnicus cœruleo flore. Radix digitali crassitudine, durabilis, carnosa, & fusco cortice tecta, fundit caules aliquot cubitales, rectos, lignosos, mox ab exortu diversos, ac rariter ramosos, in quibus sine pediculis indiscriminatim ponuntur folia venosa, subalbido virore constantia, Cnici sativi foliis paulò longiora, modico serraturarum ambitu distincta: capitula fastigiatim exeunt ex imbricatâ squamarum compage conflata, Cnicum vulgarem æmulantia, ejusdémq; specie flores cœruleos staminеos explicant, sicuti & semina minora, & subrufa, huic respondent.

Lobel. Obs. 488.
Clus. fol. CLII.
Lugdunens. 1449.
Hort. Med. Cam. fol. 35.

Germ. Blawer wilder Saffran.

Tabern. 372. lib. 2.



1.
Cinera cum flore.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SColymus Græcorum. Carduus sativus Cœsalpini, vulgò Artischoch/ ab Italorum Archichiocco. Cinara Columellæ & Palladio, à cinere, quo lætatur, dictus, aliis potius Cynara κύναρα. Pulchritudine suâ, si quis unquàm alius Carduorum, Acanaceam familiam ducit, & naturam nusquàm non totam esse indicat, maximè ubi culturæ accedunt. mangonia, veluti in hâc nostrâ plantâ; quæ inter folia laciniata, Chamæleontis albi foliis non. prorsus imparia (cum quibus etiam à Dioscoride comparantur) sed multò ampliora, infernè nonnihil incana, supernè virescentia, caulem emittit bicubitali quandoq; altitudine, crassitudine verò pollicari, cujus fastigium in capitis molem, duos vel tres pugnos æquantem, extuberare solet, coniformi & turbinato quasi modo corticosis unguibus coagmentatam; atq; hi floridum orbem, & hyacinthini coloris staminibus turgidum, extrinsecus stipant, in quo durioribus pilis conditur semen cinereum submaculosum, seminis Cnici figurâ, sui generis plantas pro delicatiorum palatu reparans.

Describ. à Dodon. fol. 712.
Lobel. Obs. p. 478. Adv. 363.
Cœsalp. Cardui sativi seu Carcioffi titulo, lib. 13. c. 34. f. 524.
Clus. ejus meminit lib. 5. fol. 111.
Lugdunens. 1439.
Epit. Cam. 437.
Hort. 156.
Matth. C. Bauh. 497.
Germ. Scrobildorn/ blühende Artischoch.
Fuchs. 308.
Tabern. 370. lib. 2.
Matth. Cam. 223.
Durant. 181.



II.

Acantium Sylvestre
flornalbo.

I.

Carduus Sphoero
cephalus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CArduus Sphœrocephalus. Biennalis licet, pulcerrima tamen est planta. Folia ferè Acanthii aut Cardui pratensis Tragi specie dividuntur, & caulem angulosum appendicibus latis ex utroq; latere alternatim vestiunt, spinis vix conspicuis in laciniarum extremitatibus notata; pronâ superficie albescunt, supinâ verò ex atro viresc unt: capitulum summo cauli insidet, globosum, echinatum, frequentibus flosculis candidis (quorum folia reflectuntur) & staminulo parvo cœruleo eminente, circumcircà exornatum: semina deciduos sequuntur oblonga, Secali excorticato æmula, in capillaceis involucris condita: radix longa est, & fibris crassis se firmans, altero anno ligneścit.

Vid. Dodon. 710. fol.
Lobel. Obs. 481. Adv. 369.
Lugdunens. sub titulo Cœsalp. l. 13. cap. 30. f. 522.
Cam. in Epit. Matth. 435.
Sub spinæ albæ titulo.
In Hort. Med. p. 163.
Matth. C. Bauh. fol. 332.

Spinæ albæ, 1462.
Spinæ Arabicæ, 1467.
Crocodilii Monspelien. Dalechamp. 1476. f.
Chalceios, 1481.
Rutri Theoph.
Tetralicis spinosæ, 1483.

Germ. Spehrdistel/Bisemknöpff.
Trag. lib. 2. cap. 108.
Fuchs. 340. cap.
Tabern. 365. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. fol. 222.

II

Acanthium sylvestre flore albo. Spina alba sylvestris quorundam. Caulem promit sesquicubitalem, membranaceis per longitudinem appendicibus munitum, & spinis adnatis admodùm infestum: folia oblonga sunt, & utrinq; in aculeatos angulos fissa: capita fastigiatim gerit grandiuscula, Echinatis spinulis horrentia, prope basim tomento, seu araneosâ lanugine obsita, & in summo floribus albis stamineis densè confarcta: semina intrinsecus conduntur parva, albescentia, nitida, subrotunda, germanam familiam ultrò prodentia: radix altè demittitur, & secundo anno ligneam duriciem acquirens perit.

Poterit referri ad Onopyxum tertium Lugd. fol. 1472.
& ad Card. sylv. Dodon. Thal. 34. capite grandi &c.
quamvis ab Onopordo: Dodon: non abhorreat. fol. 726.

Germ. Groß weiß Wegdistel.
An Onopordon. 2. Tabern. fol. 361. lib. secundo.


II
Cardiuus Benedictus.
I
Chamæleon niger vulgaris
III
Heracantha Tabernæm.
IIII
Eryngium totum glaucum

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CHamæleon niger vulgaris. Carlina prima Dodon. quasi Carolina, ab inventore Carolo Magno. Cardopatium officinarum. Folia profert oblonga, utrinq; profundis sectionibus, & per angulos spinosis, divisa, inæquali exortu hærentia, in uno atq; altero caule, à radice crassâ, intrinsecus nonnihil flavescente, foris nigricante, & valdè rimoso cortice obducta, emergente, dodrantem alto, subrubescente: ejus capitati & echinis horridi vertices, densè confarctos, atq; in amplum orbiculatum discum coactos, glomerulos sustinent, circulatim cinctos foliis angustis, numerosis, albescentibus, hispidis, rigidis, ac splendentibus: semina conduntur in capitibus, tenuia, oblonga, subnigricantia, superiùs rigidis angustis barbulis obsessa.

Dodon. 715. | Cam. Epit. 430. | Trag. cap. 108. lib. secundo.
Lobel. 480 Obs. 367. | Matth. C. Bauh. 490. fol. | Fuchs. cap. 339.
Lugdunens. 1476. & 1454. | German. Schwartz Eberwurtz. | Cam. Matth. Germ. fol. 220.

II

Carduus benedictus, sanctus, Atractylis hirsutior Fuchsii. Trivialis notitiæ planta est, sed commendationis magnæ, usus exploratissimi. Languenti caule, & quandoq; multiplici, subrubente, tereti, flexili, brachiato, sè in terram projicit; foliis longis, utrinq; laciniatis, & initiò subhirsutis, ætatis verò successu ambitu spinosis, & confuso hunc ordine ambeuntibus: singulis ramulorum fastigiis capitula turbinata insident, aculeis ramosis in summo muricata: quorum è medio flos subluteus tandem emicat, sub quo in lanugine capillaceâ semen oblongum, striatum, fuscum, conditur, supernè rigidis capillamentis barbatum: radix lignosa est, albescens, annua, fibris firmata.

Dodon. 725. | Hort. Med. 34. fol. | Fuchs. cap. 42.
Cæsalpin. lib. 13. cap. 47. fol. 534. | Matth. C. Bauh. 594. | Tabern. 363. lib. secundo.
Lobel. Obs. 484. Adv. 372. & 373. | German. Cardobenedictenkraut. | Cam. Matth. Germ. fol. 224.
Lugdunens. 1450. | Trag. cap. 541. lib. secundo. | Durant. 184. fol.
Cam. Epit. 562.

III

Heracantha Tabernæmontani. Carlina sylvestris Dodonæi. Scolymus sylvestr. Cam. in Epit. Onopyxos Guilland. è placitis Lobel. Altitudo caulis, qui subindè multiplex, sæpè singularis, quandoq; duorum dodrantum est, tùm quoq; minor: folia oblonga, raro tomento obsita, indiscriminatim huic affiguntur, Carlinâ superiora, angustiora, minus incisa, marginibus tamen aspera & aculeata: flos conglomeratis staminulis & foliorum pallidiorum, rigidiusculorum cinctu Carlinam etiam parvo capite æmulatur, ejusdemq; formâ semina valdè exilia, barbata, post se relinquit: radix tenuis est, biennalis, altero demùm anno caulem erigens.

Dodon. 716. fol. | Lugdun. 1484. & 1439. | Germ. Schön Härtle/Dreydistel. | Tabern. 372. lib. secundo.
Clus. lib. 5. fol. CLVI. | Cam. Epit. 439. | Trag. 121. c. lib. secundo. | Cam. Matth. Germ. 224.
Lobel. Obs. 489. | Matth. Cam. 497. & 498. | Fuchs. 42.

IV

Eryngium totum cœruleum. Vulgaris Eryngii foliis exit, paulò angustioribus, & in multas scissuras aculeatas dilatatis, quorum lati pediculi impari positu amplectuntur caules cubitales, simplices: superiùs in pauca adnata divisos, quibus imponuntur capitula rotunda, Virgæ pastoris ritu, rigidis tamen & longis, angustis aliquot foliis circumsepta, & flosculis exilibus cœruleis coronata: semina succedunt pusilla, parva, albescentia, depressa, Eryngio plano non absimilia: radix quandoq; secundum caput comosa, admodum al. è demittitur, intus albescens, odorata, esui apta, & ferè per omnia vulgaris Eryngii æmula. Tota sæpè planta, saturato colore cœruleo elegantissimo, aspectui blanditur, interdum superioribus tantùm partibus placet.

A nemine observatam legi, citra Cæsalp. lib. 13. c. 28. f. 520. | Cam. Hort. Med. 58. f. | Germ. Frembd blaw Berg Mannstreu/oder Brachdistel.



II. Heliantbemum flore luteo.

I. Eringium marinum.

III. Heliantbemum flore albo

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ERyngium marinum. Folia ampla, rotunda, è virore cæsio subalbicantia, carnosa, & juxta non altos sinuum angulos, temporis successu spinosa, crassis & carnosis pediculis subvecta, prodeunt à radice valdè prolixâ, & per intervalla nodosâ, subalbicante, & gustu aromatico, æquè ac odore cognatum genus resipiente. Alterum demùm post annum inter illa caulis attollitur, plus quàm dodrantalis, crassus, & quasi nervulis per longitudinem liratus, cujus cacumina in brachia dirimuntur, quorum extremitates singulæ globosum capitulum sustinent, senis angustis, sinuatis, pungentibus foliis stellato ambitu suffultum, quod simul cum flosculis, illud præter filamenta media albicantia obsidentibus, subcœruleum colorem refert: semina defluentibus flosculis succedunt, farcta, copiosa, albida, angulosa, lata, in summo parùm capillata, medio tumescentia, & in rotunditate depressa.

Dodon. 718.
Cœsalp. lib. 13. c. 28. fol. 520.
Lobel. Obs. 490. Adv. 375.
Clus. CLIX.
Lugdunens. 1459.
Epit. Cam. 448.
Hort. Med. fol. 58.
Matth. C. Bauh. 505.
German. Meer Brachdistel / auch Mannstreudistel.
Matth. Germ. Cam. 228. fol.
Durant. 358. fol.

II

Helianthemum flore luteo. Flos Solis seu Panax Chironium Matthioli. An Helenium secundum Dioscor. Lobel. Consolida aurea Germanorum. Radix lignosa, tenuis, multifida, se fibris capillaceis latè sub tellure diffundit, supra tellurem promit cauliculos numerosos, surculosos, lignosos, graciles, ex intervallis onustos foliis Hyssopo brevioribus, & ad Amaraci figuram accedentibus, aut inter illos medio modo se habentibus, subhirsutis, minori subinde foliorum sobole majoribus interspersâ: flores aliquot, in extremis ramulis, deorsùm incurvatis, sensim se invicem concomitantes, edit quinq; foliorum, aureos, Argentillæ, Tormentillæ, seu Pentaphylli vulgaris æmulos; quos subsequuntur, in rotundis capitulis, semina parva, angulosa, subrufa, inæqualia.

Vid. Dodon. 193.
Clus. 73.
Cœsalp. Chironiæ nomine l. 10. cap. 46. fol. 395.
Lobel. Obs. 238. Adv. 185.
Lugd. 869. & alibi sub diversis nominibus.
Cam. Epit. 501.
Thal. 57.
Matth. C. Bauh. 546.
Germ. Gelber Heiden Hyssop / auch Sonnenguntzel.
Trag. cap. 73. lib. 1.
Tabern. fol. 767. lib. secundo.
Cam. Germ. fol. 261.
Durant. fol. 388.

III

Helianthemum flore albo. Quo colore tantùm à prædicto distat.

Germ. Weiß Heiden Hyssop / oder Sonnenguntzel.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTEN-
sis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ERyngium Pannonicum latifolium. Radice nititur crassâ, dulci, & aliorum Eryngiorum modo longâ, sensim attenuatâ, ac subtus divaricatâ, juxta cujus caput in oblongis pediculis spectantur folia, secundum basin latiora, & paulatim in longitudinem, demùm obtusam speciem induentem, porrecta, viridia, Dipsaci foliis novellis congrua, ambitu inæqualium serraturarum distincta: caules conscendunt statim à radice multiplices, sesquicubitales, striatos, quos etiam ex intervallis latâ & membranaceâ sede complectuntur, & in multifidas pungentes serratas lacinias abeunt: rami verò caulium multiplicati, vetustate cœruleum colorem adquirunt, atq; cacuminibus suis echinata globosa capitula ostendunt, & in his pusillos cœruleos flosculos, albida staminula è medio exerentes, qui novenis, aut pluribus oblongis angustis foliis leviter dissectis, & radiatim expansis, excipiuntur. Semina cognatorum Eryngiorum specie, alba, parva, depressa, copiosa promuntur.

Dodon. 720. | Hort. Med. 58. | Tabern. 368. & 369. fol.
Clus. CLVII. | German. Blawe Vngerisch Mannstreu wurtzel. | Durant. 359. fol.
Lugdunens. 1460.

II

Hyssopus flore albo. Pluribus ab eâdem radice, fuscâ, fibrosâ & lignosâ, fruticat virgis quadratis, dodrantalem altitudinem superantibus, plerunq; simplicibus, quandoq; alatis: acquirens folia oblonga, Thymbræ seu potius Satureiæ, latiora tamen, saturatè virentia, quæ, ab imo usq; ad superiorem partem extenuata, caules continuâ serie vestiunt, pariter secum odoratos, in spicas excrescentes, densâ ordinis congerie, modò uno latere, modò utrinq; (ut in hac nostrâ plantâ) conceptacula, geminatorũ foliorum fulcimentis excepta, sustinentes: è quibus erumpunt flosculi albidi, Thymbræ aut Serpylli flosculis majores, & filamentis aliquot mediis donati: defluentibus illis, intra conceptacula, semina oblonga, parva, mucronata, Ocymi aut Melissæ æmula, perficiuntur. Si pangitur surculis, vel paucis capillamentis radicum fibratis, nullo negocio propagari potest.

Germ. Weisser Hyssop.

III

Hyssopus flore rubro. Hyssopus Arabum flore rubro Lobelii, satione sæpè in cœruleum colorem degenerare solet, magis quàm illa quæ flore albo placet, cui tamen idem quandoq; contingit. Germ. Rother Hyssop.

IV

Hyssopus flore cœruleo. Vulgatissima hoc colore est, naturâ tamen & figuræ æmulatione superiorum affinis facilè constat.

De singulis videndi Autores.

Germ. Blawer Hyssop.

Dodon. 286. absq; Icone. | Lobel. Obs. 237. Adv. 185. | Matth. C. Bauh. fol. 515. 516. 517. fol. | Fuchs. cap. 326.
Clus. fol. 356. | Lugdunens. 933. fol. | Phytopin. Bauh. fol. 411. | Tabern. 81. fol. lib. secundo.
Cæsalpin. lib. 11. cap. 50. fol. 462. | Epit. Matth Cam. 463. fol. | German. Trag. cap. 14. lib. 1. | Cam. Germ. 237. fol.
Hort. Med. fol. 77. | Durant. 467. fol.

DVODECIMVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



II.
Hieracium fruticescens latifoli-
um polyanthos.

I
Cucumis Asininus.

III.
Rosmarinus Coronarius.

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CVcumis asininus. Cucumis sylvestris Tragi. Radice sustinetur brachialis crassitudinis, Bryoniæ nō absimili, succulentâ: foliis Cucumerem sativū refert, asperioribus, minoribus, hirsutioribus, scabrioribus, densioribus, & ad cinereum colorem maximè adversâ parte tendentibus: subvehuntur carnosis pediculis è caule crasso, succulento, ac pariter hirsutie aspero, & procumbente: flores alarum cavitates submittunt, pediculis æquè crassis & oblongis suffultos, luteopallescentes, & quinis tenuibus foliis constantes, sæpè sine fructu steriles, quandoq; fructui insidentes, atroviridi, oblongo, Dactylorum aut glandium magnitudine & formâ, hispiditate undiq; horrido, quem temporis successū ex maturitate pallescentem, vel tenuissimo impulsu pediculus destituit, ostiolóq; facto statim internus humor summo, tormenti ad modum, impetu, unâ cum semine pullo, & Colocynthide minori, in tangentis vel oculos vel manus ejaculatur, etiam mediocrem distantiam superans.

Dodon. 377. & 652. quo ad Iconem.
Lobel. 368. Obs. Adverſ. 288.
Cœsalpin. lib. 5. cap. 6. fol. 204.
Lugdunenſ. 1674.
Epit. Cam. 946.
Hort. Med. 51.
Matth C. Bauh. 849.
Phytopin. 626.
German. Wilder Eſelskürbes.
Trag. lib. 2. cap. 99.
Fuchſ. 268. cap.
Tabern. 185. lib. ſecundo.
Caſp. Matth. Germ. 438. fol.
C. Durant. 290. fol.

II

Hieracium fruticescens latifolium polyanthos. An Erinus Matthioli Guillandino. Militaris Galeni. Lactaris Plinii. Radix unica, valdè fibrosa, nec profundè descendens, caules erigit semicubitales aliquot, mox ab ortu distinctos, teretes, asperiusculos, quos inordinato, sed tamen continuato processū, sine pediculis conscendunt folia duriuscula, Hieracio Sabaudo Lobel. breviora, latiora, & tandem è latitudine in mucronē (subindè contortū) fastigiata, ac per circuitum sinubus, dentatos quasi angulos æmulantibus, notata; atq; sensim minora se invicem subsequuntur, usq; dum caulem complent, brachiis tenuibus frequentibus superbientem: fastigia occupant oblonga, imbricata, & aliquantùm nigricantia hispida capitula, ferentia flores, luteis confertis foliis, & extimâ parte incisis, Dentis Leonini seu Hieracii minoris æmulos, nitentes, & tandem in pappos, angustis pusillis seminibus gravidos, abeuntes.

An Cluſion. illud 3. fol. CXL. deſcriptum.
Et Hierac. anguſtifolium fruticans, quod Patavii hirſutioribus & latioribus foliis ſe obſervaſſe, C. Bauh. Phytopin. 212. fol. referт.
German. Bißlumentragend gelb Habichkraut.

III

Rosmarinum coronarium. Libanotis coronaria. Cneorum nigrum Theophrasti. Anguillaræ caulibus fruticat crassis, scabris, subcinereis, geniculatis, à quibus oriuntur ramuli, firmi æquè ac caules, lignosi, tenues, obsepti, crebris foliis Stœch. Arabicæ, oblongis, durioribus, supinâ parte nigrovitidibus, pronâ candicantibus, odorem & saporem aromaticum effundentibus, ac ordinato situ procedentibus: ex horum alis prodeunt frequentes flores in cœruleo albicantes, Hyssopi aut Ocymi modo patentes, quibus deciduis sequuntur semina pusilla, oblonga, umbilicotenus albicantia, & ad fuscum colorem inclinantia, unde non facilè prodit, aut, si prodierit, difficulter enascitur, secus atq; è ramulis terræ impactis: radix lignosa multifida nigricat.

Dodon. fol. 272.
Cœsalp. lib. 11. c. 45. fol. 458.
Lobel. 234. Obs. Adv. 124.
Lugdunenſ. 967.
Epit. Camer. 545.
Hort. Med. 148.
Matth. C. Bauh. 575. & 577.
German. Garten Rosmarin.
Trag. 17. cap. lib. 1.
Fuchſ. 181. cap.
Cam. Matth. Germ. 275.
C. Durant. 857.



II.
Parietaria sylvestris.

I.
Cataputia vulgaris.

III.
Nummularia.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LAthyris, Cataputia minor, Tartago Hispanorum. Radix oblonga, subtùs gracilior, altero anno ligneſcens, caulem fert cubito proceriorem, cui inhærent folia oblonga, lævia, Amygdalinis quadantenùs respondentia, pinguia, & lacteo succo referta; fastigia ramorum aliis decussatim suffulciuntur foliis, summa verò cacumina latioribus & brevioribus exornantur, atq; in dilatatis surculis suis exhibent flores subherbaceos; post hos grana tricocca, tripartitis loculamentis superiùs tunicatis, intùs rigidis, firmis, membranaceis discreta, pulla, subrotunda, & obscurè maculata, quæ matura non sine crepitu exiliunt.

Dodon. 371.
Lobel. 197. Obs. Adv. 153.
Cœsalpin. lib. 9. c. 13. fol. 545.
Lugdu. 1657.
Epit. Matth. Cam. 968.
Hort. Med. 84.
C. Bauh. Matth. 868.
Phytop. fol. 577.
Germ. Trabkörner/ Springkörner.
Trag. lib. 1. cap. 99.
Fuchs. 173. cap.
Tabern. 288. & 289. lib. 2.
Cam. Matth. Germ. 423.
Durant. 496.

II

Parietaria sylvestris, Cratæogonon Lobel. Caulis sesquipede amplior, gracilis, viridis, & subindè obsoletè rubescens, latè brachiatus, geminis, per intervalla, crebris, contrario situ sibi correspondentibus, ambitur foliis, Persicariæ acri, seu Tritico vaccino figurâ proximis, oblongis, acuminatis, integris; quæ summarum virgarum sunt, angustiorem & pinnatam magis formam obtinent, hisq; interspargunturflosculi lutei, oblongi, concavi: succedunt in parvis vasculis semina, Tritico minora, susca, omnem hortorum cultum spernentia.

Vid. Clus. XLIIII.
Cœsalp. Cristæ 1. nomine l. 8. c. 35. f. 540.
Lobel. Obs. 22. Adv. 51.
Lugdunens. 420.
Thal. 79. sub Melamp. Dodon. Harcyn. Saxono Thuring.
Phytop. C. Bauh. 444.
Germ. Waldhirschen.
Tabern. Milii sylvatici 1. nomine, 682. f. lib. 1.

III

Nummularia, Centummorbia, Serpentaria. Radix tenuis, multifida est, unde sparguntur multi obliqui juncei quasi tenues viticuli, opposito situ utrinq; foliis, propemodùm rotundis, viridibus, exornati: flores inter folia alæ singulæ in brevibus pediculis exhibent, Lysimachiæ luteæ non absimiles, ac pariter luteos: semina, mihi non visa, prætereunda duxi.

Dodon. 589.
Cœsalp. lib. 6. c. 56. fol. 261.
Lobel. Obs. 251. Adv. 198. f.
Lugdu. 1062. fol.
Epit. Cam. 755. fol.
Hort. Med. 106. & 107. fol.
C. Bauh. Matth. 716. fol.
Phytopin. 598. fol.
Germ. Pfenningkraut/ Egelkraut.
Trag. cap. 90. lib. secundo.
Fuchs. 152. cap.
Tabern. 547. lib. 2.
Cam. Germ. Matth. 394. fol.
Cast. Durant. 648. fol.



III. Thymbra legitima. I. Portulaca Sativa. II. Satureia Domestica.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

POrtulaca sativa. Luxuriat caulibus præ sylvestri erectioribus, foliisq; latioribus, pinguibus, succulentis; caules quoq; variè brachiantur, teretes sunt, quasi pellucidi, & è viridi rubentes, dodrante ampliores, & sæpe tantùm non cubitales; flores in alis hærent, parvi, luteoli, qui adventante Sole aperiuntur, noctu imminente clauduntur: semina in caliculis operculatis sequuntur nigra, minuta, rotunda, officinis æquè atq; herba divitum, & pauperum mensis expetita: radix supervacua est & annua.

Dodon. 649.
Cœsalp. lib. 6. c. 61. fol. 263.
Lobel. Obs. 210. Adv. 166.
Lugdunens. 550.
Hort. Med. Cam. 131.
Epit. Cam. 257.
Matth. C. Bauh. 372.
Phytopin. 562. fol.
Germ. Groß Bertzelkraut.
Trag. 11.
Fuchs. 59. cap.
Matth. Cam. Germ. 144. fol.
Tabern. 155. lib. secundo.
Durant. 795.

II

Satureia domestica. Foliis angustis crebris, per intervalla binis, Hyssopo proximis, & gustu mordacibus exit; caule plus minus pedem alto, fractu facili, rotundo, & in brachia fisso: flores, secundum foliorum sinus, spicati processus porrigunt, Rosmarini æmulos, è purpureo albicantes, & postmodùm succedentia his semina, pusilla, rotunda, nigricantia, utriculis condita: radix inutilis est & annua.

Dodon. 287.
Cœsalp. lib. 11. c. 49. fol. 461.
Lobel. Obs. 132. Adv. 182.
Lugdunens. 898.
Hort. Cam. 155.
Epit. Cam. 486.
Matth. C. Bauh. 532.
Germ. Zwibelhyssop/Satorey/Pfefferkraut/ Klosterhyssop.
Fuchs. 114. cap.
Trag. 17.
Matth. Cam. 249.
Tabern. 74. lib. 2.
Durant. 897.

III

Thymbra legitima quorundam. Totâ facie Satureiæ consimilis, nisi quòd foliis sit durioribus, rigidioribus, radiculis magis lignosis & perennibus: flosculi, foliis crebrò interpositi, ex albo modicè purpurascunt: semina Satureiam æmulantur: radix multifidis capillamentis perennat.

An Thymbra legitima Dodon. 287.
Et Satureia hortens. Lobel. 252. Adv. 182.
Camer. in Hort. Med. Satureiæ perennis titulo, fol. 153.
Germ. Römische Satorey.
Tabern. 75. lib. 1.



III.
Absinthium Ponticum album.

I.
Absinthium vulgare.

II.
Absinthium latifolium marinum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

ABsinthium vulgare, Absinthium Ponticum & Romanum, C. Bauh. Ruellii, & Trincavellæ. Caulibus sese erigit à radice variè diffusâ, subtùs valdè fibratâ, perenni, quandoq; multiplicibus & sesquicubitalibus, incanis, lignosis: folia indiscriminatim ponuntur, in multifidas sectiones Artemisiæ modo diremta, è virore subalbicantia, & aversâ parte candicantia, mollia: flores racematim sparguntur, numerosi, lutei, dependentes, in rotunda capitula congesti, staminei, non insuavis odoris, qui tamen in totâ plantâ gravior & abominabilior est: semina floribus succedunt minuta, staminea.

Dodon. 25. fol.
Cœsalp. lib. 12. c. 2. fol. 476.
Lobel. Obs. 433. Adv. 335.
Lugdunens. 943.
Cam. Epit. 452.
Hort. Med. fol. 2.
Matth. C. Bauh. 508.
Phytopin. 234.
Germ. Gemein Wermuch.
Trag. 110. cap. lib. 1.
Fuchs. cap. 1.
Tabern. fol. 1. lib. 1.
Matth. Cam. Germ. 232. fol.
Durant. 5.

II

Absinthium Ponticum. Caule, flore & semine, vulgari simile est, sed omnia minora habet, folia quoq; minutioribus & tenuioribus sectionibus dividuntur, & odore sapóreq; gratiore sunt, radicibus variè & restibili germinum proserpentium sobole sese usq; ad nauseam hortulanorum dispergentibus perennat.

Dodon. 24. fol.
Cœsalpin. loco superiùs citato.
Lobel. Obs. 436. Adv. 337.
Lugdu. 943.
Cam. Epit. 454.
Hort. Med. 2. fol.
Matth. C. Bauh. 509.
Phytop. 234.
Germ. Pontischer Wermuch.
Fuchs. cap. secundo.
Tabern. 21. fol. lib. 1.
Matth. Cam. Germ. 232.

III

Absinthium latifolium marinum. Cauliculos promit numerosos, folioso, lignosos, surculosos, teretes, qui se rursus per crebras alas multiplicant, septi foliis, inferiùs subindè in aliquot segmenta fissis, plerunq; tamen integris, & ad Lavendulam accedentibus, & cum caule incanis, mollibus, non injucundi odoris: flosculi, absinthiorum congenerum more, racematim dependent, aromaticum quid resipientes: radix lignosa est, perennis, multifida, facilè comprehendens, sic & cauliculi, qui impacti in terram facilè fibras agunt.

Dodon. 26. fol.
Lobel. Obs. 442.
Lugdunens. 946.
Cam. Epit. Matth. 455. fol.
Hort. Med. 2. fol.
Matth. C. Bauh. 509.
Phytopin. 236. (wermuch.
German. Breitblätterichter Meer-
Matth. Cam. Germ. 233. fol.



III. Ptarmica Vulgaris. I. Papaver spinosum. II. Chrysocome Peregrina

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

RApaver spinosum, Ficus infernalis Italorum. Elegans & rarioris notitiæ planta, caulem obtinet cubitalem, rotundum, aliquot spinulis obsitum, adnatis multiplicem: folia absq; ullo adfiguntur pediculo, circa sinuosas laciniarum extremitates suas pariter flavescentibus tenuibus aculeis aspera, inferiùs albida, superiùs virescentia, nisi quòd in medio venis albis excurrentibus, quasi lacte conspersis, Cardui Mariæ instar, notentur: summis caulium fastigiis insident flores tenues, flavi, caducis foliis papaveraceis, Corniculati Papaveris ad modum, odore Chelidonium majus aliquantùm referentes: umbilicum occupat capitulum oblongum, pentagonum, vel nonnunquàm hexagonum, summo apice primùm rubescens, & mox bidui intervallo nigricans, multis staminulis flavescentibus stipatum, quod demùm, flore deciduo, parvis horret spinulis, atq; intra se condit semina rotunda, in apicem vergentia, per maturitatem nigricantia, ac rugis eleganter distincta, Papaveri Ceratoidi rubro, citra magnitudinem, quodammodò æmula: radix oblonga lignosa est & annua.

Clus. plant. hist. cap. VII. lib. 5. fol. XCIII.
Et in append. alterâ descript.
Matth. C. Bauh. fol. 749.
Phytopin. fol. 311. | Germ. Höllfeigen.

II

Chrysocome peregrina. Stœchas Citrina præstantior Camerar. in. Matth. Germ. Herbula suffruticans, & se facilè surculis, etiam sine radice, quæ illi lignosa & in. capillaceas fibras diffusa est, Rosmarini instar propagans: foliis constat Stœchade Citrinâ angustioribus, incanis, & leviter tomentosis, quandoq; paulatim reflexis, inordinatè prodeuntibus è caulibus pluribus tomentosis, gracilibus, qui fastigiatim efformant corymbos flosculorum tenuium flavescentium: semina staminea, minuta, & vix visu conspectabilia sunt.

Dodon. sub Stœch. Citrin. secundæ titulo, fol. 268.
Camer. in Epit. sub nomine Helichrysi, 387.
Casp. Bauh. in Phytop. fol. 515.
Germ. Fremde gelbe Reinblumen.
Matth. Germ. Cam. lib. 4. c. 58. f. 364. | C. Durant. 976.

III

Ptarmica vulgaris, quæ & Draco sylvestris ac Sternutamentatoria dicta. Radix perennis, & variè serpens, cauliculos edit sesquidodrantales, aut altiores, rectos, frequentes, foliis oblongis angustis largiter exornatos, tenuiter cuspidatis, ac ambitu serræ in morem asperè dentatis: verticetenus flosculos quasi in fasciculo umbellato exhibet, umbilicum subluteopallidum albis foliis cingentes, odoris languidi: semen nullius pretii est, sub umbilico reconditum, minutum.

Dodon. 697.
Lobel. Obs. 243. Adv. 190.
Cæsalpin. lib. 12. c. 26. fol. 493.
Lugdunens. 1165.

Epit. Cam. Matth. 354. fol.
Matth. C. Bauh. fol. 441.
Hort. Med. Cam. 132. (Bertram.
Germ. Dorant / weiß spitzig Reinfahren / wilder

Trag. 51. lib. 1.
Fuchs. 246. cap.
Matth. Cam. 187.
Durant. 209.


III
Flos pallidus
Trinitatis main.
I.
Papaver Corniculatum luteum.
II.
Flos maior
Trinitatis violaceus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

RApaver corniculatum majus Dodon. Folia habet subaspera, rugosa, lata, incana quadantenus (maximè si sint recentia) lanugine pubescentia, oblonga, ambitu largè sinuata, ac nonnihil crispata, promiscuis sedibus, caules teretes, languidos, & (pariter ac folia) fracturâ croceum succum emittentes, ambeuntia, qui in plures deniq; alas finduntur, ferentes fastigiatim flores flavos, è quatuor foliis luteis conflatos, valdè caducos; ac hisce delapsis deindè, siliquas angustas longiusculas, corniculatas, incurvas, & exteriùs inæquali scabritie notatas, intùs verò carnosâ costâ, utrinq; semine, laterum concavitatibus impressò, Chelidonio vulgari majore, nigricante, oblongo, copioscè refertâ, constantes: radix subest oblonga, crassâ, post unum atq; alterum annum rarò in tertium durans.

Dodon. 445. fol.
Cœsalp. lib. 6. c. 74. fol. 270.
Lobel. Obs. 141. Adv. 109.
Clus. fol. xci.
Lugdunens. 712.
Matth. Epit. Cam. 805.
Hort. Med. Cam. 117. fol.
Matth. C. Bauh. 747.
Phytopin. 310. fol.
Germ. Gehörneter gelber Oelmagen.
Trag. cap. 39. lib. 1.
Fuchs. cap. 179.
Tabern. 277. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 371. fol.
Durant. 706.

II

Flos Trinitatis major, violaceis floribus latis, in medio ad croceum punctum collectis, sub pediculis ex foliis acuminatis, viridibus, serratis, tollitur: quæ quidem mense etiam Octobri culta elegans flore foliis latioribus videbatur, nec frigore tabescebat. Tàm floribus, quàm foliis, semine, caule & radicibus, proximus est cognatis illis speciebus superiùs descriptis.

Vid. Dodon. fol. 157.
Lobel. Obs. 335. Adv. 266.
Clus. lib. III. fol. 310.
Lugdunens. fol. 800.
Epit. Cam. 912.
Matth. Bauh. fol. 822.
German. Groß Erepsamkraut/hoch veilbraun Scheffmüterlein.
Matth. Germ. Cam. fol. 415.
Cast. Durant. p. 390.

III

Flos Trinitatis, Iaceæ, ut & superior, species, hortensis, floribus constat benè pallidis, foliis acuminatis, latioribus, viridibus, minùs serratis. Hactenus eâ florum magnitudine, & coloris varietate planta sicut superior, non visa, sic parùm notata.

Germ. Groß Ereisamkraut/mit gelben blumen.



I.
Papaver flore pleno
rubrum.

II.
Papaver Eraticum rubrum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

RApaver Erraticum rubrum. Papaver Rhœas Lobel. Dioscor. Theoph. & Plinii. Folia obscurè virent, Erucæ more altius utrinq; incisa, hirsuta, subaspera, inæquali ortu prodeunt è caule subhirsuto, cubitali, sæpè multiplici, recto, cujus summitates obsidet oblongus, hirsutus, cutaneus caliculus, initiò deorsùm nutans, Amygdalarũ magnitudine & propemodùm formâ, qui erectus demùm in florem dissolvitur, caducum quidem, sed rutilanti phœniceo rubente colore oculos perstringentem, foliis latis quaternis unguetenus nigricantibus conflatum, in cujus medio capitulum oblongum, vertice stellato coronatum, & villis nigricantibus circumcinctum, eminet, quod semina papaveracea nigra per maturitatem subministrat: radix inutilis est, lignosa & annua.

Dodon. 444.
Cœsalp. lib. 15. c. 10. fol. 571. & 572.
Lobel. Obs. 143. Adv. 111.
Lugdu. 439. & 440. sub Argemones Tragi nomine.
Matth. Epit. Cam. 802.
Hort. Med. 117.
Casp. Bauh. Matth. 745.
Phytopin. ejusd. Bauh. 310.
Germ. Klapperrosen/Kornrosen.
Trag. cap. 38. lib. 1.
Fuchs. 195. cap.
Tabern. 276. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. 370.
Durant. 702. fol.

II

Pavaver flore pleno, rubrum. Caulis bicubitalem æquat magnitudinem, rectus, supernè in adnata divisus, qui mox ab radice ornatur foliis oblongis, latiusculis, pallidè virentibus, citra pediculum affixis, per ambitum variis non adeò profundis fissuris inæqualibus notatis: florem cacumina subministrant, cutaneo calici inclusum, qui primò nutat, & demùm erectus, densâ & multiplici foliorum rubrorum angustorum fœturâ explicatâ luxuriat, quorum oræ extremæ crispatis & cristatis brevibus laciniis eleganter inciduntur: capitulum in medio emicat globosum, radiato operculo firmiter occlusum, intùs cellulis aliquot distinctis servans pauciora vulgari papavere semina, fusca, minuta: radix lignosa est, oblonga & annua.

Dodon. 443. fol.
Cœsalpin. cap. 9. lib. 15. fol. 570.
Lobel. Obs. 142. Adv. 111.
Lugdunens. 1709. fol.
Matth. Epit. Cam. 804. fol.
Hort. Med. 117.
C. Bauh. Matth. 746. fol.
Phytopin. 309. fol.
Germ. Gefüllter rother Magsamen oder Gelmagen.
Tabern. 273. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. 369.
Durant. 705.



II. Papaver flore multiplici purpurascente

I. Papaver flore multiplici incarnato.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

Papaver flore multiplici incarnato.

Germ. Gefülleer fleischfarber Magsamen/oder Gelmagen.

II

Papaver multiplici flore purpurascente. Dissimili tantùm florum colore, & laciniis tenuioribus, profundioribus, & copiosioribus, à prædicto discrepant.

Vid. Autores superiùs citatos.

Germ. Gefülleer Purpurfarber voller Magsamen.



I

Tordilion Creticum.

II

Papaver laciniatum rubrum unguibus purpureis.

III.

Papaver laciniatum rubrum unguibus albis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

TOrdilium Creticum. Radicula parva, inutilis, annua, in aliquot tenues fibras diffusa, caulem edit dodrantalem, cui longi & subindè canaliculati pediculi annectunt folia, trifidis, aut pluribus aut paucioribus divisuris, & ambitu evidenter crenatis constantia, crassa, è virore subalbida, duriuscula: flores albos, parvos, oblongorum foliorum congeries fulcit, atq;, his evanidis, seminum albos subrotundos clypeolos, limbo quasi denticulato per circuitum exornatos, confertim positos.

Vid. Dodon. 311. fol.

Lobel. Obs. 425. Adv. 328. cujus tamen descriptioni non usquequaq; respondet.

Cœsalpin. sub Pimpinellæ Romanæ titulo, lib. 7. c. 58. f. 315. benè describere videtur.

Lugdunens. 751.

Phytopin. C. Bauh. 285.

German. Fremd Tordilium.

II

Papaver laciniatum, rubrum, unguibus purpureis.

German. Außgeschnidener oder zerkerbeer braunner Magsamen.

III

Papaver laciniatum, rubrum, unguibus albis. Folia non multùm discedunt à superiorum facie, flores verò non usq; adeò confertâ foliorum serie constant, orarúmq; laciniis profundioribus, & latis unguibus, hác albis, illâc, in præcedenti, saturatè purpureis differunt.

German. Roth außgeschnitten oder zerkerbeer Mahn.



I.
Papaver multiplex album oris rubicundis.

II.
Papaver flore miniato plens.

III.
Papaver flore plens argenteis oris

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

RApaver multiplex fimbriatum album oris rubicundis. Menæchmos Plautinos te videre puta, cum conformes hasce plantas vides; vix enim tantam inter illos paritatem fuisse, vel lac lacti, aut ovum ovo tàm simile censebis, atq; easdem præcedentibus: discrimen tamen expetis? frequentiores & magis crispos observa foliorum margines, & colorem florum in hoc primo omninò album, præter orarum extremarum crispatas & cristatas fimbrias, eleganter rubicundas.

Germ. Gefüllter krauser Magsamen/mit rothen Enden.

II

Papaver flore miniato pleno. Alterius color rutilans minium æquat, oræq; magis in lacinias resolvuntur, ungues verò obsoletè saturatâ purpurâ tinguntur.

Germ. Gefüllter Minienfarbichter Magsamen.

III

Papaver flore pleno argentei coloris. Tertio color argenteus quasi ex albo livet, ungues æquè purpurâ obsoletâ inficit.

Germ. Gefüllter Silberfarbichter Magsamen oder Gelmagen.

Autores, suprà citati, etiam hic accommodandi.

DECIMVSTERTIVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETtensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

NAsturtium Indicum. Pulcerrima est planta, & nonnullis abhinc annis hisce regionibus nota, quamvis peregrini Convolvuli genus esse videatur. Radices profert tenues, pallescentes, annuas, frequentia, subrubescentia, lævia sarmenta emittentes, quæ, pedamentis subnixa, sæpiùs satis altè porrigũtur; ceu Mense Augusto, Anno 1611. in longitudinem decempedalem excurrisse novimus. Folia exeunt longis pediculis, subtùs centro eorũ Vmbilici Veneris ritu insertis, supernè lætè virentia, infernè pallidiora, tantùm non orbiculata, nervis, à centro ad circumferentiam plerunq; rubescentem ductis, obsita, atq; extremitatum processibus veluti in tenuem spinulam collecta: flores aurum purissimum colore rutilante æmulantur, Consolidæ regali, aut Persicariæ siliquosæ flores eleganti specie quadantenus referentes, maximè calcari prominente, lineolis rubentibus striato: alioquin quinis subrotundis foliis, & in mucronem exilem mediis oris desinẽtibus, constant, quorum bina superiora ampliora sunt, & prope ungues radiis rubentibus insignita, terna verò inferiora in graciles pediculos abeuntia; juxta illorum initium singula tenuibus filamentis, seu pilis aliquot, & in medio binis sanguineis maculis decorantur: staminula luteola quædam umbilicum floris occupant: semina subnascuntur terna simul juncta, subrotunda, rugosa, & per maturitatem fusca, quæ, nisi aeris frigidioris intemperie prohibeantur, feliciter proveniunt. Tota planta, tàm odore quàm sapore, validè Nasturtium prodit. Erucis viridibus, ex se ortum trahentibus, admodum exposita est.

Dodon. fol. 420.
Lobel. Obs. pag. 338. Icon. pag. 616.
Lugdun. 637. & 1918. sub titulo floris sanguinei.
Clus. in Nicola: Monard. simpl. medici onent. descript. f. 348.
Cam. in Hort. Med. fol. 105. ejusdem Icon. 31.
German. Indianische Kressen.
Cast. Durant. vers. Germ. p. 641.
Phytopin. C. Bauh. fol. 615.

II

Bellis sylvestris minor flore rubro pleno. Folia profert subrotunda, ambitu obtusè denticulata, viridia, acidiuscula, denso stipatu à radice subinde fibras latè spargente prodeuntia: flores, pediculo parvo subvecti, multiplici serie foliorum rubentium turgent: seminibus caret, ut plerunq; plantæ, quæ flore pleno placent.

Germ. Roche gefüllte Maßliebenröslein.

III

Bellis sylvestris minor flore variegato pleno, foliolis scil. albo & rubro colore permixto infectis, aliàs cum superiore eadem est.

De his Dodon. 265. fol.
Lobel. Obs. p. 253.
Lugdunens. p. 854.
Epit. Cam. 657.
Hort. Cam. 27. fol.
Matth. C. Bauh. p. 654.
Phytopin. fol. 506.
German. Gesprengte gefüllte Maßlieben.
Trag. cap. 52. lib. 1.
Fuchs. cap. 53.
Matth. Cam. 313. fol.
Tabern. p. 42. lib. secundo.
Cast. Durant. p. 135.



II
Onobrychis Dodon flore rubro

I.
Hedysarum Clypeatum flore suauiter rubente.

III
Botrijs

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

HEdysarum clypeatum flore suaviter rubente. Onobrychis altera Dodonæi. Helenium Ægyptium quorundam Lobel. Folia viridia, Anthyllidis leguminosæ Lobel. foliis latiora, conjugata serie in unâ costâ disposita, hærent in caule cubitali, languente, ac facilè prociduo, altero à satione anno emergente, qui verticetenus speciosis flosculis, Geniſtæ aut Astragali arvensis æmulis, spicatim luxuriat, suavissimo rubore, & propè coccineo splendentibus: semina plana, rotunda, compressâ, flavescentia lentis specie, subnascuntur, condita in tenuiter echinatis asperiusculis clypeolis seu peltis, sordidi coloris, ordine sibi cohærentibus: radix altè descendit subfusca, algoris non usq; adeò patiens.

Dodon. 539.
Lobel. Obs. 525. fol.
Lugdunens. 446. fol.
Cam. Hort. 71. fol.
German. Rother Spanischer Hanenkopff oder Kamm.

II

Onobrychis Dodonæi flore rubro. Caput gallinaceum Belgarum. Folia fert uni costæ ex adverso affixa, impari semper extremam alam occupante, Galegæ proxima, anguſtiora tamen & breviora: flores spicæ oblongæ promunt, cubitalibus tenuibus, infirmis cauliculis impositæ, Galegam æmulantes, paulò majores, & dilutè rubentes: seminum vicem hemicycli formâ, seu, ut Lobel. ait, Cassidis cristatæ instar, theculæ spinulis muricatæ sustinent: radix oblonga est, tenuis, aliquot annis durabilis.

Dodon. 539.
Lobel. Obs. 527. Adv. 405.
Clus. quo ad iconem ccxxxii.
Lugdunens. sub nomine Polygalæ multorum, fol. 488.
Germ. Roth Hanenkopff / Widhopffenkraut / Hanenkamm.

III

Botrys. Artemisia Turcica. Patientia Italorum Cam. Caulibus provenit rectis, & variè brachiatis, subhirsutis, striatis, & nonnunquàm cum totâ plantâ rubentibus: folia abhis prodeunt sine ordine, Cichorii, Erucæ, Erigeri tomentosi aut Quercus divisurâ, profundos sinus angulosis sectionibus conspicuos efformantia, pinguia, resinosa, è viridi pallescentia, benè odorata: ramuli in racemos abeunt, per maturitatem luteopallescentes, copiosissimo semine onustos, exilibus tenuibus tunicis operto, rotundâ granorum papaveraceorum specie nigricante: radix annua est, multipliciter fibrosa, & ligneſcens. Tota herbula, pertinacis odoris acrioris & suavioris gratiâ, meruit vestimentis interponi, à tineis & blattis conservandis.

Dodon. 54.
Cœsalp. lib. 4. c. 19. fol. 158.
Lobel. Obs. 115. Adv. 80.
Lugdunens. 952.
Epit. Cam. 598.
Hort. Med. 29.
C. Bauh. Matth. 620. fol.
Phytopin. 235.
Germ. Traubenkraut / Mottenkraut / Welsch Eichen Laub
Trag. 124. cap. lib. 1.
Fuchs. 64. cap.
Tabern. 58. cap. lib. 1.
Cam. Matth. Germ. 296.
Durant. 151.



I. Lupinus Sativus maior

III. Lupinus Sylvestris flor. luteo odoratus.

II. Lupinus Sylvestris angustif. flor. caerules.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LVpinus sativus major, & quartus Clusii, flore è cœruleo purpurascente. Lupinus Æthiopicus quorundam. Haud trivialis notitiæ, nec vernaculæ indolis, aut tralatitiæ elegantiæ planta, ut quæ paucis ab hinc annis in hortos cultiores illata sit. Radice singulari, lignosâ, inutili, caule plus minúsve cubitali, recto, superiùs ramoso, vulgarem, qui flore albo est, satis refert, cui etiam folia similia longis pediculis subnixa gerit, radiatâ Viticis divisurâ, septenis segmentis latioribus, mollioribus, & quadantenus magis lanuginosis constantia: flores pariter vulgarem æmulantur, ramorum cacumina in spicam quasi coacta, orbiculatis quatuor, quinis, aut rariùs ternis ordinibus coronantes, coloris è cœruleo purpurascentis: submittuntur siliquæ latæ, tumidæ, foris lanuginosæ, claudentes semina parùm rubescentia, obscurè guttata, quatuor aut quinq; numero, Lupino vulgari præter formam ampliora, caput humanũ Æthiopicum, quale vulgò Æthiopibus rubris appingunt, pilis superciliorum & verticis destitutum, referentia.

Clus. tantùm posuit lib. 6. fol. ccxxix. | Videtur etiam ad hunc illudere Cam. Hort.
Germ. Groß fremd purpurblaw Feigbonen. (Med. fol. 92.

II

Lupinus sylvestris angustifolius flore cœruleo. Folia habet cæteris Lupinis angustiora, septena simul singulis pediculis affixa, flosculi quoq; parvi cœrulei extremitates caulium cubitalium spicatim ambiunt, quibus siliculæ angustæ succedunt, exiguo veluti tomento coopertæ, concludentes grana rotunda, nigrocinerea, pullis guttis variegata, Vicia rum aut Araci nigri Matthioli magnitudine, reliquis speciebus multò amariora, quam etiam notam suo sylvestri Lupino Galenus tribuit: radices tenues singulares & annuæ sunt.

Dodon. 521.
Cæsalpin. lib. 6. c. 26. fol. 246.
Clus. qui tantùm Iconem posuit fol. ccxxviii.
Lugdunens. 466. fol.
Cam. Epit. Matth. 217. fol.
Hort. Med. 95.
Matth. C. Bauh. fol. 345.
Germ. Wilde blawe Feigbonen/ mit schmalen blätern.
Tabern. 198.
Cam. Matth. Germ. 126.
C. Durant. 545.

III

Lupinus sylvestris flore luteo odorato. Foliis, caule & radice, sativo vulgatiori proximus est, absq; florum copiosorum spicâ confertiore, odóreq; vehementiori, Leucoium seu Violam petræam luteam æmulante, unde etiam Violarum Hispanicarũ appellationem meruit: siliquæ duriores, parùm hirsutæ, dehiscentes, semina exhibent subrotunda, depressa, albida, nigricantibus maculis infecta.

Dodon. 521.
Lobel. Obs. 515. Adv. 396.
Clus. loc. sup. citato.
Lugdunens. 466.
Epit. Cam. 216.
Hort. Cam. 92. & 93.
Matth. C. Bauh. 344. (Türckischer Veil.
Germ. Feigbonen mit wolriechende gelben blumẽ/
Tabern. 198. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. 126.
Durant. 545.



II. *Lupinus vulgaris flore albo.*

I. Lupinus exoticus flore albo.

III. *Lotus Tetragonolobus Camerarij.*

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LVpinus exoticus flore albo. Formâ & magnitudine prorsus Lupino quarto Clusii respondet, colore tantùm floris variante.

German. Fremd weiß Feigbonen.

II

Lupinus vulgaris flore albo. Caulem mittit rotundum, inanem, surrectum, modicè tomentosum, suffultum radice singulari, pallescente, ac parùm fibratâ; superiùs verò in ramos dilatatur surrectos, aut potius adnata tantùm: folia, longis pediculis subvecta, diverso ortu prodeunt, septenis cohærentiis stellatim digesta, supernè subviridia, subtùs in candore tomentosa: flores albicant, tantùm non spicatim cohærentes, ab æstate in autumnum usq; ternis vicibus refloreścentes, quibus siliquæ succedunt, fabaceis inferiores, planiores, tenuiter hirsutæ, condentes singulatim grana quina, sénave, in rotundam latitudinem depressâ, foris albopallida, intùs subflaveścentia, amara.

Dodon. 520.
Cœsalp. lib. 6. c. 26. fol. 246.
Clus. fol. ccxxviii.
Lugdunens. 466.
Lobel. Obs. 514. Adv. 396.
Cam. Epit. Matth. fol. 216.
Hort. Med. 92. fol.
Matth. C. Bauh. 344. & 345.

German. Weisse Feigbonen.
Trag. 15. cap. lib. secundo.
Fuchs. 161. cap.
Tabern. 198. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 125.
Durant. 544.

III

Lotus Tetragonolobus Camerarii. Sandalida Cretica Italorum. Radix tenuis est, annua, & parùm fibrata, spargens viticulosos, languidos, frequentes, angulares ramulos, humo nonnihil se attollentes, vestitos foliis ternis, leviter hirsutis, uno pediculo è bifidâ angustâ foliaceâ vaginâ à caule singulatim porrectis; juxta quorum exortus longiores prodeunt pediculi, paria folia sustinentes, & post hos flores aliquot, Loto pratensi siliquosæ, ubivis gentium obviæ, conformes, eleganti colore holoserici saturatè rubri tinctos: sequuntur siliquæ seu Lobi grandiores, quaternis membranis sinuatis (ut Camer. habet) per longitudinem extrinsecùs distincti, intùs continentes grana rotunda pullocinerea, Piso nigro Tabern. minora.

Clus. lib. 6. fol. ccxliv.
Cam. Hort. Med. fol. 91. & Icon. xxv.
C. Bauh. Phytopin. 668. fol.

Germ. Fremder Schoecnklee/mit blutrothen blumen.


Glans terræ et Pseudoapi
V.
Pisum
pere
magnum
grinum s.
VI
Sedum vulgare
II
Sedum
flæ
palustre
incarnato
IV
Sedum minus sive vermicularis.
III.
Sedum minus causticatum

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

SEdum vulgare vel Sempervivum majus. Radices crassiusculæ, flexuosæ, multos lateralium germinum orbes, frequentibus foliis succiplenis & mucronatis stipatos, fundunt; è quibus tandem per ætatem pedalis caulis, foliis gracilioribus obsessus, verticem ramosum floribus radiatis purpurascentibus decoratum effert: semina meditullii cornicula coagminata ferunt, Telephii sempervirentis instar scobem referentia.

Dodon. 127. | Lugdunens. 1127. | Phytopin. 553. & 554. | Tabern. 512. lib. secundo.
Cœsalp. lib. 15. c. 20. fol. 577. | Cam. Epit. Matth. 854. | German. Groß Haußwurtz. | Matth. Cam. Germ. 393. fol.
Clus. LXIII. fol. | Hort. Med. 7. fol. | Trag. cap. 123. lib. 2. | Durant. 925. fol.
Lobel. Obs. 202. Adv. 161. | C. Bauh. Matth. 785. | Fuchs. cap. 10.

II

Sedum palustre flore incarnato. Subrubentes, teneros, succiplenos, à radiculâ exili, & crebris surculis fœcundâ, cauliculos profert; circa hos angusta, oblonga, & subhirsuta folia: flosculos verò in alis fastigiatim, Anagallide minores, è carneo purpurascentes, quinis foliis meditullii staminula coronantes; quibus postmodò seminum cornicula, pulvisculo referta, numero correspondent.

Clus. LIX. fol. | Cam. Hort. Med. fol. 7. | Phytopin. C. Bauh. 556.
Germ. Kleine stumpffe Haußwurtz/mit leibfarbichten blumen. | Trag. lib. 2. cap. 124.

III

Sedum minus seu minimum causticum. Radiculæ capillares, numerosos, surculosos, & succulentos promunt ramulos, pulposis, oblongiusculis pusillis foliolis arctè opertos: summitates flosculi obsident Hyperici minimi quodammodò, quinis exilibus foliis luteis, atq; concoloribus aliquot staminulis præditi: semina magis pulvisculà dicas. Tota planta causticî saporis est.

Cœsalp. lib. 15. c. 21. fol. 572. | Epit. Cam. Matth. 856. | Phytopin. 555. fol. | Fuchs. cap. 10.
Clus. fol. LXI. | Thal. Hercyn. Saxono Thuring. 7. fol. | Germ. Mauerpfeffer/klein Katzentreubelein. | Tabern. 514. lib. secundo.
Lobel. Obs. 205. Adv. 162. | C. Bauh. Matth. 785. fol. | Trag. 124. c. lib. primo. | Matth. Germ. Cam. 393. fol.
Lugdunens. 1130. | | | Durant. 927.

IV

Sedum minus, seu Vermicularis insipida. Tenuibus tantùm & magis teretibus foliis, à caule versis, gustu insipidis, præter cæterarum partium similitudinem, discrepat.

Thal. Hercyn. Saxono Thuring. 7. fol. Phytopin. C. Bauh. 553. fol. | German. Kleine Haußwurtz oder Katzentreubelein.

V

Glans terræ & Pseudoapios Fuchsii. Cauliculis infirmis gracilibus, multifidis, secundum appendices angustas, parva, obtusa adhærent folia, longis subnixa pediculis, in capreolos abeuntibus, qui obviis sese plantis circumvolvunt: flores summitates alarum racematim porrigunt, Pisi æmulos vel Viciarum, è roseo punicantes, & remissum odorem Rosarum mentientes: semina in parvis siliculis latent, rotunda, pulla, exilia: radices graciles profundè descendunt, glandiformibus appendiculis, foris subnigricantibus, intùs albidâ medullâ, castanearum gustu, farctis, funiculorum modo insertæ.

Dodon. 540. | Cam. Epit. 981. | German. Erdnüß/Erdtnüß/Erdeycheln/Knolwurtz. | Fuchs. 46. cap.
Lobel. Obs. 518. Adv. 498. | Hort. Med. 18. Apios Fuchs. | Trag. cap. 19. lib. secundo. | Tabern. 207. fol. lib. secundo.
Lugdunens. 1596. | C. Bauh. Matth. 876. fol. | | Cam. Matth. Germ. 429. fol.

VI

Pisum majus peregrinum. Pisum quadratum Plin. Tab. Prolixus, fistulosus, infirmus, angularis caulis, & perticis fulciendus, per intervalla latis subrotundis foliaceis alis circumdatur, ac foliis virentibus, amplis, levibus, subrotundis, & in unâ costâ conjugatim hærentibus, vestitur: flos, longo pediculo suffultus, diverso ortu erumpit, multus, Piso vulgari amplior, primùm lato incarnato labro umbilicum carinatum rubicundum cingens, mox ætatis ratione omninò purpurascens: siliquæ modicè latæ, tumidæ, grana continent penè quadrangula, è fulvo obsoletè rubentia, vel pallidiora, maculis guttatis variè conspersa: radix supervacua & annua est.

Vid. Dodon. 511. | Lugdunens. 450. | Germ. Fremde Faselenerbeiß.
Lobel. Obs. 515. Adv. 397. fol. | Casp. Bauh. Matth. 342. in textu Bauh. | Tabern. 199. lib. secundo.



III. Lathyris Sylvestris.

I. Lachryma Iobi.

II. Lathyris Narbonensis

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

LAchryma Iobi seu Christi Italorum (quòd semen ejus lacrymarum guttas, ex oculis destillantes, æmuletur) Lithospermum Plinianum, & Lithospermum arundinaceum Dalechampii. Statim à radice, Milii modo (cui etiam cognatum videtur) fibratâ, culmos cubitales geniculatos protrudit, foliis Arundinaceis, aut potius Miliaceis, rigidis, surrectis, & per longitudinem nervosis cinctos, geniculatim oblongâ tunicatâ basi caulem amplectentibus; singuli geniculorum sinus, tenuium firmorum pediculorum ope, submittunt foliaceas vaginas, è quibus porriguntur grana turbinata, levia, nitida, ac striis quasi virgata, silici duricie vix cedentia, è purpureo cinerea, & ætatis successu aliquantùm candicantia, Staphylodendri granis formâ, Ciceri magnitudine æqualia, seminum vicem sustinentia; ac per illa quasi trajectas spicatas paniculas inutiles dependentes aridemus.

Dodon. 497. (44.
Lobel. Obs. 26. Adv. 16. Icon.
Cœsalp. lib. 4. c. 55. fol. 181.
Clus. ccxvi. lib. 6.
Hort. Cam. 82.
Matth. C. Bauh. f. 658. & 659. f.
Phytopin. fol. 499.
Germ. Jobs Zeeren.
Trag. pag. 916. lib. 2. c. 140.

II

Lathyris Narbonensis latiore folio Lobel. Clymenum Matthioli, Cicercula Cœsalpini. Caules plures è radice flexuosâ, surculosâ, perenni ac profundè depactâ protendit, pedamentorum adminiculo altissimè surgentes, sarmentosos, angulosos, utrinq; in membranosas eminentias diductos: folia juxta angustas alatas appendices, angulosis oblongis pediculis subnixa, egrediuntur bipartita, Plantagini angustifoliæ aut Bupleuro herbar. proxima, medio capreolo tenui, & vario glomeratu intorto distincta: flores elegantissimi dilutè rubent, nonnihil punicantes, Pisi florum conformes, in spicâ rariore digesti, quibus succedunt siliquæ oblongæ, granis rotundis pullis, Ochri magnitudine, prægnantes.

Cœsalp. lib. 6. c. 7. fol. 234.
Lobel. Obs. 517. Adv. 398.
Lugdunens. 470.
Epit. Matth. Cam. 712.
Hort. Med. fol. 85.
Thal. Harcyn. Saxono. fol. 47.
Matth. C. Bauh. f. 690. & 691.
Germ. Wilde Erbeissen / mit breiten blätern.
Matth. Cam. 121.
Durant. 258.

III

Lathyris sylvestris angustis foliis. Superiori similis est, & tantùm foliis angustioribus, ac floribus concoloribus minoribus: radix, æquè vivax, singulis annis regerminat: semina in angustis siliquis, pulla, & paulatim uno latere depressa.

Dodon. 514.
Clus. ccxxix. fol. lib. 6.
Lugd. quo ad iconem, nam descriptiones confundere videtur, 471.
Hort. Med. Cam. 85.
Germ. Wild Erbeissen mit schmalen blätern.
Trag. c. 12. lib. 2. iconis ratione, & sub descriptione Ciceris 1. sylvestris, in vepretis crescentis.



II.
Clematis peregrina incarnata sim. plici flore.

I.
Clematis cœrulea Pannonica.

III.
Clematis peregrina purpurea sim. plici flore

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CLematis cœrulea Pannonica 1. Clusii. Clematis Pannonica cœruleo flore, foliis Asclepiadis, Cam. Radice fulvescente, alioquin Flammulæ rectæ æmulâ, prodit; caulibus verò erectis, assulosis, imbecillibus, sarmentosis, subfulvis, striatis, quadantenus angulosis, quos ortu æquali folia Asclepiadis per longitudinẽ virgata, ejusdem Flammulæ modo, statim à radice, frequenti per intervalla serie ambiunt, gustu mordacia, quæ ante floris eruptionem superiùs sibi invicem incumbunt, florum capita tegentia, postmodùm deorsùm pendula, demum in florem soluta quaternis venosis foliis, intùs saturatè, foris dilutè cœruleis, elegantissimis, decussatim locatis, & nonnihil secundum oras reflexis: meditullium obtinent villi è flavo albescentes, interdum purpurascentes: semen ad Pulsatillam accedit, majus tamen aliquantùm, longâ villosâ comâ subvectum, Flammulæ rectæ figurâ.

Lobel. 346. Icon. 628.
Clus. 125. fol.
Phytopin. C. Bauh. 597.
Germ. Blawe Vngerische Waldreben.
Tabernæmont. 561.

II

Clematis peregrina incarnata simplici flore. Coloris tantùm raritate à sequenti variat.

Germ. Einfache fremde Leinen oder Waldreben/mit fleischfarben blumen.

III

Clematis peregrina purpurea flore simplici. Viticularum ac foliorum habitu Clematid. 3. Matth. refert, floribus è cœruleo ad purpuram inclinantibus colorem Pulsatillæ vulgaris, qui decussatim foliis quaternis, ex angustiore facie in latam magis triangularem dilatatis, & staminulis pallidis numerosis centrum umbilici occupantibus, constant: semina, in capitulum coacervatim coacta, è rotunditate depressa, plana, apice tandem mucronato finiuntur: radices satis profundè demissæ, omnimodò disperguntur.

Vid. Dodon. 402.
Lobel. Obs. 345. Adv. 276.
Cœsalp. sub titulo Flammulæ tertiæ, lib. 14. c. 1. fol. 544.
Clus. 122.
Lugdunens. 1430.
Cam. Epit. 696.
Hort. Med. 43.
C. Bauh. Matth. 680.
Phytopin. 596.
German. Einfach fremd Leinen oder Waldreben/mit braunen blumen.
Tabern. 559.
Cam. Matth. Germ. 326. fol.
Durant. 255.



I.
Campanula minor sylue
stris flore cœruleo.

II
Convolvulus Indicus flor
violaceo

III
Nil Arabum Camerary

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAmpanula minor sylvestris flore cœruleo. Campanula minor rotundifolia Lobel. Radicula exilis, oblonga, & paucis tenuibus adnatis capillata, emittit folia ferè Violæ Martiæ specie, sed triplò minora, inter quæ altero anno ascendit cauliculus, æquè gracilis, dodrantalis, angulosus, vestitus foliis angustis, parvis, Linariæ proximis: summitate fert flosculos cymbalares, parvos, sexangulo ambitu constantes, & colore saturatè cœruleo ad violaceum tendente placentes, longa serie deorsùm pendulos: semina servat parvum obtusum capitulum, fulvescentia, crassàm scobem potius referentia.

Dodon. 167. fol.
Lobel. Obs. 178. Adv. 139.
Lugdunens. 828.
Phytopin. C. Bauh. 140.
Germ. Kleine wilde blawe Rapuntzelglöcklein.
Tabern. 119. lib. secundo.

II

Convolvulus Indicus flore violaceo. Rara adhuc planta, atq; exoticarum non postrema. Radices supervacuæ sunt, gracilescentes, annuæ, inde sarmenta emissa pedamentis egent, quæ variis circumvolvunt flexibus: folia oblongis & gracilibus hærent pediculis, lata, hederacea, & tenuiter hirsuta, è falcatâ figurâ per rotundum ambitum in mucronem collecta: flores Convolvuli majoris effigiem referunt, Calathum calathiformem repræsentantes, elegantissimi violacei coloris, sed tubuli aversâ parte rubescunt, æquè ac umbilici meditullio, à quo quinquangulares latæ & sensim gracilescentes lineæ concolores usq; ad extremas oras porriguntur; staminula intùs crassiuscula centrum occupant: sequuntur vascula, è rotunditate acuminata, angustis undiq; foliorum eminentiis cincta, quæ concludunt terna vel quaterna semina nigra, subrotunda, parùm angulosa, Convolvulo vulgari & Soldanellæ quadantenus proxima.

A nullo ad huc descriptus.
Germ. Eremd Indianisch veilbraun Windglöcklein.

III

Nil Arabum Camerar. Volubilis lanuginosa Mesues. Convolvulus Azureus. Herbariorum Campana Lazura. Superiori affinis est, & tricubitalem altitudinem scandendo superat, foliorum & sarmentorum hirsutie parili: folia lata, triangula, hederaceam speciem affectant: calix prædictam æmulatur, sed quinis prominentioribus orificii angulis variat, uti & colore magis cœruleo: vascula quoq; paria, & majora nonnihil, semina includunt: radix alterius modo inutilis & annua est.

Dodon. 392.
Cœsalp. lib. 9. c. 23. fol. 383.
Lobel. Obs. 342. Adv. 274.
Lugdunens. 1425. fol.
Cam. Hort. 47.
C. Bauh. Phytopin. 585.
Germ. Eremde blawe Windglocken.
Tabern. 551. fol. lib. secundo.



II
Scammonea Monspelliens:

I
Conuolvulus maior flore albo.

III.
Soldanella Marina.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CONvolvulus major flore albo. Smilax levis. Volubilis major. Pergulis ac operi topiario commodus; sarmentis tenuibus, flavescentibus, levibus quàm plurimis, ex unâ radice tenui, flexuosâ, & altè depactâ emissis, & si dirumpantur, lacte manantibus, in obvia quæq; fertur adminicula, sese illis implicans: folia oblongis pediculis subvehuntur hederacea, mollia, lata, Convolvulo arvensi ampliora, prope sinus nonnihil angulosa, in summo verò acuminata: flores (quos Plinius rudimenta naturæ Lilia facere condiscentis, nuncupat) singuli inter folia tenuibus theculis foliaceis impacti emittuntur, calathi sensim amplioris effigie, concavi, candicantes: semina subministrant vascula membranacea rotunda, terna plerunq; simul juncta, angulosa, pulla, & ferè dichotomam formam referentia.

Dodon. 388.
Cœsalp. lib. 9. c. 25. fol. 384.
Lobel. Obs. 340. Adv. 271.
Lugdunens. 1425.
Epit. Cam. 952.
Thal. 131.
Matth. Cas. Bauh. 839.
Phytopin. Bauh. 583. fol.
Germ. Groß weiß Winden/ oder Zaunglöcklein.
Trag. c. 89. lib. secundo.
Tabern. 550. lib. secundo.
C. Matth. Germ. 348.

II

Scammonea Monspelienſis. Anadendras est planta, cujus radices tenues, albidæ, vivaci surculorum flexu terram findunt, emittentes viticulas junceas obsequiosas, succo lacteo prægnantes, multis circumvolutionibus fulcra complectentes: folia his adhærent tenuium oblongorum pediculorum connexu, oblonga, hederacea, mollia, falcatis basibus alatam sagittarum formam imitantia, propè triangula, Tamo seu Bryoniæ sylvestri Lobel. aut Convolvulo nigro conformia: his parium pediculorum ope interspargunturflosculi, quinis foliis albidis constantes: semina mihi videre nondum contigit, quare prætereunda duxi.

De hac plantâ vid. Clus. 125. fol.
Lobel. 341. Obs. Adv. 237.
Phytopin. Bauh. 583.
Germ. Scammonea von Moplir.
Tabern. f. 554.

III

Soldanella, Brassica Marina. Caules subrubentes, graciles, prolixi, carnosi, hinc & inde per terram sparsi, oblongis & firmis pediculis sustinent folia crassa, succulenta, nitentia, Asari seu Cochleariæ specie, viridia: atq; tertio aut quarto à satione anno flores subpurpurascentes calathiformes, Campanæ instar, Convolvulis similes, quibus deciduis semen succedit in rotundis vasculis, nigrum, subrotundum, angulosum, Volubilem majorem quadantenus referens: radix albida, promissa, tenuis, variis reflexibus diffunditur.

Dodon. 391.
Cœsalp. lib. 9. c. 25. fol. 384.
Lobel. Obs. 329. Adv. 265.
Lugdunens. 526. fol.
Epit. Matth. Cam. 253.
Hort. Med. 29.
Matth. C. Bauh. 368.
Phytop. Bauh. 588. Brassicæ maritimæ minoris titulo.
Germ. Meerkôl.
Tabern. 552.
Matth. Germ. Cam. 142.
Durant. 156.



II.
Clematis peregrina purpurea flore pleno.

I.
Flammula recta.

III.
Clematis peregrina incarnata plena

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

FLammula recta. Flammula Iovis Herbariorum. Præter hortum illum celeberrimum, post alia Germaniæ loca, etiam Witteberga & Dresda ad Albin., hanc spontaneam norunt; caulibus ultra sesquicubitum surrectis, obsoletè quandoq; rubentibus, in quibus folia, conjugatim uno multifido pediculo adfixa, utroq; latere cernuntur, Clematid. tert. Matth. proxima, sed majora, & paulò magis mucronata: flores, superna caulium fastigia fasciculatim decorantes, quina plerunq; candida folia constituunt, intermediis staminulis appensa, ferventis, æquèac herba ipsa, gustus: succedit his semen plumaceæ appendici annexum, fuscum, planum, subrotundum, compressum: radix multifida, surculosa, fibris firmiter hæret, & turionibus vernis emissis perennat.

Dodon. 400.
Clus. 124.
Lobel. Obs. 546.
Lugdunens. 1171.
Cam. Epit. Matth. 698.
Hort. Med. Cam. 60. fol.
C. Bauh. Matth. 680. fol.
Phytopin. 595. fol.
Germ. Weiß blatterzug Brennwurtz.
Tabern. 562.
Matth. Cam. Germ. 327. fol.

II

Clematis peregrina purpureocœrulea plena. Lentis, obsequiosis, prolixis, & obsoletè rubentibus sarmentis, foliisq; hederaceis Clematid. tertiam Matth. æmulatur., veluti etiam radicibus altè depactis, & quadantenus diffusis: flores elegantissimâ multiplicium foliorum texturâ, Aquilegiam non corniculatam plenam nonnihil referunt, Pulsatillæ communis colore, è cœruleo saturatè purpureo: semina illam, quæ simplici flore constat, imitantur., rariùs tamen offendenda.

Rara adhuc est hâc florum luxuriâ, & tantùm à Camerario in Epit. Matth. recognit. fol. 696. unà cum simpliciore illâ adumbratâ.

Germ. Volle fremd Leinen oder Waldreben mit saffbraunen blumen.

Sic etiam Tabern. 561.
Cam. Matth. Germ. 526. fol.

III

Clematis peregrina incarnata plena. Magis ad purpureum colorem accedit, sed admodùm dilutum, carneo proximum, alioquin à superiore non diversa.

Germ. Gefülle fremd Leinen oder Waldreben/mit fleischrothen blumen.



II. Halicacabum vulgatius.

I. Pisum cordatum

III. Halicacabum seu Solanum Indicum Camerarij.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

PIsum cordatum. Halicacabum peregrinum. Vesicaria repens. Cor Indum. Concordia Tabern. Cardispermon. Pedamentis sublata viticulas etiam ultra bicubitalem attollit altitudinem, in longos diffusas pediculos, quibus folia multipartita annectuntur, Clematidis tertiæ Matth. seu Viornæ modo, altiùs tamen ambitu incisa, penè Ranunculi repentis, Apii hortensis, aut Azadarach divisuris, laciniatis, viridia, glabra, & algidioris cœli impatientissima: flores sparsim post claviculos in racemulis quasi profert, albidos, parvos, tenues, quos vesicæ tumidæ excipiunt, Alkakengi officin: seu Halicacabi vulgaris vesicas magnitudine æmulantes, herbacei coloris, subrotundæ, senis per longitudinem futuris & membranulâ triquetrâ distinctæ, intrinsecus occultantes semina aliquot rotunda, vix piperis granis aut Ochro majora, nigricantia, & subinde parùm rugosa; quibus prope sedem cordis albidi vulgaris nota impressâ cernitur: radix supervacua & annua in multa capillamenta discedit.

Dodon. 452 fol. | Lugdunens. 598. sub diversis | Matth. C. Bauh. 755. | Tabern. 564. lib. secundo.
Cæsalp. sub Fabæ inversæ titulo, lib. 9. c. 21. fol. 382. | iconibus. | Germ. Hertsamen/Männlichsköpff. | Cam. Matth. Germ. 455. fol.
Lobel. Obs. 516. Adv. 396. | Epit. Cam. 814. | Trag. 129. lib. secundo. (Icon. | Durant. 1037.
| Hort. Med. 71. | Fuchs 265. cap.

II

Halicacabum vulgare. Alkakengi Arabum. Solanum vesicarium. Germinum repullulantium sobolem hinc & inde diffundit, radicularum tenuium proserpentium ope, maximè si è vinetis natalibus, hortis cultioribus infertur. Cauliculi cubitales sunt, rotundi, subrubescentes nonnunquam, & per intervalla quasi nodis geniculorum distincti; secundum quos, in oblongis pediculis nascuntur folia, Solano majori aut vulgatiori conformia: flores alæ illorum porrigunt, ex unâ basi in quinq; folia dilatatos, subalbidos, quibus dilapsis vesiculæ succedunt turbinatæ, & per longitudinem nervis aliquot virgatæ, primò subvirides, deindè phœniceæ, complectentes intus, ad pediculi basin, grana rotunda cerasorum magnitudine, concoloria, carnosa, seminibus rotundis, planis, albescentibus Solanorum referta.

Dodon. 452. | Epit. Cam. 813. | Phytopin. C. Bauh. 297. | Fuchs. 265. cap.
Cæsalp. lib. 5. c. 20. fol. 213. | Hort. Med. 20. | Germ. Judenkirschen. | Cam. Matth. Germ. 375.
Lobel. Obs. 134. Adv. 102. | Matth. C. Bauh. 754. | Trag. 101. c. lib. 2. | Durant. 1056.
Lugdunens. 597. fol.

III

Halicacabum seu Solanum Indicum Camer. Peregrinæ indolis planta, & à solo tantùm Cam. in Hort. Med. 70. fol. prodita. Caulem habet anguloſum, geniculatum, ternorum cubitorum, in multos ramos diffusum, folia Solani vulgatioris, viridia, ambitu parùm laciniata, florem quinquangularem, cujus meditullium purpurea stamina cum nigricantibus & cœruleis apicibus, & juxta fundum maculæ quinæ nigræ vel purpurascentes occupant: vesiculæ quoq; vulgaris Halicacabi sunt, sed planè virides, obsoletum quandoq; purpureum colorem impressione solari excipientes: intùs baccæ grandes servantur, per plenam maturitatem, capacitatem Vesicæ ad rupturam usq; implentes: semina inæqualia, parva, benè Cam. unà cum totâ plantâ pingit Hort. Med. fol. XVII. Icon. describit verò eandem fol. 70

Casp. Bauh. fol. 297. Phytopin.
Germ. Indianisch Schlutten/oder Judenkirschen.
Matth. Germ. Cam. 376. fol.

DECIMVSQVARTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
ÆSTIVALIVM.



Caryophyllus II Indicus flore luteo simplici minor.

Caryophyllus I Indicus flore multiplici luteo pleno maior.

Caryophyllus III Indicus flore aureo simplici minor.

CELEBERRIMI EYSTET-

tensis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus Indicus flore multiplici luteo pleno major. Tanacetum Africanum, Otthonna Italorum Andr. Lacunæ, Pedua Affror. Gesneri. An Lycopersium Galen. Lobel. Natalem Tunetano solo Carthaginisq; ruinis debet hæc planta, nos illam, inde in nostras regiones allatam, victori Carolo V. Imperatori. Caule prodit recto, bicubito etiam altiore, brachiato, striato, & nonnihil rubescente, circa quem folia in unâ costâ multa, pinnata, Tanaceti ferè facie & situ, sed non tàm dissecta, verùm marginibus serrata, viridia, ac quæ Soli opposita tantùm non pertusa apparent: caulium vertices nudis longis pediculis in oblongos torosos porriguntur calices, è quibus singulatim denso numerosissimorum foliorum stipatu emicant flores speciosi, etiam quasvis rosas pulchritudine ac magnitudine æquantes, luteopallidi, atq; odoris aliquantùm graveolentis: horum emarcidorum foliis singulis annexum reperitur semen oblongum, assulatum, nigrum, tenue: radix brevis, multifida & annua est.

Germ. Groß gefülle gelb Tunisblumen/ oder Indianische Negelein.

II

Caryophyllus Indicus flore luteo simplici minor. Caulis humilioris, ut & foliorũ & radicum similitudine prædictam æmulatur, florum tantùm folia formam Lychnidis coronariæ quadantenus referunt, nisi quòd multò ampliora sint, numero plerunq; novena, ambitu leviter plicata, stamina lutea concoloria coronantia: seminum species cum calicibus nullâ re dissidet.

Germ. Einfach gelb Sammetblumen/ oder klein Tunisblumen.

III

Caryophyllus Indicus flore aureo simplici minor. Color tantùm floris, aureo fulgore rutilans, præter reliquas partes plantæ non dissidentes, variat.

Germ. Einfach klein Golgelb Sammetblumen/ oder Golgelb klein Tunisblumen.

De his plerisq;, uti & sequentibus, vide
Dodon. 254. fol.
Cœsalp. lib. 12. c. 43. fol. 404.
Lobel. 410. Obs. Adv. 818.
Lugdunens. 839.
Cam. Epit. Matth. 406.
Hort. Med. 60.
Matth. C. Bauh. 469.
Phytopin. Bauh. 222.
Germ. Trag. 142. cap. lib. 1.
Fuchs. cap. 15.
Tabern. 54. & 55. fol. lib. 1.
Cam. Matth. Germ. 367.
Durant. 201. fol.



II.
Ocimum Citratum seu Citri odore

I
Caryophyllus maior Indic,
flore multiplici aureo.

III
Ocimum Anisi odore.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus major Indicus flore multiplici aureo. Facie reliquis non dispari, colore tantùm floris aureo fulgore nitentis variat, cæteroquin cum congeneribus eodem censu habendus.

Germ. Gefüllte grosse Goldfarb Sammetblum oder Tunis/ auch Indianische Negelein.

II

Ocimum citratum seu Citri odore. Amplitudine foliorum, quæ Amarantum aut Mala Medica æmulantur, & caulis proceritate vulgari superius est, nec tamen multùm dissimile, odoris saltem notâ peculiari, qui exactè eidem malo, aut herbæ Ponsiratæ, Melissophyllon dictæ, respondet, distinguendum.

Vid. Dodon. Ocimi 5. maximi titulo, fol. 279.
Cœsalp. lib. 11. c. 59. fol. 469.
Lobel. pag. 268. Obs.
Lugdu. 679.
Cam. Epit. Matth. fol. 508.
Hort. Med. 108. fol.
C. Bauh. Matth. 407. & 408. fol.
Phytopin. 425.

Germ. Groß Basilien oder Basilgram/ mit Citronen geruch.
Trag. lib. 1. c. 8.
Fuchs. cap. 208.
Tabern. 56. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 164.
Durant. 661.

III

Ocimum Anisatum. Figurâ medio respondet vulgatiori, odore Anisi æmulum, quo solo à cognato genere alienum se exhibet.

Germ. Basilien wie Aniß reuche.



II. Caryophyllus Indicus flore luteo rubescente simplici min:

I. Caryophyllus Indicus plenus flore luteo rubescens min:

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus Indicus plenus flore è luteo rubescente. Prædicto pleno aliquantùm minori flore, sed non minùs speciosо nitet, facilè in sequentem degenerans: cæteroquin saltem coloris elegantiâ, holosericum villosum, è luteo in ruborem inclinans, æmulante, à præcedentibus variat.

Germ. Gefüllte gelbe Sammetblumen/mit röchlechter farb vntermische.

II

Caryophyllus Indicus simplex flore è luteo rubescente. Idem cum superiore, tàm supernâ parte foliorum, in fulvo rubescentium, quàm supinâ flavescentium, villosum holosericum etiam simplici florum texturâ, & tactu & aspectu referens: odore tamen (uti & simplicium florum cæteri) graviore caput magis ferit.

Germ. Einfache/gelbe/mit röchlechter farb vntermischte Sammetblumen.



II

Caryophyllus flore minus ple-no rubescens punctatus.

Caryophyllus flore variè, dimidiata parte carneus, dimidiata verò altera ru-bris & albis strijs & punctis variega-tus plenus.

III

Caryophyllus miniatus medio albescens.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus flore majori, partim carneus, partim albus, rubris striis ac punctulis vermiculatus. Radix subrufa lignosa est, crebris capillamentis obsita, capite in aliquot foliaceos surculos abeunte, quibus constituuntur caules tenues, teretes, & quasi ligneam duriciem affectantes, opposito situ geniculatim obsepti foliis Tragopogo brevioribus, densiusculis, carinatis, è virore glaucis: in summo hypocalicibus fulti, teretes, oblongi, glabri, atq; extremis oris orbiculatim denticulati calices, sustinent flores, & specie & amplitudine cum Rosis de principatu certantes, odorem Caryophyllorum aromaticorum (unde etiam nomen planta traxit) redolentes, densâ foliorum lentè incisorum stipaturâ coacervatos: colore placent dimidiatim carneo, dimidiatim albo, cui tamen rubræ striæ ac puncti vermiculatim intercurrunt, miro oculorum blandimento. Semina caliculi florum continent, plana, nigra, paleacea, quæ sata quidem facilè prodeunt, sed tamen degenerem fœtum dant, partim simplicem, partim plenum, alieno colore nitentem, exceptis paucis, luxuriantis materni coloris indolem referentibus: propagatio igitur magis surculis, assulatim à matre avulsis, debetur, pari facilitate comprehensuris.

Germ. Volle Negelein/oder Graßblumen/so halb leibfarb/halb weiß sindt/vnd mit rothen strimen vnd düppeln vnterzogen.

II

Caryophyllus miniatus, medio albescens. Amplitudine & elegantiâ florum priori cedit, non minus ac multiplicium foliorum (qui umbilicatim convolvuntur) paulò rariore serie; colore Balaustium æmulantur, tantùm latiores foliorum partes tingente: alioquin prædictæ assòciandus.

Germ. Halb volle Mintenfarb Negelein/dessen mittel weiß ist.

III

Caryophyllus flore minore pleno rubescens punctatus. Etiam hic amplitudine florum inferior est, non minus ac foliorum numero, uti etiam foliis angustioribus, nec flores adeò placent, diluto rubore, ad carneum vergente, guttatim conspersi: cætera habitum superioris propemodùm æmulatur.

Germ. Klein voll Negeleinblumen/mit röchlechter gedüppelter farb.



II
Caryophyllus multiplex flore carneo.

I
Caryophyllus multiplex foliis florum ex rubro & albo dimidiatim diuisis et punctatis.

III
Caryophyllus purpureus flore multiplici profunde laciniato

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus multiplex, singulis florum foliis è rubro & albo colore dimidiatim divisis & punctatis, quâ notâ tantùm, uti & hilariore florum luxuriâ, à præcedentibus variat.

Germ. Halbirte rothe vnd weisse gesprengte Negelein.

II

Caryophyllus multiplex flore carneo. Colore tantùm à superioribus alienus est.

Germ. Fleischfarb gefülte Negelein.

III

Caryophyllus purpureus flore multiplici profundè laciniato; qua effigie, uti & foliis angustioribus caulium, à cæteris unicè distare videtur, superbarum familiam æmulans.

Germ. Purpurbraun gefülte Negelein/dessen blätter sehr zerschnitten.

IV

Mirificè hæ plantæ variant, colores florum si spectes, ita ut Herbariis, omnes differentias singulatim annotare, impossibile æstimatum fuerit. Vide tamen hos sequentes citatos, plerarumq; mentionem facientes.

Dodon. 174. & 175. fol.
Clus. 284. 285. 286. fol.
Cœsalp. lib. 6. cap. 45. fol. 253.
Lobel. Obs. 241. f. Adv. 188. Icon. 441. 442. 443. 444. &c.
Lugdunens. 807. & 808.
Epit. Matth. 350. fol.
Hort. Med. 36. fol.
Matth. C. Bauh. 436. & 437. fol.
Phytopin. fol. 390. 391. 392. 393. 394. &c.
Paul. Renealm. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. &c.

Germani.

Trag. lib. 1. cap. 198.
Fuchs. cap. 133.
Tabern. 1. 2. 3. 4. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. 185.
Durant. 200. fol.



II. Lavendula flore albo.

I Caryophyllus maximus plenus flore rubro.

III Lavendula flore cæruleo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus maximus plenus flore rubro. Speciosâ tàm florum, quàm foliorum & calicis amplitudine cæteros congeneres omnes antecellere satagit, cæteroquin illorum societatem nullo alio indicio recusat.

Germ. Groß doppelt rothe wolriechend Negelein oder Graßblumen.

II

Lavendula flore albo. Folia vulgari paulò latiora, subalbidæ viroris, & odoris aliquantùm acuti, emittit, æquè tamen numerosâ serie digesta, in virgis plurimis lignosis, quadrangulis, quæ longè ab illis in spicas oblongiusculas fastigiatim farciuntur, stipatas caliculatis parvis conceptaculis, è quibus flores albi, Rosmarini æmuli, subtùs tubulosi emicant: atq; his marcidis, postmodùm in iisdem caliculatis conceptaculis semina exigua, fusca, levia, Stœchadi Arabicæ proxima: radices lignosæ, nigricantes, in multifidas dissolvuntur fibras.

Germ. Lavendel mit weissen blumen.

III

Lavendula flore cœruleo. Similibus prædita est foliis, paulò angustioribus, odore Spicâ Nardi mitiore, floribus non minùs spicatis cœruleo purpureis: cætera superiori paria habet, ut & autores hîc citatos:

Dodon. 275. fol.
Cœsalp. lib. 11. c. 46. fol. 459.
Lobel. 256. Obs. Adv. 184.
Lugdun. 919.
Epit. Matth. Cam. 18.
Hort. Med. Cam. 85. fol.
Matth. C. Bauh. 32. fol.

Germ. Gemein Lavendel mit blawen blumen.

Trag. 18. c. lib. 1.
Fuchs. 343. cap.
Tabern. 84. & 85. fol. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 8. fol.
Durant. 638. fol.



III. Abrotanum fœmina sive Chamæ cyparissus.

I. Caryophyll, plenus læte rubescens instar florum Perfici mali

II. Harum peregrinum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus plenus, carneo colore umbilicotenus latè & lætè rubescens, instar florum Mali Persici. Foliis plerisq; cæterorum latior est, alioquin parvo discrimine distat.

Germ. Gefüllte Negelein, derer blumen sindt an der farb wie Pfirsingblüe.

II

Marum peregrinum. Mastic. Gallorum & Anglorum Penæ, Tragoriganum 1. Clus. Marum vulgare & Clinopodium Dodon. Pedali aut altiore fruticat cauliculo, ramoso, lignoso, æquè ac radix in fibras nigricantes divulsa, folia sobole minutâ subindè interpositâ, ortu æquali ex intervallis ramulos ambiunt, Serpyllo proxima, Amaraco vulgari minora, incana; summa virgarum adnata in lanuginosis radiatis capitulorum utriculis verticillatim ferunt flosculos pusillos, albidos: semina succedunt minutissima, rotunda, Amaraco similia, initio æquè ac tota planta suaviter odorata.

Dodon. fol. 271.
Lobel. Obs. 265. Adv. 213.
Lugdunens. 885. fol.
Clus. fol. 355.
Phytop. C. Bauh. 422. fol.

Germ. Amberkraut.
Tabern. 55. lib. secundo.

III

Abrotanum fœmina, sive Chamæcyparissus. Cupressus herba Cordi. Sanctolina Cœsalpini & Crispula. Lignosa radix, & crebris capillaceis surculis fibrata, ab eodem capite lignosos, fruticosos emittit caules, subindè cubitales, quàmplurimos, cinctos numerosis incanis foliis, surrectis, minutissimè denticulatis, seu, ut Cœsalpin. loquitur, quasi labris utrinq; sinuosâ reflexione fimbriatis: flores in summis ramulorum fastigiis emicant, Tanaceti more orbiculatim farcti, breviusculi, staminei, qui marcescentes semina pusilla, obscura, relinquunt.

Dodon. fol. 268. & 269. fol.
Cœsalp. lib. 12. c. 7. fol. 479.
Lobel. 436. Obs. Adv. 336. & 337.
Lugdun. 957. & 958.
Cam. Epit. Matth. 460.
Hort. Med. 1.
Matth. C. Bauh. 513. & 514.
Phytopin. 228. & 229.

Germ. Gartencypreß.
Trag. 24. lib. 1.
Fuchs. 356. cap.
Tabern. 62. lib. 1.
Matth. Cam. Germ. 235. fol.
Durant. 4.



III
Rorella seu ros Solis.

I
Caryophyllus plenus pur-
purascens punctatis et la-
ciniatis foliis.

II
Elisma.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus plenus, purpurascens, punctatis & laciniatis foliis. Qualibet sui parte, præter altiores florum lacinias & guttatas aspergines, dignum superiorum consortio locum meretur.

Germ. Purpurroch doppele Negelein/mit zerkerbten vnd gedüppelten blumen.

II

Alisma seu Damasonium Matthioli. Nardus Celtica altera: & Plantago Alpina Lobel. Chrysanthemum latifolium Dodon. Radix subfusca, transversa, geniculata, aromatici remissi odoris, in fibras alias laterales divellitur, & prope terram emittit folia oblonga, Plantaginis mediæ, aut Gentianæ Cruciatæ, seu mavis Saponariæ æmula, venosa, aliquantùm villosa, supernè magis, subtùs dilutè virentia; è quorum meditullio unus atq; alter cubitalis, subhirsutus, nudus, gracilis erigitur cauliculus, cujus vertici singulatim insidet capitulum squamatum, subfulciens florem aurei fulgoris, amplum, Chrysanthemi majoris aut Doronici instar, foliorum oblongiusculorum, & per longitudinem nervosorum, ambitu circinnato discum latum, concolorem, vaginulis tenuibus confertis turgidum circumvallantem, qui deniq; in papposa, oblonga, tenuia, nigricantia semina resolvitur.

Dodon. 265.
Lobel. 170. Obs. Adv. 135.
Lugdunens. 1358. Chrysanthemi latifolii nomine, & 1057. Damasonii Matthioli titulo: rursus 1169. Ptarmicæ montanæ Dalechamp. ac deniq; 924. sub pessimâ figurâ Nardi Celticæ Penæ alterius nuncupatione: ita ut quatuor locis, & diversis titulis, hanc plantam subjecerit.
Cam. Epitom. Matth. 674. fol.
Hort. Med. Cam. 9. fol.
Matth. C. Bauhin. 666. fol.
Phytopin. Bauhin. 521. fol.
German. Engeltranck/ Mucerwurtz oder Laugenkraut/ Johanneskraut.
Tabern. 49. lib. secundo.
Matth. Germ. Cam. 316. fol.
Durant. 26.

III

Rorella sive ros Solis, sive Salsirora, cujus aqua stillatitia, Agyrtarum præconio, quibusdam in locis Panaceæ instar proclamatur. Duplici varietate secundum Cam. constat: masculus siquidem brevior, ac totus rubet, fœmella verò pallidior, & vegetiori caulículo excrescit. Parva radicula fibrosis tenuibus in musco hæret capillamentis, & plurima humi strata, parvis tenuibus pediculis subvecta, profert folia, rubella, subrotunda, concava, cochleariorum vel auriscalpiorum effigie, supernè rubris villis, & rorulentis guttis, etiam sub fervidissimo Solis æstu obsita, infernè prorsus glabra: inter quæ exurgunt tenues cauliculi, & in summo Scorpioidis vice reflexi, fastigiatim ordine floribus parvis tantùm non stellatis candidis exornati, quibus semina minuta, subrotundis glumis latentia, succedere solent.

Dodon. 471. fol.
Lobel. 454. Adv.
Lugd. 1212. fol. (Hercyn. plant.
Hort. Med. Cam. 142. f. Icon. IX.
Thal. sylv. Hercyn Saxon. f. 116. (& 117.
Germ. Klein Sonnentau.
Trag. cap. 111. lib. 1.
Tabern. 490. lib. secundo.



Caryophyllus multiplex ma-
ximus variegatus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus multiplex, maximus, variegatus. Magnitudine florum Caryophyllo purpureo flore multiplici, respondet quidem, coloris verò varietate & eleganti distinctione illi quasi palmam præripit, cum albore constet, ac nonnullis punctis, ac maculis saturatè rubicundis tota etiam folia, imò totos flores inficiat; calicis crassitudine aliquam cum Antophyllis similitudinem habet, cum quibus etiam à doctiss. Lobel. comparatur; foliorum herbaceorum luxuriâ & amplitudine omnium reliquorum familiam ducere videtur.

Germ. Groß gesprengt Metzernegelein, oder Graßblumen.



II.
Caryophyllus multiplex laci
niatus flore incarnato

I
Caryophyllus multiplex
flore albo.

III.
Caryophyllus multiplex flore
purpureo rubescente.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus multiplex flore albo. Vnicâ hâc coloris notâ ab aliis distinguendus.

Germ. Volle weisse Negelein.

II

Caryophyllus multiplex laciniatus flore incarnato. Superbarum societatem affectat, & foliis angustioribus, floribus verò carnei coloris multiplicibus, ac secundum oras plumarum instar profundè dissectis, staminulisq; umbilici oblongis, tenuibus, prominentibus, reflexis notatur: semine & radice reliquis respondet. Quadrat ad Caryophyllum purpureum flore multiplici laciniato Lob. 442. Icon. colore tantùm varians.

Germ. Leibfarb gefüllte Negelein/mit zerschnittenen blâtern.

III

Caryophyllus multiplex flore è purpureo rubescente. Vulgatior paulò cæteris hoc colore est: illorum tamen consortium nullâ aliâ re deserit.

Germ. Purpurroth doppelt Negelein.



Caryophyllus simplex hortensis versicolor.

Caryophyllus plenus minio colore.

Caryophyllus purpureus flore multiplici laciniato.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus plenus miniato colore. Solo floris colore, qualis, Clusio suggerente, in quibusdam sericeis pannis conspicitur, quibus Germani Pommerantzenfarb nomen dederunt, ab aliis diversus est, & foliis majorum genere paulò angustioribus, aliàs cum prædictis congruit.

Germ. Gefüllte Minienfarb Graßblumen oder Negelein.

II

Caryophyllus simplex, hortensis, versicolor. Mirâ & variâ rubrarum maculârum & guttarum aspergine potissimùm à prædictorum genere discrepat, ab illorum tribu neutiquàm excludendus.

Germ. Einfache Gartennegelein/mit gescheckten blumen.

III

Caryophyllus purpureus flore multiplici laciniato. Tota plantæ facies hunc reliquis germanũ approbat: flores tantùm amœnioris purpuræ peculiari colore tinguntur, secundum oras foliorum mediocribus laciniis dissecti: cætera (ut & stylos tenues, corniculatos, Muscarum seu Papilionum proboscides referentes, atq; altè è floris meditullio elevatos) cum socio genere communia habet.

Germ. Volle oder duppelte Purpurfarb Negelblumen/so etwas am rand zerschnitten sind.



II.
Caryophyllus sylvestris flore purpurascente.

I.
Caryophyllus maior sylvestris variegatus.

III.
Caryophyllus sylvestris flore incarnato.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus major sylvestris variegatus. Radiculis tenuioribus & lignosis non admodùm differt, foliis viridioribus licet & angustioribus ornetur: flores etiam hilari suaviter rubente colore, ab umbilico usq; per potissimam foliorum partem dispersо, cum aliis de elegantiâ certamen suscipiunt, juxta oras, quæ circuitu lentè fimbriantur, albescentes, ac rubicantibus stigmatibus admodùm placentes.

Germ. Gesprengte grosse fremde Negelein.

II

Caryophyllus sylvestris flore purpurascente. Flos, æquè ac superioris, senis constat foliis, sed per circumferentiam, plumarum similitudine, profundioribus laciniis valdè superbit; staminula aliquot tenuia, brevia, è meditullio suo exerens: caules, reliquorum sylvestrium modo, foliis paulò viridioribus & angustioribus vestiuntur; radix tenuis & lignosa est.

Germ. Federnegelein mit braunen blumen.

III

Caryophyllus sylvestris flore incarnato. Priori facie non admodùm dissimilis est, præter floris colorem, quo unicè variare videtur.

Germ. Federnegelein mit leibfarben blumen.


IIII.
Chrisanthemum Tenuifolium
II.
Caryophyllus sylvestris prolifer.
I.
Caryophyllus syluestris flore laciniato carneo.
III.
Brunella cœrulea magno fl

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

CAryophyllus sylvestris flore laciniato odorato. Radix fibrosa ex uno capite in surculos laterales diffunditur, exerentes caules aliquot cubitales, teretes, geniculatim per intervalla arctè septos foliis gramineis Caryophyllorum, subtùs latioribus, superiùs acutioribus, angustioribus & viridioribus: flores quinq; foliorum, in verticibus dispersi prodeunt candicantes, secundum oras in tenuissimas profundas lacinias, Armeriæ pratensis vice, dissectas, subpurpurascentes, oblongis calicibus sustenti, umbilicotenus pallidiusculi, & purpureâ lanugineâ hirsutie, atq; staminulis aliquot tenuibus exornati: semina subministrant iidem oblongi caliculi, floribus substrati, paleacea, plana, nigricantia, Caryophyllorum more.

Dodon. maximè quo ad Iconem 175. f. | Clus. 284. | Germ. Wild wolriechend Federnegele/mit braun
Lobel. Icon. pag. 451. fol. | Phytopin. Bauh. 394. | Tabern. 4. fol. (weißlechten blumen.

II

Caryophyllus sylvestris prolifer. Armeria prolifera Lobel. Caryophyllea sylvestris quarta Thalii. Cauliculi recti, tenues, teretes, in aliquot longos, junceos, nodosos ramulos dispersi, circa geniculos foliis tenuibus, strictis, gramineis, ex intervallis latâ basi obsidentur; fastigiis capitula singulatim insident, tenui membranulâ conflata, continentia alios multos oblongos, firmos, membranaceos, pallidè flavescentes cauliculos, è quibus successivè prosiliunt singuli parvi flosculi, uno post alterum erumpente, ita ut septeni, octoni, noveni tandem cohærere videantur, dilutè rubentes: succedunt in iisdem sibi substratis caliculatis conceptaculis semina copiosa, exilia, plana, paleacea, nigra: radicula tenuis albicat, etiam altero post florem anno ligneſcendo periens.

Lobel. Icon pag. 449. | Phytopin. C. Bauh. 393. fol.
Thal. Harcyn. Saxono Thuring. fol. 26. | Germ. Wild klein roth Negelein/da jr vil auß einem häutlein herfür kriechen.

III

Brunella cœrulea flore magno. Inde Brunella dicta, quòd ejus decoctum in febrili illo malo caustico der breune ad oris & linguæ vitia præsidio sit. Caulis quadrangularis est, pedem quandoq; altus, molliter hirsutus, rectus, binis geniculatim subhirsutis oblongis foliis, & leniter crenatis, æquali ortu ambitur, Brunellæ vulgatioris modo, quam etiam cacuminis flores referunt, è cœruleo saturatè purpurei, nisi quòd ventre laxiore, & galeâ grandiore, illam superent: sequuntur flores, oblongi, seminum utriculi, summotenus nonnihil denticulati, in quibus singulis quaterna latent semina pusilla, pallescentia, Ocimo minora, levia: radix subnigricat, plurimâ fibratâ sobole annuatim se multiplicans.

Clus. cap. 24. lib. 4. fol. XLIII. | C. Bauh. Phytopin. 504. fol. | Germ. Groß Purpurblaw braunellen. | Trag. sine Icon. lib. 1. c. 103.

IV

Chrysanthemum tenuifolium, Cotula lutea Dodon. Chamæmelum Chrysanthemum Fuchs. Folia multifida & quadantenus incana sunt, Tanacetum nonnihil, etiam crebris tenuissimis scitè ductis sectionibus æmulantia; caulem conscendunt gracilem, cubitalem, vel altiorem, supernè in ramos divisum, quorum vertices Anthemidis modo circinnatos edunt flores, eleganter luteos, Millefolii odore: quibus subnascuntur semina conferta, Tanaceto multò minora, tenuia: radix duriuscula est, densè fibrata, in aliquot annos diuturna.

Dodon. 258. sine Icon. | Matth. Casp. Bauh. fol. 652. | Trag. lib. 1. cap. 42.
Lobel. 343. Adv. | Phytopin. C. Bauh. 226. (men. | Fuchs. cap. 8.
Clus. 332. fol. | Germ. Gelbe Steinblumen oder Streichblu- | Tabern. 86. fol. lib. 1.
Lugdunens. 862.



II.
Caryophyllus Sylvestris flore albo picto.

I
Armerius pleno rubro flore.

III
Caryophyllus Sylvestris flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Æstivalium.

I

FLos Armerius, sive Armeria, flore pleno. Radix oblonga, albescens, in tenues dirimitur fibras, atq; è capite plures cauliculos confertim effundit, illius, qui simplici flore nitet, instar, quem etiam caule & foliorum positu gramineorum, ac unico nervo distinctorum, æmulatur: flores particulatim in summitatibus congesti, eleganti rubore luxuriant, atq; in medio parvis aliquot tenuibus prominentibus albicantibus reflexis staminulis, papilionum proboscides referentibus, donantur: semina vulgarem superiùs descriptam imitantur.

A nemine nisi à Clus. proditus, fol. 287.
& Lobel. in Iconibus, 535.
Phytopin. C. Matth. 392.
Germ. Rothe doppelte Tarcheuſernegelein.
Tabern. 3. fol. lib. secundo.

II

Caryophyllus sylvestris flore albo, in medio coronâ rubrâ præditus. Foliis angustis, è viridi pallescentibus, acuminatis, in caulibus pluribus, pedem plùs minùs altioribus, geminatim ex adverso positis, cognatos Caryophyllos æmulatur; æquè ac floribus, è quinque foliis valdè laciniatis, Superbæ familiam referentibus: sed albescunt, atq; meditullium tenui rubicundâ coronâ exornant: semina in caliculis Caryophyllorum latent, illis prorsus æqualia: radices tenues, flexuosæ, se variè dispergunt.

Dodon. 174.
Lobel. Icon. pag. 450.
Phytopin. C. Bauh. 394.
Germ. Wild Federnegelein mit weiſſen blumen/ ſo mit einem röchlechten ring gezeichnet ſind.
Trag. lib. 1. cap. 198.
Tabern. 4. lib. secundo.

III

Caryophyllus sylvestris flore albo. Æmulatione superioris nullâ re distat, nisi florum candore omnimodò, & staminulis tenuibus, magis conspicuis.

Dodon. 174.
Lobel. 450. Icon.
Lugdunens. 808. fol.
Phytopin. C. Bauh. 494.
Germ. Wild Federnegelein mit weiſſen blumen.
Trag. 1. cap. 198.
Tabern. 4. lib. secundo.

INDEX

Æstivalium plantarum omnium, in quo numerus anterior Ordines, posterior verò folia designat.

Ord.		Fol.
	A.	
14	Brotanum fœmina.	14
12	Absinthium vulgare.	4
	Absinthium Ponticũ seu Roman. Ruellii,	ibid.
	Absinthium Ponticum officinarum,	
	Absinthium latifolium marinum,	
6	Abutilon Avicennæ.	10
11	Acanthium sylvestre flore alb.	7
11	Acanthus levis.	2
11	Spinosus sylvestris,	1
1	Aconitum Lycoctonum flore luteo pallescente,	11
	Flore Delphinii latifol.	ibid.
	Delphinii facie Silesia cum prim.	
1	Aconitum salutiferum.	12
10	Aconitum racemosum Maranthæ.	3
10	Acutella.	2
10	Ægipyros Crateuæ Anguillaræ.	2
8	Æthiopis.	3
5	Ageratum septentrionalium flore luteo Lobel.	8
7	Latifolium quibusdam.	6
	Ajuga, Arbor & frut.	1
4	Ageratum Theophrasti.	4
16	Alcea Vulgaris.	3
6	Veneta Tragi seu Vesicaria Dodon, & Peregrina Solisequa Lobel.	2
6	Alcea fruticosa cannabina pentaphylli folio.	2
6	Altera Clusii.	2
	Syriaca flore rubro. Arbor & frut.	10
	Flore candido. Arbor & frut.	11
6	Alcea Americana.	1
14	Alisma Matthioli.	8
13	Alkekengi Arabum.	11
8	Altercum.	8
6	Althæa Vulgaris.	4
6	Floribus luteis, vide abutilon ordin.	10
6	Fruticans Hispanica.	4
	Hispanica Clusii.	ibid.
6	Secunda & Tertia Panon. Clus.	5
	Thuringiaca.	ibid.
8	Alum alus Lobel.	7
4	Alyssum minus Dalechamp.	2
8	Aman quorundam.	2
5	Amellus Matthioli.	12
	Amonum Plinii Italorum. Arbor & frut.	14
10	Andirian Rhasis.	1
8	Androsæmum Dodon.	10
	Fœtidum seu Trageodes.	ibid.
4	Anguina Dracontia Lobel.	1
1	Antirrhinum majus flore albo,	9
	flore rubro.	ibid.
1	Antirrhinum sylvestre.	9
	Flore albo, oris rubris.	10
Matth. C. Bauh. 761. fol.
Phytopin. 302. fol.
Germ. Rothe Goldöpffel/ Lieböpffel.
Tabern. 464.
Matth. Germ. Cam. 378. fol.
Durant. 557. fol.

Habetur etiam alia congener species, albidi coloris fructibus differens, quam ex hac nostrâ descriptâ stirpe diligens rei herbariæ rimator facilè æstimare poterit.



Melanzana fructu pallido.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

MElanzana, seu Mala insana, fructu pallido. Verengena Toletanorum Cam. Malinathalla Theophrasti Bellonio. Radix fibris annuis superficialibus multifida est, caulis teres, subhirsutus, dodrante altior, purpurascens, circa quem folia, Solano vulgari seu Xanthio proxima, è latitudine oblonga, subaspera, ambitu inæqualiter sinuata, obscurè virentia, & in medio nervo nigricantibus spinulis obsita: flores pariter ac folia crassis, firmis, ac subinde spinosis aliquantùm pediculis nituntur, formâ quidem Solani flores, sed multò majori & radiatâ specie æmulantes, senis ut plurimùm foliis, dilutè purpurascentibus, staminula lutea exerta meditullii circumdantes; postea sequuntur oblongi ovalis magnitudinis fructus, è flavo candicantes, seu albidopallidi, vel in quibusdam congeneribus plantis saturatè purpurascentes, epidermide levissimâ, tenerâ, succosâq; intùs pulpâ, complectentes semina alba, rotunda, depressâ, Alkekengi seminibus paulò majora.

Dodon. 455.
Cœsalpin. lib. 5. cap. 6. fol. 211.
Lobel. Obs. 138. Adv. 107.
Lugdunens. 627. fol.
Matth. Epit. Cam. 820. fol.
Hort. Med. Cam. 99. fol.
Matth. C. Bauh. 760. fol.
Phytopin. C. Bauh. 300. fol.

Germ. Gelb Melanzan/Dollöpffel.

Trag. 127. lib. secundo.
Fuchs. 202.
Tabern. 464. lib. secundo.
Germ. Matth. Cam. 378.
Durant. 562. fol.


I.
Balſamina fœmina.
III.
Momordica fructu luteo rubescente.
II.
Balsamina Mas fructu punicco

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

BAlsamina fœmina. Charancia fœmina Loniceri. Balsamina Amygdaloides Cordi. Catanance Cœsalpini. Radix crassa, caduca & annua est, à quâ oritur caulis cubito altior, ac è tumidiore specie sensim gracilescens, succulentus, tener, glaber, ac inferiùs Portulacæ ritu rubescens, qui in multos ramos surrectos dirimitur, circa quos folia angusta, acuminata, Hydropiperis seu Salicis, modicè circumserrata: flores foliorum sinus è pediculis pendulos submittunt, anteriùs concavos, hiantes, & in bina labra productos, posteriùs tenui recurvâ caudulâ; Persicariæ siliquosæ in morem conspicuos, dilutè purpureos. Sequuntur, Ciceris fermè vesiculârum magnitudine, fructus hirsuti, turbinati, pôst viridem colorem deniq; luteopallescentes, qui per maturitatem exactam in aduncam speciem se contrahunt, excusso semine propemodùm rotundo, subrufo, Raphani seminibus magis quàm Lenticulæ, cum quibus Dodon. & Matthiol. comparant, congruo.

Dodon. 660. fol.
Cœsalpin. lib. 6. cap. 68. fol. 266.
Lobel. 172. Obs. 134. Adv.
Lugdunens. sub binis iconibus, 630. & 631. fol.
Epit. Matth. Cam. 990.
Hort. Med. Cam. 26.
Matth. Cam. Bauh. 884. fol.
Phytopin. Bauh. 616. fol.
Germ. Balsamkraut das weiblein.
Fuchs. cap. 69.
Tabern. 539. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 445.
Durant. 127. fol.

II

Balsamina mas fructu puniceo. Balsamina cucumerina Tabern. Charantia & pomum mirabile & Hierosolymitanum Dodon. Momordica, Viticella. Prolixas, tenues, languidas viticulas promit, è radiculis gracilibus, annuis, & modicè fibratis, ultrò citrò; capreolorum, ex alarum sinu prodeuntium ope, vicina fulcimenta amplectentes: folia vitem referunt, minora tamen, glabra, quinq; partitim altis angularibus segmentis, ac marginibus modicè ac inæqualiter sectis, scissâ; flosculi, Cucumeris æmuli, quinis foliis è subluteo colore in alborem elanguescunt: sub quibus subinde oriuntur fructus utrinq; turbinati, mali Limonii parvi magnitudine, aculeatis tuberculis exasperatam superficiem habentes, per maturitatem exteriùs punicei, interiùs verò pallidioris coloris; qui dehiscentes effundunt semina, eleganti rubrâ epidermide obducta, Anguriæ figurâ, subnigricantia, ac quasi lituris quibusdam vermiculata.

Dodon. fol. 659.
Cœsalpin. lib. 5. cap. 4. fol. 199.
Lobel. Obs. 369. Adv. 289.
Lugdunens. 630.
Epit. Matth. 989.
Hort. Med. Cam. 26. fol.
Matth. Cam. Bauh. 883. fol.
Phytopin. 616.
German. Balsamkraut das männlein/oder Momordickôpffel.
Trag. 130. lib. secundo.
Fuchs. cap. 69.
Tabern. 563. lib. secundo.
Matth. Cam. Germ. 445.
Durant. 126. fol.

III

Balsamine fructu è rubro pallescente. Colore tantùm fructus, è rubro colore in croceum quasi expallescente, à superiori variare videtur.

Germ. Bleich golgelb Momordickôpffel.



II.
Smaracus vulgaris.

I
Solanum Pomiferum

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

SOlanum pomiferum. Radix annua inutilis erat, crassa, fibrata; caulis rectus, cubiti altitudine, paulò supra radicem in brachia dilatatus, quem folia vestiunt, è virore pallescentia, ambitu inæqualibus angulis notata, mediâq; costâ brevibus per intervalla spinulis insignita, foliis Mali insani quodammodò conformia: flosculi in longis recurvatis pediculis juxta sinus foliorum emergunt, foliis albicantibus, Solani modo angularibus, ac quandoq; reflexis, aliquot stamina media sublutea coacervata ambientes: his succedunt fructus torosi, Melonum quorundam, aut Malorum aureorum formâ, rotunditatis orbicularis, è phœniceo colore hilari rubore perfusi, apice stamineo crassò, dilutiore, supereminente, in medio decorati, intùs pulposi; semina, Malis insanis non absimilia, numerosa, occultantes.

Dodon. fol. 456. sub Malor. Æthiop. titulo.
Lobel. Obs. 135. fol.
Lugdu. 633. fol. Capsici rotundi Dalechampii nomine.
Phytopin. C. Bauh. 300. fol.

Germ. Hollöpffel auß Mohrenland/oder Mohrenöpffel.

II

Amaracus vulgaris. Sampsucus Majorana. Radix nigricat, & tenuiter fibratur; caules lignosi, recti, atq; aliquando, ut in illâ nostrâ plantâ, ex nimiâ humoris attractione resupinati, multùm ramosi, in quibus adverso positu folia Serpillo majora, mollia, suaviter odorata, & parùm incana: flosculi candicantes, Serpillo vel Origano similes, è spicis coagminatim squamatis prodeunt, quibus exile, rotundum, atq; è fusco pallidum semen numerosum subsequitur: licet ramulis, à matre avulsis ac terræ impactis, æquè facilè proveniat.

Dodon. fol. 270.
Cœsalpin. lib. 11. fol. 67. fol. 467. cui & Persa dicitur.
Lobel. 265. Obs. 213. Adv.
Lugdunens. 882. fol.
Cam. Epit. Matth. 490. fol.
Hort. Med. 13. fol.
Matth. C. Bauh. 534. fol.
Phytopin. 423. fol.

Germ. Gemeiner Gartenmajoran.

Trag. 9. cap. lib. primo.
Fuchs. cap. 259.
Tabern. 52. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 250. fol.
Durant. 42. fol.



I. Piper Indicum maximum longum.

II. Piper Indicum minus recurvis siliquis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

PIper Indicum longum maximum. Facies & habitus herbæ primum genus æmulatur, nisi quòd fructus omnium longissimus, deorsum spectans, ac in mucronem subindè recurvatum cogatur, qui si rectâ propendet figurâ, hinnuli potissimùm cornu refert, monente Cl. Clus. in suis curis posterioribus, 52. fol. è conversò à se opusculo Patris Gregorii de Regio, de Capsicorum varietate.

Vide autores superiùs designatos.

Germ. Grosser langer Indianischer Pfeffer.

II

Piper Indicum minus, siliquis recurvis. Minorem tantùm & graciliorem herbæ, & siliquarum sursùm recurvatarum figuram refert, aliàs superiori addendum.

Vide Clus. in Curis posterior. fol. 53.
ubi de plerisq; agitur speciebus.
Dodon. 704. & alios suprà citatos.

Germ. Langer kleiner Indianischer Pfeffer/mit krummen schöcklein.



1.

Piper Indicum medium.

Unable to display this page



II.
Piper Indicum bifurcata siliqua.

I.
Piper Indicum minimum erectum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

PIper Indicum minimum, siliquis oblongis erectis. Radices oblongæ, tenuiter fibratæ, gracilescunt, veluti & caulis multivariàm brachiatus; foliorum, per ambitum tenuiter & superficialiter circumrosorum situs, minore & angustiore habitu Amomo Pliniano proximo respondet: flores quoq; parvi; capsulæ graciliores, per maturitatem rubentes, sursùm spectant, vix transversum digitum longitudine superantes, parva semina, prioribus conformia, continentes.

Autores non videntur attingere.

Germ. Klein roch Schottenpfeffer/mit auffgereckten Schötlein.

II

Piper Indicum bifurcatâ siliquâ erectâ. Facie suâ priori omninò majus, latioribúsq; foliis magis primo respondet, præterquam fructu sursùm erecto, multò oblongiore, crassiore, qui superiùs in obtusum apicem, nonnunquam bifurcatum, & subindè pluribus tuberculis seu sulcis distinctum, abit: semina vulgatiori medio conformia sunt, cui quoq; fructus similimus esse videtur.

Germ. Langer Indianischer Pfeffer/mit auffgereckten Schötlein/so vnten gespalten scheinen.

Nec hujus autores meminerunt.



II. Piper Indicum Aureum latum

I. Piper Indicum siliquis flavis.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

PIper Indicum siliquis flavis. Cum eo, quod Medium nuncupatur, plantæ habitus ac siliquarum, terram versus spectantium, congruit, præter coloris flavedinem, quam clariss. Clus. (Scholiis ad Monard. simplic. Oriental. historiam, fol. 341.) in omnibus generibus observavit.

Germ. Langer Indianischer Pfeffer mit gelben Schotten.

II

Piper Indicum aureum latum. Fructu siliquato, coriaceo, latiore & vegetiore, promissioribus pediculis dependente, atq; ad aureum colorem inclinante, quo Aurantia mala probè matura refert, à priore variat, aliàs nulla diversitas animadvertenda.

Germ. Grosser golgelber Schottenpfeffer.



II.
Piper minimum Siliquis rotundis.

I.
Piper Indicum rotundum maximum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

PIper Indicum rotundum maximum. Folia, longis subnixa pediculis, crebra, integra, viridia, Ocimo latifolio seu Solano vulgari oblongiora, & magis fastigiata, incondito ordine insident cauli viridi, striato, ac in multa brachia diviso; flores singulatim paribus pediculis, è foliorum articulationibus exeuntibus, nituntur, parvi, quinis foliis candicantibus herbidum meditullii asteriscum circumdantes, quibus submittuntur fructus, infra pomorum aureorum amplitudinem, rotundi, & rimis aliquot seu sulcis distincti, deorsùm penduli, per initia virides, & postmodùm sub maturitate grato rubore, corallii nitorem affectantes, concludentes semina numerosa, è flavo subalbicantia, lenticulæ magnitudine propemodùm compressa, rotunda, & in mucronem collecta, gustus acredine, unà cum cuticulâ externâ, Piperi nihil cedentia: radix tenuiter fibrata, oblonga, gracilis & annua est.

Germ. Grosser Indianischer Schottenpfeffer, mit rocher runder vntersichhengender frucht.

II

Piper Indicum siliquis rotundis. Folia, præter similitudinem, paulò minora & angustiora erant, caulis longitudine & formâ nihil cedebat, flores æquè albescebant, Solani vulgaris vice, fructus similiter dependebant, Cerasum sylvestrem, vel Amomum Plinii, seu Strychnodendron æmulantes, post virorem demùm maturitate rubedinem inducentes.

Lobel. 172. ex placit. C. Bauh. in Phytopin.
Clus. 341. in Notis ad Monarden. in fol.
Lugdunens. 633. fol.
Cam. Hort. Med. 127. fol.
Phytopin. C. Bauh. 156.

Germ. Kleiner Indianischer Pfeffer mit runder frucht.

Tabern. 530. fol. lib. secundo.



II.
Piper Indicum medium longum erectum.

I.
Piper Indicum maximum rotundum erectum.

Unable to display this page



II.
Piper Indicum orbiculatum
Medium.

I.
Piper Indicum rotundum
aculeatum.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

PIper Indicum rotundum aculeatum. A superioribus differt saltem fructu rubro, Malis insanis paulò breviore, subrotundo, & inferiùs in innoxium quasi aculeum seu stamen abeunte.

Germ. Runder rocher Indianischer Pfeffer/mit spitzlein als kleinen stachelein.

II

Piper Indicum orbiculatum medium. Inter species, quæ formâ siliquarum sphæroide sunt, mediam magnitudinem obtinere videtur: siliqua verò exactè rotunda erat, rubra, & subtùs apicem, aculeo tenui conformem, è centro exerebat, alioquin nullo discrimine distans.

Germ. Mittelmessiger runder Indianischer rocher Pfeffer.


Piper Indicum cordatum.
Piper Indicum cordatum oblongum.

CELEBERRIMI EYSTETTEN-
sis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

PIper Indicum cordatum oblongum. Foliorum & caulis specie orbiculatum medium Piper refert, fructus siliquatus coriaceus è maturitate rubedinem contrahit, & oblongam cordis humani figuram affectat, vel olivarum quodammodò formam, quâ ad sextam siliquastrorum rotundor. propendentium speciem, à Clus. è tractatu patris Gregorii Cappucini mutuatam & deliniatam, rejiciendum videtur.

Germ. Langer Indianischer Pfeffer/so wie ein hertz formiert.

II

Piper Indicum cordatum, in rotundiorem tantùm fructus figuram colligitur, æquè in pediculo reflexo terram versus propendens, aliàs â priore parùm divertitur, nisi quòd seminum parvitas leviter variet.

Germ. Runder Indianischer Pfeffer/so wie ein hertz formiert.

III

Multiplicium specierum mira varietas non ab omnibus rei herbariæ scriptoribus attingitur, neq; etiam ob luxuriam siliquarum integrum fuit: de plerisq; tamen videbis autores, sub Piperis Indici medii adumbratione citatos; & de Cordatis speciebus lege

Dodon. fol. 702.
Clus. Cur. poster. fol. 52.
Lobel. Adv. fol. 134.
Lugdunens. 632.
Cam. Epit. Matth. 348.
Hort. Med. 127.
C. Bauh. Matth. 434.
Phytopin. 156. fol.

Germanos:

Trag. 148. cap. lib. 1. sub unâ icone.
Fuchs. 281. cap.
Cam. Matth. Germ. 181.
Durant. 758. fol.

Unable to display this page

SECVNTVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
AVTVMNALIVM.


Canna Indica rubra.

CELEBERRIMI EYSTET-
tensis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

CAnna Indica rubro flore, Arundo Indica florida Lobel. Cannacorus quorundam seu flos Cancri. Radices numerosis, prolixis, crassiusculis fibris constant, effusis è multis nodosis capitibus, quæ singula successivè convolutum quasi angustum cucullum, Lilii convallii primùm erumpentis instar, emittunt, sensim se dilatantem in folium tenue, herbaceæ viriditatis, è latitudine in longitudinem mucronatam coactum, obliquè frequentérq; nervatum, è cujus sinu tandem prodit caulis arundinaceus singularis, lævis, bicubitalem sæpiùs altitudinem excedens, ac infernâ parte digiti minimi crassitudinem: hunc alternatim amplectuntur paria, sed multò ampliora folia, Helleborum album adultum, aut potius Musam quadantenus æmulantia: summa pars caulis in alas dividitur, floribus Gladiolo seu Xiphio conformibus onusta, longioribus tamen & angustioribus foliis præditis, hilarioris ruboris, seu minii colore tinctis, quibus hirtum viride capitulum substernitur, quod cum suo flore, nondum adaperto, forpiculam seu chelam cancri fluviatilis referre, herbarii tradunt. Emarcidis floribus, idem capitulum abit deniq; in triangulam, oblongam, & molliter echinatam siliquam, cujus in medio intrinsecus longo ordine disponuntur semina rotunda, dura, solida, maturitate nigricantia, Ochri seu Fabæ nigræ granis æqualia, è quibus sphærulas precatorias Hispani & Lusitani confici curant, Clusio attestante.

Clus. LXXXI. fol.
Lobel. Obs. 29. Adv. 28.
Lugdunens. 1001.
Epit. Matth. Cam. 731.
Hort. Med. Cam. 33.
Matth. C. Bauh. 701.
Phytopin. C. Bauh. 45.
Germ. Roth Indianisch blumenrhor / mit feuerrothen blumen.
Tabern. 706. lib. primo.
Cam. Matth. Germ. 338. late: post: Gladioli Indici titulo.
C. Durant. apud quem multa vide de ejus viribus,
ubi & Papyri nomen illi attributum leges, 422. fol.



Canna Indica lutea rubris
maculis punctata.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

CAnna Indica flore croceo guttato. Folia multò ampliora erant, alioquin à Cannâ Indicâ rub. flor. nullis aliis notis distabat, quàm florum speciosiore elegantiâ, qui croceo colore placent, ac saturatè rubris ac ferè nigricantibus stigmatibus seu punctis inficiuntur.

A nullo adhuc eâ facie prodita fuit.

Germ. Golegelb Indianisch Blumenrhor/ mit schwartzen düppelein besprengten blumen.


II.
Centionella Autumnalis flo
lys Centaurij minoris flore cæ
rulco
I.
Iasminum Indicum flore
rubro & variegato
III
Centionella multiflora Autu
mnalis cæruleo purpurascens

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

IAsminum Indicum flore rubro, albo variegato in eâdem plantâ. Atq; his saltem florum coloribus à congenere priori specie discrepat; jam hilariore purpurâ, rubro colore, interdum albo, nonnunquam albo & purpureo simul dimidiatim in eodem flore tingitur, sive inæqualibus vel latis vel minutis maculis purpureis, tàm punctatim quàm virgatim album colorem intercurrentibus, quandoq; radiis flavis per longitudinem flores distinguentibus, miras oculorum delicias facit. Cæteroquin ad præcedens referendum.

Autores superiùs annotatos habes.

Germ. Gescheckte Indianische Blumen/mit rothen vnd weissen flecken vermische.

II

Gentionella Autumnalis, angustifolia, minor. Radicula exilis, pallida, tenuiter fibrata, caulem ferens palmarem, multis foliis angustis, Polygalâ recentiorum vel Hyssopo magis mucronatis, situ geminato sibi oppositis, obsessum: flores hypocalicibus tenuiter laciniatis insident, oblongi, concavi, & in quatuor folia paulatim reflexa, ac circa latera, utrinq; pilosa, dispositi, pulchrè cœrulei, quibus subsequuntur semina, in oblongis capitulis condita, minuta, rotunda, subnigricantia.

Thal. Harcyn: Saxono Thuring: Violæ Calathianæ
Autumnalis 1. titulo, fol. 130.
cui vera Pneumonanthe Cordi est.
Vt etiam Casp. Bauh. fol. 345. Phytopin. 345.

Germ. Blaw Himmelstengel/oder klein Enctian/mit schmalen blätern.

III

Gentionella multiflora Autumnalis, è cœruleo purpurascens. Radix exigua est, parùm fibrata, tenuis, caulis dodrantem altus, quandoq; procerior, quadrangulus; hunc folia conscendunt penè triangula, trinervia, Gentionellæ Vernæ ferè effigie, sine pediculo affixa: flores in alis prodeunt cavi, oblongi, in triangula quina folia superiùs distincti, coloris, ut Thalius habet, è pallidiore cœruleo leniter subrubentis: semina pariter in oblongis conceptaculis promuntur minuta, rotunda, obscurè fulvescentia.

Clus. Gentianæ fugacis titulo, quæ septima numero est.
Thal. Scripto superiùs citato, fol. 131.
C. Bauh. Phytopin. 345. fol.

Germ. Himmelstengel/oder klein Enctian/mit purpurblawen blumen/im Herbst blühende.



1.

Iasminum Indicum, seu flos mirabilis peruanus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

IAsminum Indicum flore flavo, rubris maculis variegato. Hujus tàm exotica elegantia, quàm insignis florum varietas Thaumantidis nomen, uti & mirabilis plantæ titulum emeruit, quare Cœsalpino Maraviglia de Peru, Hispanis Mirabillas de Peru dicta fuit. Itali florem Indicum & Mexicanum, Belgæ Solanum odoriferum vocant, Clusio monente, cui & Hachal Indi sive Admirabilis Peruana. Camerar. Gelsiminum vel Iasminum Indicum nuncupat. Radix carnosa, solida (quam sciſsam sanguineum ruborem contrahere Cœsalpinus annotavit) Rapi aut Raphani longi formam affectat, foris nigra, intus albida, ac, inferiùs in fibras aliquot divisa, è capite suo caules ortu diversos emittit, singulatim ramos, herbacei coloris, erectos, & bicubitalem quandoq; altitudinem excedentes, in quibus, oppositò sibi ordine binario, collocantur folia Circeæ Lutetianæ, aut Solani vulgaris, præterquàm quòd ad processùm pediculi latiorem basim referant, in summo mucronata, viridia, fervidi odoris, & gustus pariter, ac ingrati: flores multi unà in extremitate alarum emicant, singularibus brevibus pediculis, & foliaceo quinque laciniarum mucronatarum velut hypocalicio excepti, Tabaci ferè effigie, oblongi, concavi, & antequàm aperiantur Pentagonâ specie complicati, quam expansi in convolvuli formâ obtusis licet angulis commutant; meditullium obtinet sex oblonga tenuia staminula, stylo promisſiore conjuncta: varietate autem coloris mirè placent, aliquandò enim duntaxat flavi aut pallidioris sunt, quandoq; obsoletè flavescunt, sæpissimè binis coloribus simul elucescentibus, vel radii, modò flavi, modò purpurei, florem percurrunt, vel purpurascentes maculæ, vario situ & mixturâ, per totum florem flavescentem aut pallescentem dispergunt (ut accuratiſs. Clus. verba mutuem:) odore constant dulciusculo remissiore, sed ephemeri sunt, & temperato aere, aut ut plurimùm humidiore, explicantur: illis deciduis, sequuntur semina, singulatim sine pericarpio locum floris occupantia, Myrti seminis magnitudine, subrotunda, & in medio ventricosa, è fusco nigricantia, ac minutis tuberculis nonnihil exasperata, quæ matura, vel levi vento impulsa, decidunt.

Depingitur & describitur exactiſsimè à Clus. fol. LXXXIX.
Cœsalpin. quoq; meminit illius, quòd rubri coloris est, & ad Mandragoram Theophrasti refert, lib. 4. c. XI. fol. 154.
A. Lobel. Icon. depingitur sub magnæ admirationis herbæ titulo, fol. 262.
Vide etiam Iasminum rubrum Dalechampii, fol. 1433. quod tantùm levibus caulis rubicundi notis à Clusio distinguitur à Iasmino, è rubro & albo variegato.
Hort. Med. Cam. 64. fol.

Germ. Geſcheckte Indianiſche Blumen / ſo mit gelben vnd rothen fleckle in vermiſchet ſind.



II
Origanum Onites dictum.

I
Helenium.

III
Origanum vulgare.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

HElenium seu Enula Campana, quam quidam pro radicibus Behen substituunt. Radice constat magnâ, crassâ, inæqualiter protuberante, foris subfuscâ, intus albâ, suaviter odoratâ, & acri: inde caulis in tricubitalem assurgit altitudinem, subhirsutus, & ad summum usq; foliis vestitus, sibi sine pediculis arctè inhærentibus, quorum inferiora Symphyto majore ampliora sunt, & mucronata, per ambitum tenuiter crenata, superiùs in virore albicantia, & tenui lanugine obsita, inferiùs albidiora: flores summum caulem ejusq; adnata occupant, squamatis capitulis suffulti, aurei, radiatis plurimis tenuibus oblongis foliis, Conyzæ mediæ seu Bubonii lutei Tab. modo, latum meditullii discum, innumeris staminulis brevibus farctum, orbiculatim ambientes: semen staminulis subest, barbulis rigidis brevibus annexum, Conyzarum modo. Matthiolus illi semen Verbasci attribuit, tactu pruritum faciens.

Dod. Pempt. tertio. l. 1. c. xx. f. 341.
Cœsalpin. 12. lib. cap. 34. fol. 499.
Lobel. Obs. 309. Adv. 426. fol.
Lugdunens. 867.
Cam. Epit. Matth. 35. fol.
Hort. Med. 71.
Matth. C. Bauh. 72. fol.
Phytopin. 541. fol.
Germ. Alantwurtz.
Trag. lib. 1. cap. 55.
Fuchs. cap. 89.
Tabern. 264. fol.
Matth. Cam. Germ. 18. fol.
Durant. 438.

II

Origanum vulgare seu sylvestre. Montibus ob natalem nomenclaturam debet, quamvis plurimùm in planis sylvestribus & dumetis reperiatur. Virgultis est multis, ab unâ radiculâ, summâ tellure vagante, ac filis tenuibus subfuscis densè fibratâ, cubito altioribus, leviter pilosis, rectis, in quibus folia Amaraco majora & longiora. Flores summis caulibus insident, particulatim umbellas constituentes, Serpilli aut Pulegii formâ, dilutè purpurei, & rariter albi, quibus emarcidis, remanent in parvis & tenuiter testiculatis utriculis semina exilia, subrufa, Amaraci seminibus majora.

Dodon. 284. fol.
Cœsalpin. lib. II. c. 52. fol. 463.
Lobel. Obs. 263.
Lugdunens. 887.
Cam. Epit. Matth. 469.
Hort. Med. 112.
Matth. C. Bauh. 519. fol.
Phytopin. fol. 420.
Germ. Dosten oder gemeine Wolgemuth.
Trag. lib. 1. cap. 10.
Fuchs. 209. cap.
Tabern. 59. fol.
Matth. Cam. Germ. 239. fol.
Durant. 680.

III

Origanum, Onites dictum. Minoribus tantùm & Hyssopo Græcorum adscriptis foliis disidet, Amaraco tenuifolio proximis; flores in fastigiis magis spicatis ut plurimùm albicant: semina & radix ferè conveniunt.

Vide autores superiùs citatos.
Germ. Frembd Wolgemuth/ oder Dosten.



L.

Amaranthus Tricolor.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

AMarantus tricolor. Blitum variegatum quorundam. Celosia Tragi. Symphonia Plinii. Camer. Herba Papagalli seu Psittaci. Folia sortiebatur Bliti majoris Dodon. è lato in acutum producta, longis pediculis innixa, vel omninò pallidè flavescentia, viridia, rubentia, vel particulatim sanguineo, aut puniceo, viridi, luteo colore distincta, ita ut Psittacorum plumas speciosas æmulari viderentur, miro & grato oculorum blandimento: hærent autem in caule rotundo, cubito altiori, cui secundum alarum cavitates flores muscosi, vix conspicui, annascuntur, Bliti florum effigie, & sub his in tenuissimis membranulis semina minuta, orbicularia, compressa, nigro colore splendentia: radix annua est, & fibris multifidis deorsùm demissis obsessa, albescens.

Cœsalpin. alterius Bliti peregrini titulo, lib. 4. c. 26. fol. 162.
Lobel. Obs. 127. Adv. 95.
Lugdunens. 540. fol.
Cam. Hort. Med. 13. fol. & 29. fol.
Phytopin. C. Bauh. 194.
Germ. Papagepfedern.
Trag. 141. lib. secundo.
Tabern. 142. lib. secundo.



I.
Amarantus major panniculis rubris.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

AMarantus major panniculis rubris. Radices habebat longas, fibratas, annuas, & ætate ligneſcentes, caulem bicubitalem ſtriatum, in quo folia Blito latiora & oblongiora, ſubrubentia, ſubindè magnis & ſubobſcuris nigricantibus maculis infecta, ac mucrone finita, ambitu quandoq; leviter & tenuiter circumroſa: adnata, ut & caulis ſuperiorem partem, paniculæ longæ, obſoletè rubentes, erectæ, ſtipant, exilibus, & in medio tenuiter ſtamineis floſculis, & poſt illos ſemine hispidis loculis condito, numeroſiſsimo, albo, minuto, vulgari Amaranto ſimili, cumulatim confarcto; cacumina caulis plerunq; in bifidam, aut nutantem, compreſsam, vel ſubindè confertis panniculis prolificam ſpicam extolluntur.

Dodon. 607. | Lobel. 126. Obſ. 95. Adv. | Matth. C. Bauh. 357. | Tabern. 141.
Cæſalpin. lib. 4. cap. 26. f. 162. | Lugdunenſ. 539. | Phytopin. 393. | Matth. Germ. Cam. 134.
Cluſ. ſub Quinuæ titulo ſeu Bliti Peruviani, fol. LXXXI. | Cam. Epit. Matth. 234. fol. Hort. Med. 13. fol. | Germ. Groſſe rothe Sammetblumen/oder groſſer Meyer. | Durant. 147.

Habetur & alia ſpecies, quæ pari facie, ſed paulò humilioribus caulibus variat, & dilutiore panniculorum colore, ſemine & radice, uti & foliis, non ità latis & rubentibus, parùm diſpar.

II

Hieracium minus, Hyoſeridis latifoliæ facie. Radicibus erat gracilibus, longis, & modicè ac tenuiter fibratis, ſubalbicantibus, quarum caput diſpergebat folia plurima, orbiculatim quaſi terram radentia, oblonga, & anteriùs latiora, ambitu inæqualiter dentata, Hyoſeridem latifoliam Tab. referentia: è medio illorum palmaris longitudinis, tenues, virides, & ſurſum verſus bifidi cauliculi prodeunt, in cacumine, oblongo & quaſi ſquamato viridi capitulo impactum florem, Hieraciorum modo luteum, radiatum, & poſt hunc iisdem ſub capitulis ſemen gracile, Hieracii pappis annexum, proferentes. Quadraret omninò ad Hyoſeridem, niſi pappoſum ſemen foret.

Nemo attingere videtur; nos in viâ Auguſtam verſus, ut & Francofurdiano itinere, obvium habuimus.

Germ. Klein Habichtskraut/mit breiten blätern.

III

Seſamoides Salmanticum parvum. Radicula gracilis, longa, albeſcens, ſingularis erat, bifido capitis proceſſu finita, ubi ceſpites quàm plurima conferta folia, terram radentia, Lini foliis non longiora, ſed è gracilitate in latiorem formã obtuſam producta, obſcurè virentia, oſtendebant; inter quæ cauliculus unus atq; alter, aut plures, aſſurgebant teretes, tenues, magna per intervalla anguſtis foliolis ſepti, in ſummo ſparſis quaſi faſciculis raris flores continentes muſcoſos, herbidi palleſcentis coloris, ſtellatos, quos ſequuntur in parvis membranaceis caliculis ſemina copioſa, nigrocinerea, inæqualia, puſilla.

An ſecund. genus Seſamoid. Salmant. Cluſii, quod Behen floris parvi appellatione à Iacobo Plateau ſibi miſſum ſcribit, fol. 295.

Et Muſcipula altera flore muſcoſo, Lob. Adv. 190. Videtur cognatum eſſe plantæ Thalianæ, quam ἀγγελικὸν vocat. Sylv. Harcyn. Thuring. fol. 68.

Germ. Ohlöffelenkraut.



II. Amarantus Cristatus. I. Amarantus Spicatus.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

AMarantus Criſtatus. Amarantus panniculâ incurvâ C. Bauhin. purpureus, ſecundus Dodon. Folia Solani & Atriplicis Helxines foliis longiora habebat, in caulibus alternatim exeuntia, ſesquicubitalibus, rubris, nitidis, & vertices verſus brachiatis; cacumina ſingula exornant ſpicæ, holoſerici rubri colore tinctæ, & multipliciter coagminatæ, criſtatæ, & in ſummo latiores, compreſſæ, ac variè reflexæ, ſeu nutantes quandoq;, in. quibus complectuntur ſemina nigra, Amaranti tricoloris æmula, vel vulgatioris purpurei, quem & radices annuæ produnt.

Lobel. 126. Obſ. Adv. 95.
Lugdunenſ. 871.
Cam. Epit. Matth. 792.
Hort. Med. fol. 13.
Matth. C. Bauh. 737. fol.
Phytopin. 193.
Germ. Hannenkamm.
Cam. Matth. Germ. 365.
Durant. 44.

II

Amarantus ſpicatus. Foliis eſt Blito anguſtioribus, oblongis, acutis, integris; caulibus rubicundis cubitalibus, in adnata brachiatis, quorum ſummitates in ſpicas, prioris Amaranti ritu ſaturato rubore tinctas, abeunt, vel ſingulares, vel multiplicatas, quæ condunt ſemina Amaranti præcedentis, quem etiam radices fatentur.

Dodon. 185. fol.
Lobel. 126. Obſ. Adv. 95.
Lugdunenſ. 871. fol.
Cam. Epit. Matth. 791.
Hort. Med. 13. fol.
Matth. C. Bauh. 737.
Phytopin. C. Bauh. 193. fol.
Germ. Sammetblumen/Tauſentſchön.
Tabern. 142. fol.
Cam. Matth. Germ. 365.
Durant. 43.



L.

Tabacum latifolium.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

TAbacum seu Nicotiana major latifolia. Picielt Indorum Monardis. Petum Peruvianum, Perebecenuc Oviedi, Tornabona Cœsalpini. Hyoscyamus Peruvianus Dodonæi. Sana sancta Indorum Lobel. Buglossum antarcticum quibusdam Lugd. Herba sanctæ crucis Castoris Durant. βλωμὸς, quòd pituitam è cerebro fluentem eliciat, P. Renealmi. Indiæ exploratorum sedulitati hanc etiam acceptam referre debemus stirpem, tàm spectatæ pulchritudinis, quàm à summâ multiplicium virium commendatione Panaceæ titulo dignatam. Nostrum solum cultu lætiore deliniata haud aspernatur, algoris tamen impatiens â frigoribus munienda est. Radices obtinet è crassiori basi multifidas, lignosas, & variè divaricatas, albicantes, caulem baculi crasitie, altitudinis tricubitalis, viridem, tenui pilo pubescentem, unctuosum, medullâ candidâ farctum, ramosum, quem latâ sinuum basi amplectuntur folia frequentia, ampla, Verbasco & Symphyto majori grandiora, è medio ambitu latiore & quasi gibboso sensim tandem in mucronatam figuram coacta, dilutè viridia, pinguia, & nonnihil viscida, adeò ut etiam minutæ muscæ illis adhæreant. In frequentium ramorum brachiis flores è dentatis foliaceis calicibus, singulatim pediculo firmo exceptis, prodeunt, ex imâ concavâ angustâ specie in quinquangularem limbum dilatati, seu, ut Cœsalpin. habet, tubæ effigie, in albedine dilutè purpurascenti rubore suffusi, quorum meditullia quina stamina, stylum pallidè virentem prominentem cingentia, occupant: marcida illa sequuntur capita olivaris magnitudinis, in mucronatum nonnihil apicem desinentia, minutissimo pullo seu è fulvo nigricante rotundo semine referta. Cœsalpin. etiam caulibus seri vult, cujus tamen rei periculum frustrà fecimus.

Dodon. 449. fol.
Cœsalpin. lib. 8. cap. 43. fol. 344.
Clus. in Monardis versione, fol. 307.
Lobel. 316. Obs. Adv. 252.
Lugdunens. 1895.
Cam. Epit. Matth. 810.
Hort. Med. 165.
C. Bauh. Matth. 751.
Phytopin. C. Bauh. 305. & 306.
Paul. Renealm. specim.
Hist. plant. 33. &c.

Germ. Groß braitblätericht Indianisch Wundkraut der Männlein.

Tabern. 280. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 373.
Durant. 645.



III. Nicotiana minor seu Hyoscyamus luteus.

II. Oxicoccon seu Vaccinia palustria.

I. Nicotiana maior rang folia.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

NIcotiana major anguſtifolia. Humiliore caulis, & foliorum habitu anguſtiore differt, quæ plerunq; in acutum abeunt, & è pediculo cauli affiguntur.; florum quoq; proventu locupletiori, eorúmq; colore intenſiore gaudet. Vulgus herbariorum huic fœminæ, ut latifoliæ Nicotianæ maris titulum aſsignat.

Dodon. Hyoſcyami Peruviani alterius titulo, fol. 449.
Lobel. Obſ. p. 316. icon. p. 585.
Vt & autores ſuperiùs deſignati hujus meminerunt.
Germ. Schmalblätericht Indianiſch Wundkraut.

II

Oxycoccon Cordi. Vaccinia paluſtria Dodon. Radiculis conſtat tenuibus, multifidis, ac fibris frequenter capillatis, diffundentibus ſupra muſcum viticulas longas, ſetarum propemodùm tenuitate, ſubrubentes, lentas, & variè obliquatas, in quibus utrinq; folia, Serpyllo minutiora, vel Thymo, ſeu Lenticulâ, mucrone finita, & ambitu verſus dorſum incanum leniter reflexa (ut Thalii verba mutuem:) flores non vidi, Thalius ei purpureas exiguas Citini facie attribuit. Subnaſcuntur baccæ rotundæ, Iuniperinis vix ampliores, initiò herbacei palloris, poſteà punctulis minutis infectæ, ac quandoq; omninò rubentes.

Dodon. 758.
Lobel. Obſ. 547. Adv. 417.
Lugd. 187. Ericæ ſextæ bacciferæ Dod. titulo.
Thal. Sylv. Saxono Thuring. 82. fol.
Germ. Moßbeer.

III

Nicotiana minor, ſeu Petum quartum Cluſ. in Monard. Hyoſcyamus dubius luteus Solanifolius Lobel. Multò humilior eſt Nicotianâ præcedente, & ſesquicubitalis, caule rotundo, pingui, tenuiter hirſuto, pallidè virenti; in quo folia virentia, ſubrotunda, pinguia, ſuccoſa, & parùm piloſa, Solano furioſo non abſimilia: flores in dentatis foliaceis alabaſtris è flavo languidiorem colorem induunt, Nicotianâ multò minores, tubuloſi, in quina obtuſa bifida labra explicati, quibus deciduis ſubrotunda capitula remanent, tenuibus, prioris Tabaci æmulis, ac majoribus, rotundis, lividopalleſcentibus ſeminibus referta.: radix ſubtùs demiſſà, annua, fibris lateralibus multùm obſidetur.

Dodon. 447. fol.
Cœſalp. lib. 8. cap. 44. fol. 345.
Lobel. Obſ. 140. Adv. 107.
Lugd. 1718. ſub diverſis iconibus.
Epit. Cam. Matth. 809. fol.
Hort. Med. 77. fol.
Matth. C. Bauh. 750. fol.
Phytopin. 306. fol.
Germ. Wundbilſam/gelb Wundkraut.
Tabern. 278. lib. ſecundo.
Cam. Matth. Germ. 373.
C. Durant. 461.



I.
Stramonia.

II.
Halimus.

III.
Botrys Dracontiæ maior.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

STramonia. Nux Metella, seu Methel Avicennæ Cœsalpin. & Lugdunens. Hippomanes Anguillaræ. Pomum spinosum Dodon. In fictili altum, proceritatem cubiti attingebat; caulis glaber erat, & coloris herbacei, singularis, inferiùs minimum digitum crassus; folia pediculis longis & firmis suffulciebantur, Solani seu potius Mali insani effigiem affectantia, sed lævia, teneriora, virentia, margini busaliquantùm sinuosa, prope pediculi processum basi inæquali, ac in summo mucronem producentia, odore Opii: flores in pariter firmis & surrectis pediculis prodibant, grandes, oblongo & denticulato calici impacti, candidi, calathiformes, tubulosi, & secundum longitudinem plicati, Nicotianæ floribus, seu Convolvuli majoris specie ampliores, ambitu obtusis sinubus, & senis plerunq; angustis prominentibus per intervalla laciniis notati, staminula aliquot in medio gerentes: floribus emarcidis pilulæ, brevibus crassis spinulis exasperatæ, rotundæ, Gallis paulò ampliores, aut nucem juglandem æquantes, succedunt, complectentes semina, Daturæ seminibus majora, cumulatim congesta, albida, compressa, & propemodùm in triangulam formam abeuntia.

Dod. 456. à quo benè describitur.
Cœsalpin. lib. 5. cap. 17. fol. 212.
Lobel. Obs. 136. Adv. 105.
Lugdunens. 629. fol.
Cam. Epit. Matth. 175.
Hort. Med. Cam. 107.
Matth. C. Bauh. 225.
Phytopin. C. Bauh. 229.
Germ. Stechöpffel/Domöpffel.
Trag. cap. 128. lib. secundo.
Fuchs. 265. cap.
Tabern. Solani spinosi nomine, 282. fol.
Cam. Matth. Germ. 377. fol.
Durant. 655.

II

Halimus vulgaris Matth. Portulaca Marina Dodon. Plurimis fruticat virgis, candicantibus, lentis, flexilibus, resupinatis, per intervalla nodosis, seu geniculis interceptis, cubitum altis, in quibus folia albida, angusta, lævia, Oleæ æmula, pulposa, salsi gustus, singulis geniculis bina sibi correspondentia; fastigia virgarum abeunt in racemos oblongos, quorundam Atriplicum facie, onustos floribus exiguis, herbaceis, muscosis, quos excipiunt semina parva, plana, copiosa, similiter Atriplices referentia: radix vivida est, lignosa, variè dispersa, perennis.

Dodon. 759.
Clus. 54. fol.
Lobel. 213. Adv. 168.
Lugdunens. 265.
Epit. Cam. Matth. 83. fol.
Hort. Med. 71. fol.
Matth. C. Bauh. 145.
Phytopin. 564.
Germ. Meergewechs.
Matth. Cam. Germ. 45.

III

Botrys seu uva Dracontii majoris Dioscoridis, superiùs descripti. Compactioris uvæ racemulum referens, primò baccas virides, pòst Ari modo rubentes, rotundas, nec illi absimiles profert, quæ intus cohibent semina rotunda, ferventia, ac mordacia. Admodùm probè depingitur in Epit. Matth. Cam. fol. 360.

Germ. Die Fruche oder Trauben von der grossen Natterwurtz.



I.
Datura Turcarum.

II.
Polium foliis & facie Lavendulæ

III.
Linaria purpureo violacea elatior.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

DAtura Turcarum, seu Christoph. Acostæ, Marana Persarum. Solanum fœtidum spinosum, semine nigro, C. Bauh. Radix magna, non profundè acta, & crassè fibrata, albescens, annua & lignosa est: caulis digito crassior, lævis, striatus, diluti viroris, & superiora versus inæqualis, ac variè brachiatus; inde dependent in longis pediculis folia frequentia, grandia, Xanthii, seu Atriplicis latifoliæ, quam Tabernæm: Chenopodium vocat, foliis præter similitudinem ampliora, laciniis longis & acutis angulis finita, nauseabundi odoris: flores singulatim sinubus ramulorum oriuntur, quinquangularibus viridibus calicibus inhærentes, teneri, calathiformes, candidi, Convolvuli majoris seu Stramoniæ veræ (quâ minores sunt) faciem prorsus referentes, odoris dulciusculi, sed ingrati, quem magis humidiore aere spirant: succedunt oblonga capitula, Nucem juglandem æquantia, crassò pediculo fulta, exteriùs viridi, & aculeis circumquaq; horrido cortice, interiùs octo cellulis prædita, quæ referta sunt seminibus copiosissimis, initiò albescentibus, mox pallido rubore, & deniq; per maturitatem nigredine infectis, inæqualibus, asperis, & dichotomam ferè formam æmulantibus, ac Stramoniæ seminibus majoribus.

Garcias de Horto cap. 24. lib. 2. (ex versione Clus.) ubi flori colorem Rosmarini attribuit.
Christoph. à Cast. de Arom. cap. 53.
Lugdunens. 1913. fol.
Epit. Matth. Cam. 176.
Hort. Med. 166. fol.
C. Bauh. Matth. 228. fol.
Phytopin. 299.
Germ. Jgelskolben/Stachelnüß.
Cam. Matth. Germ. 377.
Durant. 319. fol.

II

Polium foliis & facie Lavendulæ. Radiculis est lignosis, tenuibus, surculosis, ac modicè fibratis, virgulis frequentibus, dodrante altioribus, infirmis, duris, obsequiosis, quas crebra folia, sibi geminatim opposita, ab imo usq; ad summum vestiunt, Lavendulæ angustifoliæ æmula, superiùs viridia, subtùs incana, & odorem Cyperi parùm trita exactè referentia: flores multi extremis cacuminibus confertim insident, Thymbræ seu Satureiæ conformes, & majores, ex albo pallescentes, quibus evanescentibus, semina in vasculis substratis oriuntur, rotunda, nigricantia, parva.

Pertinent ad Clus. Pannon. Polium VII. fol. 363.
ad Lobel. Polium Lavend. fol. fœminam, fol. 258. Obs. Adv. 207.
Lugdu. Polii albi Matth. nomine 929.
Cam. Epit. Matth. 587. fol.
Hort. Med. 129. fol.
Matth. C. Bauh. 612. fol.
Germ. Marienkraut/wild Lavendel.
Tabern. 80. fol. lib. secundo.
Cam. Matth. Germ. 293.
Durant. 776.

III

Linaria purpurea elatior. Caulis erectus, bicubitalis, viridis, obsidetur foliis, Linariæ vulgari aut Lino similibus, viridibus, longioribus, frequentibus, superiori parte brachiatur in ramulos, ostendentes flores, Linariæ vulgaris floribus graciliores, elegantes tamen, & purpureo violacei coloris; quibus marcidis, remanent in parvis membranaceis capitulis semina exilia, inæqualia, nigra: radix subest longa, tenuis, albescens, divaricata, & fibris crebris firmata.

Dodon. Linariæ alt. purpur. tit. fol. 185.
Linariæ purpur. Obs. 222. & icon. 407.
Phytopin. C. Bauh. 401. fol.
Germ. Braun groß Vngerisch Leinkraut.

Unable to display this page

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

SOrgo & Melica Italorum, Sorgum & Milium Indicum fructu seu grano rubro Radicum caput fibris annuis, robustis, multis, è lateribus demissis, Milii & Panici ritu firmabatur, culmus tricubitalis erat, lævis, geniculatus, inferiùs digiti minimi crassitudine, intùs albâ medullâ refertus, cui circa articulos arctâ sede inhærebant folia, quatuor ferè digitos lata, & propè cubitum longa, in mucronem finientia, arundinacea: cacumen latum, oblongum, jubatum erat, Milio multò densius, floseulis luteopallidis parvis, & his succedentibus, cannabinorum seminum magnitudine, & duplâ tunicâ (ut Lob. loquitur) involutis granis, subrotundis, rufis, tenuibus, & variè contortis pediculis affixis, cumulatim confarctum.

Dodon. 499.
Cœsalpin. lib. 4. cap. 53. fol. 181.
Lobel. Obs. 24. Adv. 14. fol.
Cam. Epit. Matth. 194.
Hort. Med. 101.
C. Bauh. Matth. 330. fol.
Phytopin. 53. fol.
Germ. Welscher Hirschensamen / oder Sorgsamen / mit rothen körnlein.
Tabern. 817. fol. lib. 1.
Cam. Matth. Germ. 112. fol.
Durant. 603. fol.

II

Sorgum fructu albo. Colore tantùm seminis, cæteris notis nusquàm variat.

Germ. Welscher Hirsch / mit weißlechten körnlein.

TERTIVS ORDO
COLLECTARVM PLANTARVM
AVTVMNALIVM.



II. *Serpillum citratum.* I. Papas Peruanorum. III. *Thymus vulgatior.*

CELEBERRIMI EYSTET-tensis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

PApas Peruanorum. Taratuffli, Arachnida Theophrasti, Clusii. Solanum tuberosum C. Bauh. Picnocome Dioscorid. Cortusi. Ex insulâ Virginia Anglis, inde Gallis, atq; ab his nostris regionibus communicata fuit. Radice nitebatur crassâ, carnosâ, obliquatâ, undiquaq; protuberantibus eminentiis, circa cutem exteriorem teneriusculam è fusco rubentibus, æqualiter turgente, quæ, mediocri profunditate sub terram demissa, prolixos multifidos fibrarum processus latè diffundebat, adnatis aliis majoribus & minoribus, rotundæ, subrotundæ, & oblongatæ figuræ tuberibus fœcundos, fuscis, aut foris ex albido purpurascentibus, à quibus singulis (saltem à frigore defendantur) nova prolifici generis conservatio expectanda est. Caulis tricubitalis erat, carnosus, ob infirmitatem quandoq; fulciendus, angulis vel striis tenuiter crispatis prominentibus distinctus, parùm hirsutus, emittens frequentes, longos, carnosos pediculos, sibi ipsi pariter ac crebris adnatis brachiatis insidentes, & multa foliorum segmenta, è rotunditate oblonga, tenuiter hirsuta, à virore pallentia, opposito ordine binario (parvis semper aliis geminatim interjectis) conjugatim, usq; ad extremi imparis folii eminentiam subvehentes: ramorum alæ crassos, longos pediculos submittunt, qui singulatim aliquot flores, Solani Halicacabi vel Malorum insanorum floribus similes, ferunt, sed ampliores, & cum successivè explicãtur, dilutè purpureos, quinquangulares, ac radiis stellatis pallescentibus quibusdam veluti discretos, staminulis flavis, meditullii stylum eminentiorem subviridem cingentibus, constantes, Tiliæ florum odore (è Clusiana fide:): succedunt fructus globosi, longis pediculis penduli, Avellanis tùm majores, tùm minores, succulenti, numerosis granis albis, planis, exiguis, Solani vulgaris vel Melongenæ semina quodammodò referentibus, prægnantes, qui post virorem extremum in albedinem desinunt, sæpiùs obsoleto rubore suffusum.

Describitur exactissimè à Clus. fol. LXXXIX,

Casp. Bauh. in Matth. recogn. fol. 758. Phytopin. 301.

Germ. Grüblingbaum/ quasi tuberum arbor.

II

Serpyllum citratum. Radicibus fuscis, exilibus, lignosis, multiplicibus & tenuibus, circa geniculos fibratis, ac sub telluris superficie dispersis, vulgare refert, æquè ac foliis magis atris & crassioribus quandoq;, quæ trita evidenter Citrum vel Melissophyllon olent: flores purpurascentes, caules quadranguli, & semina minuta, Amaraci granulis cedentia, rotunda, nigricantia quoq; conveniunt.

Clus. 359. Serpylli Pannonici 1. titulo. Epit. Matth. Cam. fol. 489. Matth. C. Bauh. 533. fol.

Thal. Harcyn. Saxono Thuring. III. Phytopin. C. Bauh. fol. 416.

Germ. Zitronenquendel.

Tabern. 77. lib. secundo. Matth. Cam. Germ. 230. fol. Durant. 934. fol.

III

Thymus vulgatior, folio tenuiore, C. Bauh. Radix exigua, lignosa, & tenuiter fibrata est; caulis vix palmaris, ramosus, firmus, gracilis, quadrangulus, frequentibus foliis, Serpyllo minori angustioribus, ordinatè vestitus, subviridibus, flores Saturciæ æmuli, propè cacumina cumulantur, candicantes: semina pusilla, rotunda, nigricant.

Lugdunens. 898. Epit. Matth. Cam. 486.

Matth. C. Bauh. nomine Saturciæ Dioscor. 532. Phytopin. C. Bauh. 414.

Germ. Gemein Gartenthymian. Matth. Cam. Germ. Saturciæ secundæ nomine, 249. fol. Durant. 298.



II. Pseudocolocynthis pyri forma

Colocasia.

III. Cucurbita Aurantij forma.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

COlocasia, Faba & Lotus Ægyptiaca Bellonii. Arum magnum & Pampina Paradisi, Siculorum Cœsalpini, Culcas Ægyptiorum & Colocassia, Prosp. Alpini. Radix inferiùs in crassam, grandem, subfuscam, oblongatam (fortè fictilis compressu) massam extuberabat, cui insidebant alia capita turbinata propè effigie, subtùs longas, crassas fibras à se spargentia, atq; è lateribus parvam subrotundam sobolem emittentia: superiùs vaginatim pediculi firmi, carnosi evolvebantur, sustinentes folia lævia, viridia, pronâ parte pallidiora, Nymphææ foliorum facie, nisi quòd in mucronem deorsùm vergentem oblongentur, quæ adulta ferè Personatæ amplitudinem quandoq; attingunt, ubi sursùm tendunt, sinuata, & costis eminentioribus, dispersis, tenuium venularum quasi undulas intermistas exhibentia: flores & fructus nemo adhuc vidit, neq; Lugdunensis herbarii fide tantùm contenti sumus, doctissimis quibusvis Botanicorum nos retrahentibus.

Dodon. Ari Ægyptiaci nomine, fol. 518.
Cœsalp. lib. 5. cap. 37. fol. 227.
Bellon. lib. 11. Obs. cap. XIX.
Clus. fol. LXXV. cap. 2. lib. 4.
Lobel. 325. Obs. Adv. 259.
Lugdunens. 457. & 458.
Epit. Matth. Cam. 209.
Hort. Med. Cam. 22.
Matth. Casp. Bauh. 339. fol.
Phytopin. 366.
Germ. Aegyptische Bonen.
Matth. Germ. Cam. 121.
Durant. 370. fol.

II

Pseudocolocynthis Pyri formâ. Vacuum locum hîc expleturi, unum atq; alterum fructum, è cucurbitarum familiâ inserendum duximus, quamvis citra institutum nostrum, quo satagimus, de oleraceis herbis, & variis fructibus, peculiarem tractatũ, Deo volente, emittere. Noster ille floribus, foliis & radicibus, Cucurbitarum genus prodit, fructus turbinatam Pyri formam repræsentat, atroviridi colore, striis emittentibus per longitudinem ex intervallis distinctus, ac variis, inæqualibus, nigricantibus maculis undiq;, marmoris modo, infectus: seminum intus conditorum exterior cortex valdè amaricat, pulpa tamen interior dulcis est.

Dodon. Cucurbitæ sylvestr. nomine, fol. 659.
Lobel. Obs. 367. Adv. 287.
Lugdunens. 1677.
Phytop. C. Bauh. 626. f. (sein.
Germ. Kürbiß/ so wie Birn gestalt
Trag. cap. 98. lib. secundo.
Tab. Colocynthis fœminæ titulo, 183. lib. secundo.

III

Cucurbita, Arantii pomi formâ. Habitus foliorum gracilior, aliàs à Cucurbitis solo fructu differt, qui, post virorem, per maturitatem nigricat, ac demùm, calore magis excoctus, Arantii pallidioris aureum colorem, formam & magnitudinem accipit, quam tamen, uti hæc nostra appicta, uberioris alimenti attractione subindè excedit.

An Dodon. Pepo rotundus, modò majori fructu prægnans, in textu, & icon. addit. fol. 655.

Vide Lobel. Adv. 288. in textu ubi ejus meminit.

Germ. Kürbes/ in der gestalle der Pomrantzen.


III.
Spica vulgaris flore cæruleo.
I.
Cyclamen Romanum.
II.
Spica vulgaris flore albo.

CELEBERRIMI EYSTETTENsis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

CYclamen Romanum, radice maximâ, flore carneo. Quòd Româ allatum fuit, nomen inde apud nos obtinuisse videtur. Radice oritur magnâ, fuscâ, orbiculatâ, tuberosâ, ternorum propè pugnorum amplitudinem excedente, aut, ut verè Clusius de suo Belgico Cyclamine loquitur, magnum rapum æquante, fibris tenuibus raris circumquaq; obsitâ, & aliquot quasi rudimenta caulium mentiente, è quibus erumpunt, longis & variè contortis carnosis pediculis innitentia, folia hederacea seu Asari, in mucronem obtusum collecta, vel quædam magis in longitudinem protracta, pronâ parte rubentia, supinâ lætè virentia, ambitu leviter crenata: flores paribus pediculis, in summo reflexis, sustinentur nutantes, ex unâ basi subtùs concavâ & stylum pallidum tenuem è medio exerente, in quina aut plura folia, surſùm spectantia, divulsâ, carnei diluti coloris, qui ubi defloruerunt, pediculus magis in varias spiras convolvitur, capitulúmq; gerit rotundum, semine, mihi nondum viso (ut puto) vulgaris modo, inæquali, ex fusco fulvescente refertum. A nemine adhuc attingitur, nisi quòd congruat ferè cum Clusiano illo Belgico, à Mutono in sylvâ Tornacianâ observato.

Vid. Clus. fol. 265. | Germ. Groß Römisch Schweinbrot/mit leibfarben blumen.

II

Spica vulgaris, flore albo. Nardus Italica. E coronariarum censu est, & Pseudonardi seu Lavendulæ maris nomine, & spicæ, à spicatis floribus nuncupata est, ad discrimen Pseudonardi fœminæ, quæ Lavendula vulgaris est. Radicibus firmatur lignosis, fibrosis, è quibus multi ramuli fruticosi, angulares enascuntur, per intervalla geniculati, cubitales, lignosi: circa geniculos oblonga folia, sibi geminatim correspondentia, visuntur, Rosmarini aut Stœchadis latiora, longiora, & viridia, gravioris & aromaticæ fragrantiæ; summis virgis spica oblonga florum alborum, Rosmarini æmulorum, prodit, odoris æquè acuti & caput ferientis: sequuntur semina, Lavendulæ similia.

Dodon. 255.
Matth. Casp. Bauh. 31.
Phytopin. C. Bauh. 409.
Germ. Spicanard/mit weissen blumen.
Tabern. lib. secundo, fol. 84
Icon. pag. 368.

III

Spica vulgatior, flore cœruleo. Nihil à superiore, nisi florum vulgatiore colore cœruleo, differt.

Dodon. 272.
Cœsalpin. cap. 46. lib. 11. fol. 459.
Lobel. Obs. 235. Adv. 184.
Lugdunens. 919.
Epit. Matth. Cam. 17. fol.
Hort. Med. Cam. 163. fol.
Matth. Casp. Bauh. 31.
Phytopin. C. Bauh. 409.
Germ. Spicanard/mit blawen blumen.
Trag. cap. 18. fol. lib. 1.
Fuch. 34. cap.
Matth. Cam. Germ. 8.
Tabern. 84. lib. secundo.
Durant. 65.



I
Cyclamen serotinum foliis
hederaceis.

CELEBERRIMI EYSTETTEN-
sis horti, Icones plantarum Autumnalium.

I

